4°

6148 II. g. a.
6149

4° VIII

4°

g̃ma. g̃mora ti
sum ꝓphe. pla tamē
suggerebat. sed ipē
eius eni singultus
absorbens vocales
it.

6148 II. g. a.
6149

4° VIII.

4°

6148 II. 9. e
6149

H * 15574

Ex Bibliotheca Joannis Baptistæ
à Svirachy

Ioannis Tortelii Aretini orthographia.

Ioannis Tortelii Lima quædam per Georgium Vallam tractatum de orthographia.

K. K. LYCEAL BIBLIOTHEK ZU LAIBACH

Pirrhus Pincius Mantuanus Magnifico ac equiti Splendidissimo Farnciſco Capello patritio ueneto Salutem. D.

Cælestis (ut ita loquar) fuit ingenii qui perutilem imprimendi artem excogitauit. Verū Francisce Eques splēdissime quæ cum illo innata erat cū eo pariter oīo defecit diligētia: nam praua adeo inualu it consuetudo: ut ob impressorum negligentiā ac imperitiā mendosi codices & deprauati oēs reperi antur. Ideo plærīq; studiosissimi iuuenes qui in Ioannis Tortelii lectione assidui erant me cōuenere Exorātes ut uellem huic operi succurrere: quod in tenebris uilescere iam cæperat: multa. n. lituris po tius q̄ studio digna inter studendū sibi occurrisse aiebant. Itaq; hoc onus iuito mihi impoſuere: quod quidē humeris nostris satis impar ne assumerē diu retractaui. Cū ăt per beniuolentiæ nostræim u ob testari nō desinerēt arbitratus sum ꝓfecto benignissime eques hoc exinde mihi fore dedecori: eos qui plurimū de me bene meriti erant: totiens a me repulsam pati: ne me fortasse laborē subterfugere pu tarent. Ex quo nō potui nō illis auscultare (tametsi me graui mole deprimi norā) Tum ut illis q̄ olim cōmilitones nostri sub eodē ꝓceptore cōmerebāt ꝓgratum facerē: tum ne apud liuidulos q̄ doctorum nomē nunq̄ desinunt detractare is falso aduersa laboraret fama. Iam enim nō deerant q̄ Ioannē Tor teliū uirū sane eruditū ac de Romana lingua benemeritū uitio dānarent: quasi ipe plærisq; in locis de fecisset: q̄ ăt huic prouintiæ Idoneus sim: hoc minime ausim affirmare: sed quoquo mō sit. ubi me ob tusum sensero. doctoq; iudiciū consulā. At Imprimis Antonium meū Mācinellū q̄ superiori anno ro mæ poesim publico profitebat. Cuius ingenii q̄ta sit hubertas: oībus pallā est: palā oībus īquā est quā ta sit illius interprætandis auctoribus facultas. facile etenim ex sententiis obstrusum sensum eruit ar canāq; auctoq; mentē īgenii pspicuitate penetrat. Et quod aliis durum uidet facile elicit. Nā i satyras Iuuenalis ac maronis Georgica cōmētarium nuperrime sed accutissime edidit tutius putauit sero fœ tū emittere q̄ accelerando abortiuū parere. Cū igitur Magnifice eques hanc mihi ipsi ꝓuinciā assum pserim. Cui posse hosce labores meos dedicare dignior q̄ tu occurrit nemo. Tum qa nouerā te beni gnissimū studiorū cultorē quē capit iucunda litteraq; delectatio: Tū qa liberalissimum ac mitissimo i genio natū eē nō ignorabā q̄ Cæsarea manu ac frōte hoc a me munusculū gratis acciperes. Sed si oīa a teneris licet pspici: tua p annos studia uariis disciplinis diuisa fuisse cōperiemus: A puero mores cō parasti Tua nāq; indoles fuit adeo præclaris moribus īgenua ac optimis īstitutis ꝓdita: ut quēq; tanq̄ uirtute tua coactū ad beniuolētiā attraheres liceat nūc Ciceronianū illud ituēri: quo satis cōstat: nihil esse qđ magis hoies ad amādū alliceat q̄ uirtus. Post adultū uero tps mercē fœlicissime negociatus es: Virili ăt ætate ac matura ꝓuectus litteris operā accuratissime īpēdisti. Quod p herculē tibi non parū cōducet imo summope tibi pro futurum licet uaticinari qđ. n. pciosius qđ amabili? qđ deniq; utilius? Et q̄is ēt circa maiora reip. negocia assidue uerseris. tamē qcquid ocii suplucrari queas illud idē libē tius i litterali studio cōteris. Effecit quidē uirtus tua: ut iuuenis adhuc reip. administrationi pſto esse in ciperes: sed illud imprimis memorabile fuit q̄ cum quitū pene ac uicesimū annū ageres: electus es ad Illustrissimū austriæ archiducē orator. Nec multo post ēt procedēte tpe cum esset Cæsar romanorum imperator i Italiā profectus: Te quoq; tunc legationis officio functū esse latet neminem nec nō in plu ribus Italiæ locis: Hoc idē sortitus es: tū apud Celebrē mātuanum Marchionē ac Farariensem ducē. Tū apud alios. Quas ob res tuū nomen late propagasti. Siquidem ex is nisi uictor & donatus abiisti. Omitto ăt cōsilii grauitatē: decorā eloquii cum uenustate grauitatē: quæ oīo tanti est: ut futurū sperē: te in tā celeberrime urbis senatu (Salua oīum reuerentia) inter primos gradū obtinere. Ideo disertissi me eques. qd quū te apud regē in gallia legatū gesseras: tua tunc ualuerit facundia oībus clarū est. Eo n. tūc ex omni natione urbiū primates cōfluxerāt. ut qui Britāniæ regis filiam oīum formosissimam magno cū aparatu in matrimoniū sibi collocauerat Serenissimi Gallo; regis nuptias cū celebrarēt. Demosthenis Hercle Ciceronis messallæ ac oīum q̄ olim fama excelluere gloriæ pstas. Adde q̄ sūma fide & sincera de rebus publicis curā geris. Nec mirum tamē: Cōstat. n. familiā tuā a q̄ ueluti ex huber rimo solo admirādi fructus emergūt. semp reip. fuisse ornamēto. Sed quo deuehar iprudēs nō aduer to: nō historiaq; scriptor sum sed epistolæ: in qua res oēs quas passim pclare gesseris cōplecti nequeūt. his igit animaduersis: merito tibi uigilias meas dicaui: ex quo pro ingenii mei ibecillitate mihi man data studebo exeq̄: nō ut ignorē meum ab extremis rogi flāmis nomen in tactū posse euolare: Immo plusculū laboris q̄ gloriæ adepturū non me pterit. Verū ne semp elāgueſcere crederemur. hisce uigi liis īsuadesse nō poterit hercle i honestū uideri: non meū est quidē aliorū lucubrationibus isidiari atq; insula temeritate qđ alienū ēmihi ipsi uēdicare nec (ut ita dicam) orationē meam fucatā reddere: sed pprio marte: fiq̄d est succi excudimus: Satius semp putaui circa hoc iuuētutis æuū cōterere q̄ocio ac situ ingeniū marscere. Cur igit dānari debeā? Sed uideāt aliq ne credāt me sōniasse: si iuenerit dictiōes alioqn scribēdas: ul'si cū potius uoluerit quorūdā alioq; sniæ astipulari: q̄ de orthographia aut grāma tica tradiderūt: ne dicāt me qppiā ignorū silēcio pterisse. Q m quicqd hunc sensisse cognouero illud idē potius asserā: q̄ imutare audeā. Impræssoriæ arris errores recognoscere ꝓfessus sum non auctoris quē tamen censeo alias optime recognitum: ac supremam manum ad unguem perpessum. Satis igi tur erit me emendatissimum exemplar impressoribus dedisse. quod si secus euenerit: nō mihi: sed ipsis ascribatur: quos manuum celeritate falli sæpe uidimus. Itaq; Splendissime eques quod ornatissime iuuenes a me plærumq; efflagitarunt: te duce sedulo auspicabor.

030029184

IOANNIS TORTELII Aretini Commentariorum grãmaticorum de Orthographia dictionum e Græcis tractarum proœmiũ incipit. Ad Sanctiſſimũ patrẽ Nicolaum Quintũ pontificem maximũ.

OEPERAM OLIM BEATISSIME PATER NICOLAE.V.SVMME pontifex commentaria quædam grammatica pondere: quibus omnem litterariam antiquitatem & ortographiæ rationem cum opportunis hiſtoriis poetarum declaratione connectere conabar: profuturus ſane pro mea uirili ſtudioſis linguæ latinæ. interim ab aliis ſtudiis negociiſq; familiaribus intercæptus illa prorſus relinquere: atq; longo tempore abiicere uiſus ſum. Sed nuper cum apud Alatrium campaniæ oppidum ex aeris romani moleſtia ſeceſſiſſem: ea abſoluere quorundam amicorum rogatu conatus ſum: ac ſi quoq; ad calcem uix uſq; perduxi opus magnum uarium & diffuſum: Atq; illud tuæ ſanctitati a qua uelut fonte omnia mea bona fluxerunt: dedicare conſtitui: non quidem ut inſtitutionibus grammaticis poetarumq; hiſtoriunculis tua beatitudo indigeat: qui cæteros doctrinis omnibus etiam minutis ex ſumma ingenii memoriæq; fœlicitate præcellis. Sed ut in tua illa bibliotheca quam omnium quæ fuerunt præſtantiſſimam comparas: aliquo pacto collocare poſſis. Nã licet ex magnificentia animi tui: qui nõ niſi clariſſima in litteris ædificiiſq; & rebus cæteris aggredieris: uiros utriuſq; linguæ eruditiſſimos: ex oibus fere terris ueluti ad uirturis quoddam aſylum conuocaueris: quos ut ſuum poſſint excolere ingeniũ: laudẽq; ſibi parare: & aliquid conficere: quod poſteritati ꝓdeſſe poſſit maximis præmiis affeceris: nõ tamen deterrebor: & ego aliquid pro mea paruitate tuæ bibliothecæ offerre. Quã tametſi ex clariſſimis altiſſimaq; doctrinaq; auctoribus fulcire cupis: quia tñ & miores aliquando facultates neceſſariæ ſunt: nõ dedignaberis pro tua ſapiẽtia etiam minorum facultatũ libros inſerere. Video enim quantis impenſis & ſumptibus quantaq; diligentia græca oratorum uolumina: hiſtoricorum & philoſophorum atq; ſummorum theologorum in latinam linguam traduci procuras Video quantam adhibes curam in antiquorum noſtrorum operibus exquirendis: quæ deperdita credebantur. Ita ut nonnullos ad diuerſas extremaſq; mundi partes pro re hac: multis cũ difficultatibus: & impẽſis deſtinaueris. Quæ cum magnis in rebus effeceris: nõ pigebit etiam minorum facultatum libros in ipſa tua bibliotheca reponere: & maximæ illos qui de grãmaticæ facultate loquuntur. Quæ auctore Quintiliãno: niſi oratoris futuri fundamenta fideliter iecerit: quicquid ſuperſtruxerit corruet: & niſi equo longior eſſem: complura poſſem in mediũ exempla afferre: quibus facile cognoſceret: quot ex huiuſmodi artis negligentia in poetis oratoribus & hiſtoricis quotidie errores inſurgũt: quot in iuriſciuili: medicinæq; arte: & cæteris facultatibus interpꝛtatiões ineptiſſimæ ſingulis afferunt diebus: quot obſcuriſſima ex cuius ignorantie ſæpiſſimæ uident: quæ alias lucida & perſpicua intelligi potuiſſent. Vnde nemo inq̃ inter doctos connumerari potuit: qui nõ magnã huic diſciplinæ curam impenderit. Et ut eiuſdem artis profeſſores: qui in ea præcelluerunt leuiter tranſeamus. Fuerũt ſane inter ipſos grãmaticos uiri doctiſſimi. ut higinus multi nois Rome grãmaticus. Didimus quem Macrobius omnib⁹ grammaticis quiq; ſint aut fuerint: magna audacia præponere non dubitauit. Antonius Empho, cuius ſcolam Cicero poſt labores fori frequẽtabat. Nigidius figulus: quã Gellius arbitrat iuxta. M. Varronem omnium doctiſſimum. Valerius Probus ſua ætate ſcientia præſtãtiſſimus. Cornutus. Anneus. Caſſellius. Terẽtius. Scaurus. temporibus Hadriani. de quibus & Gellius ipſe mẽtionẽ fecit. Fidus etiã optatus tempore eiuſdẽ Gelii multi nominis grãmaticus fuit. Prætereo etiam minus antiquos. ut Donatum. Seruiũ Diomedem. Priſcianum. Victorinum: uiros non minus rhetores & philoſophos q̃ grãmaticos. Sed hos uelut eius artis profeſſores facile tranſeo. & ad alios uenio. Quid nõ etiã Fauorinus temporibus Gelii philoſophus clarus de grammatica Gellio referẽre multa eruditiõe ſæpe diſſerebat Nõ ne etiam longe ante eum Ariſtoteles omnium philoſophorũ princeps. Theodoteſq; ut teſtis eſt Quintilianus: & ſtoicorum ſecta: ut Priſciãus ipſe oſtendit: de hac facultate acri cura & diligẽtia plura ſcripſere? Porphirius etiam eximus philoſophus in homerũ commẽtaria edidit: quæ uſq; in hæc tempora durãt: & in quibus nõ ſolum altiſſimum poetæ ſenſum: & uocabula quæq; explanat: ſed & minutiſſimas grammatice quæſtiones abſoluit. At hi ut duces græci fuerũt philoſophi: fateor id quidẽ ſed nõ minus noſtri & philoſophi & oratores ſummiq; duces facultatem hãc neceſſariam iudicare: & de ea acri cura & diligentia aut diſſeruerunt: aut ſcripta poſteris ſumma cum laude reliquerunt. Et Ciceronem inſpiciamus primum qui linguæ noſtræ abſq; alicuius dubitatione princeps fuit. Quod idẽ artis huius ut dixit Quintili. diligentiſſimus fuerit. & in tilio ut ex epiſtolis apparet recte loquẽdi hoc eſt & ſcribẽdi aſper quoq; exactor & corrector extiterit. Aut uim. C. Cæſaris editi frægerent de analogia libri. Aut ideo minus Meſſalla nitidus: quia quoſdam totos libellos nõ uerbis modo ſingulis: ſed ẽt litteris dedit. Quid etiam de Marco Varrone dicemus: An admirãdæ ſuæ doctrinæ derogauit quod minutiſſimas quæſtiões in hac arte magno uolumie cõtractauit Quid de. C. Baſſo duce nobiliſſimo: & ſciẽtia præſtantiſſimo: niſi laudes dicere poſſumus: & tamẽ plures libros de origine uocabulorũ. teſte Gellio & aliis nõnullis multa cum gloria ſcripſit? Nonne etiam Plinius ſua ætate doctiſſimus in naturali hiſtoria de grãmatica libros ſcripſiſſe gloriatur? Cuius dicta Priſcianus nõnunquam inducit: & nos illorum fragmenta quædam precioſiſſima comperimus. Quot ſi tot tantiq; auctores de materia ſcripſe-

rum in qua tu illis dũtaxat cognitiõe es cõparandus:non dedignaberis meum tibi de grãmatica opus in scribi:nec poterunt ulli tuam excellentiã uerbis maliuolis lædere:si grãmatice libros colueris:& de il lis æstimationẽ non paruam feceris atq; in tua bibliotheca locandos illos curaueris:Nam grammatica ipsa Quintiliano teste necessaria est pueris:iucunda senibus dulcis secretorum comes.& quæ uel sola plus habet operis q̃ ostentationis:itaq; primum de litterarum inuentione:numeroq; & figura ac nomi ne pertractabibus:Deinde cuiusq; nostræ litteræ per ordinem potestatem & in alias litterras tam in di ctionibus græcis ad nos pertinentibus:q̃ latinis cõmutationes explicabimus.Post hæc uero de ordina tione litteratũ inuicẽ tam uocaliũ q̃ consonantiũ:& tam in eadem syllaba q̃ diuersa: dicimus. Vltimo particularium dictionum orthographiam suis litteris ordinabimus:& q̃ breuissime dabitur ea narra buntur:quæ ad earundẽ declarationem facere putabimus. Accepimusq; hæc primum ex fragmentis decẽ librorũ Papyriani:quos de orthographia scripsit.Ex quattuor libris Plinii de arte grãmatica. Ex unico libro Rhemii grammatici de potestate litterarum.Ex unico Grylli de accẽtibus ad Virgilium cuius parua fragmenta cõperimus.Ex Capro ex Diomede de octo partibus oratiõis.Ex Probo doctis simo grãmatico.Ex Quintiliano uiro summo.Ex Varrone de lingua latina.Ex Aulo Gellio.Ex dona to.Seruio:Prisciano.Victorino:Sergio:ex pluribus aliis latinis grammaticis:græcisq; minoris aucto ritatis cũ antiquorum grammaticorum libros amiserint.Reperi tamen Herodiani fragmẽta quædã de ortographia:& eiusdẽ libros integros q̃ttuor de cõstructiõe.Ex glosulis ẽt Aristarchi sup Homerũ & Hesiodum. Quin & ex Porphirio super Homerum plura anotauimus.Quæ uero ad historiam faci unt.ex Virgilio.Ouidio.Homero.Hesiodo.Liuio.Plinio.Iustino.Herodoto.Thucydide.Appião.dio doro siculo:multisq; aliis approbatis auctoribus & græcis & latinis:quos suis locis cõmode inducemus

IOANNIS TORTELLI Aretini Commentariorum Grammaticorum de Orthographia dictionum Græcis tractarum Liber primus incipit.

De numero & figura atq; inuentione litterarum tam græcarum q̃ latinarum.

Ræcorum litteras.quibus ipsi nunc græci utuntur.xxiiii.esse constat: uidelicet α.β.γ.δ.ε.ζ:η.θ.ι.κ.λ.μ.ν.ξ.ο.ϖ.ρ.σ.τ.υ.φ.χ.ψ.ω.Sed harum uetustiores græci:ut ex clarissimis grãmaticis accæpimus:solas sexdecí habuerũt:quas ex phœnicia Cadmũ adduxisse uolũt:uidelicet.α.β.γ.δ.ε.ζ.η.θ.ι.κ.λ μ.ν.ο.ω ρ σ.τ.υ.

g

Quib⁹ ad nostras sic primũ a Nicostrata matre Euãdri ut ferũt redactis & nos sexdecim eodẽ modo & eadem pene figura recæpisse: cum Prisciauus tum antiquiores alii celebresq; grãmatici attestantur. Imo easdem illas pœne cũ græcis fuisse rettulit Plinius circa finẽ libri.vii naturalis historiæ ex testimonio delphicæ tabulæ antiqui æris:quæ in palacio dicta erat Mineruæ:quas huiuscemodi fuisse Rhemius grãmaticus p̃stãtissimus nobis rettulit:uidelicet.a.b.c.d.e.f.g.l.m.n.o.p.r.s.t.u.Sed cũ paulatim a græcis litteræ aliæ adinuentæ fuerint &.xxiiii.litterarum numerum ad impleuerint:nos similiter ab illis aliquas accæpimus.Quibus in nostro sermõe & in dictionũ græcaꝝ scriptura frequentissime utimur.Nam uocales primum uetustissimi græci quinq; ut nostri habuerunt:uidelicet.œ ɔu. quas ancipites omnes uel liquidas hoc ẽ quæ facile modo produci modo corripi possunt:uti nos uocales nostras dicimus:& illi similiter tunc quoq; dixerunt.Sed postea cum duas alias adinuenerunt uidelicet.η.ω.has fecerunt semper longas & ex prioribus duas semper breues esse statuerũt: uidelicet.ε.&ο. quin & hoc quoq; paruum.o.quod uero nouiter inuentũ fuerat magnum uocauere Sic enim nomina litteris pro placito imponunt.At nos latini ex his nouiter a græcis inuẽtis nullam penitus suscæpim⁹ nostras omnes:uidelicet.a.e.i.o.u.suo numero & nomine conseruauimus: quas sane omnes ancipites & liquidas & antiquo more semper habuimus.Post id autẽ uidentes græcorum doctissimi per ablationem aspirationis a consonantibus quibusdã nonnunquam sententia defraudari nouas adinuenere figuras::quibus necessario comprehendi detineriq; debeat:& sic.θ.litteram in se dulci sono aspirationẽ gerentẽ concæperunt quam pro.th.q̃ pulcherime ponunt:nec non &.φ. quam similiter pro.ph. &.χ. quam pro.ch.iidem a troiano bello citra scribere cõsueuerũt:nanq; illas palamedem comperisse Ser. attestatur Mox alios ac præcipuũ Simonidem teste Cornelio Tacito: cæteras comperisse:Verum ex his tribus sic compertis latini nostri nullã penitus suscæpere:sed seruata antiqua scriptura ipsũ.t.uel.c uel.p.cum aspirationis nota more antiquo scribere uoluerũt.Sed quærit Parthenius grammaticus idẽque post illũ Priscianus:quare non ideo a græcis.rh.aspiratum in aliam formam figuramq; translatũ fuit:cũ eodem modo aspirationem suscipiat. Ad quod respõdentes dicunt:quia nec sic aspiratio ipsi.r. cohæret sicut & præfatis mutis:nec si ab hac littera tollatur significationem minuit: nã quãuis subtracta aspiratione dicatur retor uel Pyrrus non minus intellectus manet integer:nõ autem sic in aliis.Nã si Chremes cum aspiratiõe proferes nomẽ propriũ designabis:a quo si aspirationem subtraxeris significatum mutabis:quia tũc quoq; a uerbo cremo declinatum cum significatione eius uerbi esse uidebitur:ut id idẽ in mille aliis contingit.Rursum græci alii: & ut fert Simonides ad linguæ sue scripturæq; ornamentum.ψ.litterã sine aspiratione adinuenit:quæ quodammodo molliorem quam.ps.uolubilio

remq; ſonum habet:ut diligentiſſimi conſpexere grammatici:pro qua Claudius Cæſar apud nos antiſigma hac figura deſcribi uoluit. X.ita ut pro.ps.aliã ſimplicẽ figuram ut græci habẽt & nos habemus. Sed ut inſequẽtibus oſtendemus nulli auſi ſunt antiquã ſcripturã poſt Claudii imperium commutare.poſt has uero omnes.ȝ.&.ξ.græci ipſi compererũt:quæ ſane ad decorem & ornatũ propriæ linguæ plurimum contuliſſe uidẽtur. At uero latini noſtri præter ſedecim antiquas litteras: quibus primitus utebãtur.f.aliam ex æolico quodã digãma ut infra clare enarrabimus aſſumpſer̃.e.Poſt q̃ &.q. litteram iuenere:quæ tametſi præciſe eiuſdẽ cũ.c.poteſtatis eſſe dicatur:eam tamen noſtri auctores i illis dictionib⁹ optaſſe uiſi ſunt:in quibus pinguior quodammodo ſonus exigi uidebatur:q̃ p.c.litteram præſtari potuerit. Poſt has uero nõnulli ex noſtris.K.in eadem forma qua eſt apud græcos ſuperuacue recæpere. Qua ſane Quintilianus i nulla ſcriptura noſtra utẽdum exiſtimat:niſi ut ait:quæ ſignificat etiam ut ſola ponatur.nam in quibuſdam uetuſtiſſimis inſcriptionibus ſæpe ego cõſpexi.K. DECEMB.pro calẽdis decembris ldẽq; ut Liuio uetuſtiſſimæ ſcripturæ frequẽter anntoaui.Nec illis ullo pacto aſſentiendum puto:qui ſequẽte.a.contendũt ſemp.k.ſcribendã eſſe ut Karthgo kaput:cũ teſte Quintiliano ſic.c.littera quæ ad omnes uocales uim ſuã commode præferat. præter has quoq; cũ græci.ξ.litterã ultimo adinuenerint pro noſtrarum dictionũ magna commoditate illã ſub hac forma.x.a noſtris recipi debere uiſum eſt.hoc ſolum ab illis i uoce diſcrepantibus:q; ubi illi eã proferentes in.i uocalẽ definunt:& dicũt.xi. nos ecõtrario dicimus.ix. Vltimo uero.y.&.z aſumpſimus:ut nobis quoque in grecis nominibus tranſcribendis deſeruirẽt:Nam ut ait Quitilinus a græco ſermone magna ex parte romanus cõuerſus eſt:& confeſſis quoq; græcis uerbis utimur ubi noſtra deſũt. Sicut illi nonnunq̃ a nobis mutuanť. Sunt igitur figure litterarum quibus nos utimur uiginti duæ:de qbus omnibus ſingulatim dicemus.Nã.h.littera non eſt:ſed aſpirationis nota:ut in ſequẽtibus oſtẽdemus.

De Accidentibus litterarum.

Sed quærunt nonnulli quottidie cur nos ſimplici uoce uocales noſtras:& græci pluribus ſyllabis quaſdã uocare uoluerũt:cũ littera pars ſit minima uocis compoſitæ:nam quã nos ſimplici uoce.a.dicimus:illi pluribus ſyllabis alpha nominant. Item quam nos.i.ſimplici ſono:illi iota duabus ſyllabis uocauere. Cõſonantes etiã fere omnes duabus ſyllabis illi efferunt.ut beta.gáma.delta.quas nos in eadem quæſtione manẽtes una ſyllaba nominamus:& quaſdam quidẽ in.e. uocalẽ terminantes:ut.be.ce.de.& ſimiles.quaſdam uero ab.e.incipientes:ut.el.em.en.quã ſane quæſtionẽ facile diſſoluere poſſumus:ſi accidẽtia litteræ diſtinguamus:quæ tria ſunt.f.nomẽ figura & poteſtas.Nomen ut apud græcos alpha.beta.gamma.delta.apud latinos uero.a.be.ce.de.ita ut apud illos pleræq; uocales pluribus ſyllabis nominenť:apud nos uero uocales omnes per ſe prolate nomen ſuũ oſtẽdũt Figura uero ea eſt forma quã i ſingulis & litteris græcis.f.latinis conſpicimus:quæ apud antiquos illorum & noſtros ut ſupra oſtendimuspene eadem fuit.Poteſtas autem pronũciatio eſt illarum quam in litterario ſermõe nos & illi eodẽ mõ utimur. Nomen igitur ad placitam inſtituentis ratiõem impoſitum fuit:quod non ſolum unica aut duabus ſyllabis:ſed tribus pluribuſue ſi placuiſſet cõſtitui poterat. Sed auctoribus latis teſte Priſciano in.viii.in his ut multis aliis breuitas & cõſcio nomis magis placuit. Nec id ſãne nomen litteræ poteſtatẽ ullatenus impedire ualet:quæ in pronunciatiõe litteratæ uocis oſtenditur:quia tunc quoq; nõ litteræ nomine ſed poteſtate utimur:quæ.indiuiſibili quodã ipſi litteræ proprio cõſiſtit. Nã ſi balneũ dicimus:aut martiũ laborem efferimus:nõ tunc.b.in.e.terminatur necl.aut. m.ab ipſo.e.incipit:quia nõ nomine:ſed poteſtate eius litteræ utimur:ut quemadmodũ in compacto ex elementis corpore dicimus elementũ:ut quid indiuiſibile ineſſe:hoc ẽ quod non ut corpus in aliud elementũ diuidi poteſt:& tamẽ in partes quaſdã diuidi ualet:& compoſito nomine efferť ſic & in litterali uoce littera ipſa ſua ui & poteſtate indiuiſibilis. Hoc eſt non in aliam litteram reſolubilis profertur:quæ tamen in ſe compoſito nomine cognominari commode potuit. Vnde & ad elemẽtorum mundi ſimilitudinem uocabulo etiam elementi nõnulli litteras uocauere. Et ſicut illa ſimplicia ſunt & coeuntia corpus omne perficiunt:ſic ẽt hæ cõiunctæ litteralem uocẽ quaſi corpus aliquod cõponunt:ſed diuerſa eloquẽdi ratione apud græcos & noſtros. Nã cum apud eos teſte Quintiliano libro.xii.de inſtitutione oratoria:nulle litteræ dulcius ſpirent q̃.y.z.altera uocalis: altera cõſonans:quas ut diximus mutuari ſolemus:quotiens illorũ nominibus utimur:neſcio ut idem iquit auctor quomodo hilarior in eaq; ſcriptura protinus renidet oratio:ut in zephyris:zophyriſq; q̃ ſi noſtris litteris ſcribantur:hoc eſt his q̃ loco ipſius z.apponere cõſueuerant:& cũ ipſo.i.noſtro ſurdũ quidam & barbarũ efficient ſonum. Sed uelut in locum earum ſuccedunt apud nos aliæ triſtes & horridæ quibus græcia caret:ut.f.quoq; quæ eſt ſexta noſtraq; pœne non humana uoce:uel oio non uoce potius inter diſcrimina dentiũ eodẽ teſte efflatur:quæ ẽt cum nõ uocalẽ proximã accæpit:quaſſa quodãmodo utiq; quotiens aliquã conſonantiũ frangit:ut in hoc ipſo frãgit multo ſit horridior. Alia ẽ æolica littera p qua primũ ipſum.f.accæpamus. Deinde ut late uidebimus ad aliã poteſtatẽ.f.redacta.u.cõſonans illius loco ſurrogauis:& nouã illis poſtea formã a Claudio comptã:etiã ſi repudiauimus ut infra late uidebimus:uis tamen nos ipſa perſeqtur:& ineptum quid reſpectu:ſoni quod apud illos ex digãma reſultabat efflare uidetur ut ſeruus ceruus & ſimilia. Alia q̃ eſt.q.duras & illa eodẽ teſtante ſyllabas facit:quæ ad coniungendas demũ ſubiectas ſibi uocales eſt utilis:alias ſuperuacua:ut equos quare quoniam: cũ etiam ipſæ hæ uocáles duæ efficiãt ſonum qualis apud græcos nullus ẽ:ideoq; ſcribi eoq; litteris non

poteſt. Et nos primã illam uim uocalis amittere in ſequentibus oſtẽdemus. Quid quod plæraq; eodẽ referente auctore nos. m. quaſi mugiente littera cludimus: qua nullũ græce uerbũ cadit. At illi. n. iucũdã & in fine p̃cipue quaſi tinientẽ illius loco ponunt: quæ eſt apud nos rariſſima in clauſulis? Quid q; ſyllabæ noſtræ. b. litterã &. d. initunt: adeo aſpere ut plæriq; nõ antiquiſſimorũ quidem ſed tamẽ ueterum molli retentauerunt non ſolum conuerſa pro abuerſa: ſed in præpoſitione. b. litteræ abſonam & ipſam. f. ſubiiciendo: de quibus omnibus in ſequentibus latiſſime diſputabimus & incipientes ab. a. uim ac poteſtatem cuiuſq; mutationeſq; & alias per ordinem ſubnectemus.

DE Vi ac poteſtate. a. litteræ: & commutatione in alias uocales.

Gitur apud antiquos noſtros & græcos eiuſdẽ prorſus figuræ fuit: & poteſtatis ſemper reman
a ſit. Eſtq; tam apud illos: q̃ apud noſtros anceps quidem & liquida: hoc eſt quæ facile mõ ꝓduci modo corripi põt. Sed cũ e græcis in ſcripturã noſtram trãſferimus illã fere ſemp ſua figura & nomine ac poteſtate conſeruamus. Nonnunq̃ uero cõmutamus i. o. ut μαρμαρον marmor καρυλος corilus. Aliq̃do in. i. ut καναστρον caniſtrũ. nõnunq̃ in. æ. dihpthongũ ut ασκλαπιος Aeſculapius. in quo ſequimur æoles. Illi quidem νυμφαισ pro νσφαισ: φαῖζιν pro φασιν ſcribebãt. Sæpe ẽt auctoribus Papyriano Proboq; & priſciano mutatur. a. ꝓ deriuationes i uocales alias: ut in. e. modo productã: mõ correptã. ꝓductã qdẽ: ut halitus hanelitꝰ: facio feci: ago ægi iacio ieci: frãgo frægi: capio cæpi: qd cõ æ. diphthongo ſcribitur. Correptã: uero: ut tango tetigi: cado cecidi: parco peperci: fallo fefelli. Similiter p compoſitionẽ. a. productam in. e. productam conuertitur: ut armatꝰ inermis: arceo choerceo. in. i. mõ conſimili ut amicus inimicus. Vnde ẽt nomina quæ plæraq; cũ uerbis ſiue participiis cõponũtur: mutãt. a. extremam ſyllabã nominatiui in. i. correptã: ut arma armipotẽs: ſtella ſtelliger: cauſacaui ſidicus: tuba tubicen: tibia tibicen: cum duabus i breuibus: ſed apud plæroſq; per ſynereſim in unam i. longam commutantur: & dicitur tibicen: quod in alia huiſcemodi compoſitione non reperitur.

DE. B. Littera.

Quoq; littera muta eſt. hoc eſt quæ nõ i ſonũ ſuũ ſed ĩ ſonũ. e. litteræ terminat. hãc græci be
b ta nominãt: Geritq; uirtutẽ & poteſtatẽ mediã inter. p. & ph. Vnde nec penitus caret aſpirationi nec plene eã poſſidet: Quare nos ob litteraꝝ affinitatẽ dictiones græcas traducentes: nõ nunquã. p. & ph. in illã conuertimus: Vt cũ apud eos πυξὸς: ſcilicet cũ. p. ĩ prima ſcribat: apud nos buxus cũ. b. ſcribit. Similiter αψυρτος: cũ littera. ψ. p q̃ nos ps. ponere conſueuimus. ab auctoribꝰ nr̃is abſyrtus cũ. b. traducit. Itẽ ϕ illi cũ littera aſpirata αμφω nos cũ. b. hoc eſt ambo trãſcribimꝰ: At acõtrario ſimiliter quod illi cũ: b. ſcribũt: nos ſæpe cũ. ph. aſpirato traducimus: ut τριαυβος triũphus: de quo in ꝓpria dictione uidebimus. Quandoq; uero &. p. exili pro. ph. aſpirato traducimus: ut ϕ ab illis φοινικεῖος cũ principali aſpirata ſcribit: a nobis puniceus cũ exili. p. trãſfert. Itẽ πορφυρεον purpureum. Qui & cõtra ubi illi. p. exile ponũt: nos ſæpiſſime aſpiratũ traducimus: ut ϕ illi Δηιφυλη nos deiphyle: qd illi λαοδαμεια nos laphytæ: qd illi υψιφυλη nos hypſiphile cũ. ph. aſpirato ſcribẽt cõſueuius. Sed hæc & ſimilia ẽt nõnulli ex noſtris cũ. p. abſq; aſpiratione ſcribũt: ϕ indifferenti ĩ illis poſſe fieri cõpertũ ẽ. Itaq; cũ maiores noſtri ut infra late oſtendemus. t. qd digãma æolicum erat: in dictionibus noſtris primũ pro eo ϕ nunc. u. conſonantẽ ponimus poſtea pro. ph. aſpirato in latinis dũtaxat dictionibus aſſumpſerint obſeruatũ a quibuſdã ueruſtiſſimis referente Plinio fuit: ut pro littera. f. ob cognationẽ quã. ph. habere uidebãt: ipſum. b. ob litteræ uicinitatẽ tranſcriberent: & bruges cũ. b. teſte Quint. in primo inſtitutionũ pro eo quod eſt fruges ſcriberent & pronunciarẽt. Quin & Byrrhus ꝓ pyrrhus hoc eſt ruffus dicerent: Belẽna pro Helena: quin & ex græco quod eſt βραβευτὸν noſtri facſcinũ tradu xerunt: ut teſtis eſt Cloatius Verus in libris quos inſcripſit uerborũ e græcis tractorũ: quẽadmodum rettulit Gellius libro xvi. noctium atticarum: & faſcinare eſſe quaſi baſcinare: Sane cũ æoles ſpiritus aſperitatẽ effugientes ubiq; loco aſpirationis ipſum digãma æolicũ. f. ponerẽt: contigit ẽt ut in dictionibus incipientibꝰ ab. r. quæ ſemp ſolent aſpirari nõ cũ. f. digẽma poſt. r. ſed cũ. b. loco digãmi ante. r. ſcriberẽt. Cuius ratio in proptueſt: qa cũ digamma nõ niſi cum uocali & i principio ſyllabæ poni poſſit ut ſimili modo noſtrum. u. cõſonãs: quod loco illius accæpimus: ſequitur manifeſte ϕ nõ ẽt poſt. r. ĩ eadem ſyllaba poni poterat. Qua de re ob litteraꝝ uicinitatẽ trãſferentes æoles tũc quoq; digãma i. b ꝓponebant ipſi. r. ac dicebant βρατωρ pro rethor: βροδος pro rhodos: & nõ ϝρατωρ nec ϝροδος ſcribere poterãt. At in aliis dictionibus non incipientibus ab. r. ſed a uocalibus ſemp loco aſpirationis digãma ipſum apponebãt. Vnde teſte Quintiliano ex noſtris nonnulli & fordeũ & fœdus cũ. f. pro hordeũ & hædus ſcribebãt. Verũ ut Papyrianus refert libro. ii. de orthographia conſueuerunt antiq; noſtri. af. cũ digama. f. pro ab cũ littera. b. deſcribere. Sed cũ poſtea ipſum. u. cõſonãs loco digãmi accæperint: qa in fine ſyllabæ ſtare nõ poterat: loco eius ipſam. b. litterã poſuerũt, idẽq; poſtea i nõnullis obſeruare placuit: ita ut ẽt ubi u. cõſonãs ſtare potuiſſet digãma acciperent: & ubi ſibilũ dicimus ſi filiũ priores cũ digãma teſte Nonio Marcello de doctoꝝ indagine deſcribebãt. Similiter cũ non poſſit. u. cõſonãs ante conſonantẽ in eadẽ ſyllaba poni mutatũ fuit nonnunquã teſte Priſciano ẽt ipſum. u. conſonans in. b. ut cælebs quaſi cæleſtẽ uitam ducens. Quid ϕ. b. ipſum in. u. uocalẽ euphoniæ uel differentiæ cã trãſire dicit: ut aufero pro abfero: ne ſi cũ duplicato. ff. ſcribat affero: ex ad & fero cõpoſitũ credat Vnde & i ꝓterito reaſſumit. b. & facit abſtuli. Aufugio pro abfugio ut in ſequentibus latius uidebimus: Verũ ſequẽte. f. ſolet ẽt. b. in ipſũ. f. tranſire: ut officio ſufficio. ſuffio. Itẽ ſequente. c. trãſit: ut occurro

ſuccurro: ſimiliter in.g. ut ſuggero. in.m. ut ſummito etiam aliquãdo.m. nõ ſequẽte: ut glob⁹ glomus in.p. ut nubo: nupſi ſcrbo ſcripſi. Nã q̃uis analogia⁹ per.b ẽt in p̃terito cogit ſcribere: euphonia tamen Pli. aucto re ſuperat: quæ ẽt nuptã non nubtã & ſcriptũ non ſcribtũ per.p. & non per.b. dicere & ſcribere cõpe. lit. Vnde teſte Priſcia. in.ix.b. ante.s. uel ante.t. in principio ſyllabæ hoc eſt & ĩ eadẽ ſyllaba inueniri n õ põt quẽadmodũ &.p. poſſe dicimus: ut ipſe aptus. Nãq; obtieo: abſonus: abſtinẽs & ſimilia nõ in principio eiuſdẽ ſyllabæ habẽt cõiunctas. b. &.s. uel. b. &.t. cũ p̃poſitio ab uel abs a ſyllaba ſeq̃ntis dictionis ſeparent̃. At in nubo uel ſcribo cũ. b. ſequẽtis ſit ſyllabæ neceſſario in.p. cõmutari debet: & eorũ pticipia: ut nuptus ſcriptus atq; ex his der: uata noia ut ſcriptor & nuptiæ: quã ſane euphoniã græci obſeruantiſſeme ſeruauerunt: ut λειβω: quod ĩ præterito actiui. b. in.p. ante.s. commutat & λελειψα facit. Similiter ſequente.t. ut in præterito paſſiui λελειπται. Trãſit ẽt. b. ĩ. r. ut ſurripio arripio in.s. ut iubeo iuſſi. At ſubſequor cũ: b. ſcribit̃ ſut compoſitio ipſa comprobat: quæ eſt ex ſub & ſequor Suſpicor uero & ſuſpitio quin & ſuſcipio: ſuſtuli non ſcribunt̃ cũ. b. nec duplicãt. s. quia teſte Probo a ſuſum uel Rurſum aduerbio ſunt compoſita: nec poteſt duplicari conſonans alia ſubſequente conſonante niſi ſit muta ante liquidã ut ſupplex.

DE Littera. C.

c Littera muta eſt: & exilis omnino ſeu lenis: quia nihil prorſus aſpiratiõis in ſe cõtinet: mutaturq; ĩ uariationibus tempoꝝ: ut paulopoſt uidebimus: quin & ante. n. ſequente uocali in eadem ſyllaba ponitur: ut Praxitelleſq; cndi rurſus te marmore ſignet. Pulchra uenus: quæ ſit nobilis ipſa cnidos: ut latius in ſequẽtibus oſtendemus: profertur tamẽ ſub uoce ipſius. g. ob cognationẽ litteraꝝ: quẽadmodum uidebimus quum de illa tractabimus: Vt & modo conſimili Cneus: & Caius cũ. c. ſcribidebẽt quæ teſte Seruio ĩ uoce ipſius. g. profere habemus: quaꝝ prima cũ. c. ſequente. n. tantummodo cõſueuit: uidelicet. Cn. Secũda uero teſte Quintiliano ſola. c. littera ſignatur: quæ ut ait inuerſa mulierem declarat: quia tã Caias eſſe uocatas q̃ Caios ex nuptialibus ſacris apparet Sane hãc ſcripturã antiquis ſepulchris nos ſæpe conſpeximus: ut de Caio primum ſcriptũ cõperimus. C. MARIVS. C. F. COS. VII. PR. PL. Itẽ de Caia. Sex. ROSCIVS. CL. AEROS. SIBI. ET. LVCERIAE. CONLIBERTAE. SVAE. FECIT. Item in alio in lo. V. ABVRIAE. C. L. FELICVLAE. F. & reliqua. Quod aliquãdo nõ obſeruatũ fuiſſe & CAIA M: ut Caiũ. c. littera ſignari cõperimus: ut alio in loco. C. EMNIAE. P: RVBRIVS: CELER: VXORI: CARISSIMAE. CVM QVA. VIX. ANXX: XXIII. MENS. VIII. SINE QVERELA. B. M. P. OPTOVALEAS. QVI LEGIS. Vñ ut ſepeſſi cõſpicimus cõſul cũ. e. ſequẽte &: o. &. s. ſignabat̃: hoc eſt duabus ſequẽtibus litteris: & abſq; n. uidelicet. Cos. ita ut ſi. n. iterpoſitũ fuiſſet: cõſules in plurali notarẽt̃ uidelicet. CONS. ſed hæc hacten⁹ ſane trãſit. c. p cõpoſitiones & deriuationes ĩ alias cõſonãtes. in.g. ut quadrigẽti p quaricẽti & reliqua: quæ a centum cũ. n. ante. c. ſimili mõ componunt̃: adeo q; ubi deeſt. n. ipſum. c. integrũ ſempermaneat: ut ducenti: trecenti: ſeceenti: ſexcẽti: licet ſelibra ſit ſingula libra cũ dimidia; ut indictione talentũ uidebimus in. x. ut dico dixi: duco duxi noceo noxa noxius. in: ut parco parſi: quin & peperci.

DE. Littera. D.

d Littera muta eſt: & media ĩter. t. exile &. th. aſpiratũ: quare nec penitus caret aſpiratione: nec eam plenã poſſidet: qui & pro. th. aſpirato q̃doq; a noſtris trãſſert̃: ϑεος q̃q; alii δεος. quod eſt timeo deduci uelit: ut in dictione deus uidebimus. Sane ipſũ: d. mutationes ab auctoribus noſtris accæpit diuerſas. & aliquãdo q̃dẽ in. b. cõuerſũ fuit. & qđ olim duellum: nos iã bellum dicimus. Iuuenalis in ſatyra: Geleatũ ſero duelli pœnitet. Vnde uarro libro. iii. de origine linguæ latinæ p duelles inqt dicunt̃ hoſtes: ut pfecit ſic p duellũ. id poſtea bellũ: & pgit: & ab eadem cauſa facta duellona bellona. quitilianus ẽt inqt ĩ primo duellos q̃dẽ dicere bellos auſi ſunt. Itẽ ſi cõponat̃ ad cũ dictiõe icipiẽte a. c. cõuertitur: ut accedo: acceſſus acceſſio Accuſo ex ad & cauſo: ut in ſeq̃ntibus latius appebit. Itẽ cum dictione incipiẽte. a. q. mutat̃. d. in. c. ut acqro ex ad & q̃ro: fuit ẽt. d. in. c. cõuerſum ĩ ea dictiõe q̃quid: cuius q̃rta teſte Quin. c. littetã expoſcit: ne. s. bis interrogare uideremur: ex quo ẽt q̃cq̃ cũ. c. ſcribẽdum puto: ne ſi. d. ſcriberet̃: mõ conſimili qd ſit quã interrogare uideamur: Itẽ ſi cõponat̃ ad cum dictiõe incipiẽte ab. f. trãſit. d. in aliud. f. ut ex ad & factus affectus. Itẽ in. g. ut ex ad & gero aggero. Itẽ in. l. ut allido. de q̃bus latinis in ſeq̃ntibus apparebit. Nõnunq̃ uero & abſq; cõpoſitione p̃poſitionis fuit. d. mutatũ ĩ. l: Nã a ſedeo olim ſedda dicebat̃ q̃ nunc ſella dicit̃ in. r. ſimiliter p cõpoſitionẽ p̃poſitionis ad cõmutat̃ ipſum. d. ut arrideo: Quin & abſq; cõpoſitione eius appoſitionis fuit aliq̃ndo teſte Varrone cõmutatũ in. r. Vnde ait libro. iii. de origine linguæ latine meridies ab eo qđ eſt medius dies. d. antiq nõ. r. in hoc dicebant: ut præneſte inciſum in ſolario uidi: hoc ẽ ĩ horologio. quod ex ſole ſignabat: Nonnunq̃ ẽt Papyriano teſte lib. iii. de orthographia conſueuerunt antiq noſtri pro ad p̃poſitione cum. d. ar. cũ r. apponere. Dicebantq; aruenas ubi nos aduenas aruocatos pro aduocatos. arfines pro adfines aruolare pro aduolare arfari pro adfari aruentores pro aduentores. Vnde Priſciano teſte oſtenditur recte arceſſo dici ab arcio uerbo quod nũc actio dicimus: qđ eſt ex ad & cio cõpoſitũ. Quĩ & arger quoq; p agger dicebãt. Interponitur. d. etiam frequẽter in cõpoſitis hiatus prohibẽdi cauſa: ut ex re & ago dicimus redigo redarguo: Itẽ ex pro & eſt cõmonitur prodeſt. Subtrahitur etiam a modernis quum ſequẽs ſyllaba ab. s. & alia conſonante incipit: ut aſcendo: aſpicio: aſpiro: aſto.

DE. E. Littera:

Littera uocalis eſt: & nonnullas etiã mutationes aliquãdo accipit. nã Quintiliano teſte Meſ-

salla in li.de.s.littera sibe & quase.e.littera terminata descripsit. Idq; etiam in multoꝝ libris se comperisse testaꝫ. Quin & Titum Liuium ita his usum: ex Pediano dicit se legisse: qui & ipse eũ ut ait sequebatur. At constat nos illas in.i.litteram commutasse. Quid ꝙ here ꝑ aduerbio.e.littera tẽpore Quintiliani: ut idem ipse attestaꝫ terminabãt: ꝙ uetustiores.i.littera terminasse dicit: ut in ueterũ comicorũ libris ẽt tunc quoq; inueniri dixit: ut here ad me uenit. Idemq; i epistolis Augusti: quas sua manu scripsit aut emendauit deprehendi asseruit. Nos uero ueterũ scriptoꝝ: Augustiq; ipsius scripturam: & non Quintiliani nostro tpe obseruamus: atq; .i.littera heri finimus. Iuuenalis ãt qui tpe ipsius Quint. fuit: here secundum eius ætatis consuetudinẽ. e. litteta finiuit. cũ in tertia satyra ait. Res hodie minor ẽ here q̃ fuit: atq; eadẽ cras. Similiter martialis libro primo epigrãmatũ: Et positum est nobis nil here ꝑter aprum. Idẽ in.iiii. Cur here quod dederas hodie puer Hylle negasti: & aliis in locis pluribus. Quid ꝙ a uetustioribus teste eodẽ Quinti. e. quoq; in alis q̃multis dictionib⁹. .i. loco fuit & scribebaꝫ: ut Menerua leber magester: quæ deinde scripsimus. Nonnunq̃ uero & quod p.o. scribimus per.e. antiqui nostri teste Festo scribebant: ut quãde pro q̃do: die quinte pro quinto: die quarte ꝑ quarto. Pomponius i atellana quæ metui ascribitur: Dies hic sextus cũ nihil ægi die quarte moriar fame: Sed id p̃cipue teste Gellio libro. vii. noctium atticarũ in præteritis more græcoꝝ obseruabant. Nã græci in quadã specie præteriti tpis quod ϖ ρακεῖμενον appellant: secũdã uerbi litterã in.e. plærunq; uertunt: ut γραφω γέγραφα τυϖτω τέτυφα: sic nostri mordeo nõ momordi cũ.o. sed cum.e. memordi dicebãt. Q. Ennius in satyris meũ ingt nõ est: at si me canis memorderit. Laberius in gallis de itegro patrimonio meo centũ milia nummũ memordi. Idem. P. Nigidius. Idẽ Plautus diuersis in locis obseruauere. Similiter posco nõ popposci declinabãt sed pepposci. Valerius Antias libr. aialiũ. xlv. deniq; Lucinius. tr. pl. p duellionis ei diem dixit: & comitiis diẽ. a. M. Martio ꝓtore pepposcit. Sicq; ẽt teste Gellio. M. Tul. &. C. Cæsar. mordeo memordi: pungo pepugi: spondeo spepondi dixerunt. Itẽ & ubi nos. u. uetustiores teste Papyriano sæpissime. e. scriptitabant: Auger pro augur: augeratus pro auguratus. Cato ẽt Cẽsorinus Quint. teste dicã & faciã dice face scripsit: eũdẽq; in cæteris modũ quæ similiter cadunt illũ obseruasse dixit: ut in ueteribus eius libris rettulit apparere: p deriuationes ẽt teste prisciano trãsit. e. correpta in.a. correptã: ut reor ratus: sero satus: in. e. pductã ut lego legi: in. i. similiter ut lego diligo. Fides ꝑ genere cithare fiducula & fidicen: nec facit fidis in singulari quẽadmodũ uoluit Priscianus: qđ ab antiquis inauditũ est: ut infra in dictione apes ostendemus. Transit & in. o. ut tego toga. in. u. ut oĩa uerba secundæ coniugationis: quæ in ui diuisas syllabas formant ꝓteritum: & in. xi. deficiũt ĩ supinis ut horreo horrui: rubeo rubui: tepo tepui: ferbeo ferbui: egeo egui: frigeo frigui: rigeo rigui: & cætera.

DE. F. Littera.

f Litterã semiuocalẽ esse antiqui grãmaticæ scriptores asseruerunt: eo ꝙ a uocali incipit: & in se ipsum terminaꝫ: quibus priscianus nõ asentiens mutã esse uoluit. Tum quia loco mutæ iã ponitur: hoc est. p. &. h. Tũ quia teminalis nominum minime comperitur: & semiuocalis necessario nomina terminet. Tũ quia ante. l. &. r. in eadẽ syllaba ponitur: qui locus mutaꝝ est dũtaxat. Tũ etiam quia communem ante easdem litteras positam uocalem facit. Sed hæc hactenus. Verum ut ab exordio huius litteræ: hoc est p quem modũ ad nos uenerit ꝓcedamus. Habebãt antiqui æoles litterã hanc: quæ quia duplicis gemmæ figuram detinebat: ut & nunc detinet digamma a plærisq; ex nostris cognominata fuit a nõnullis uero sibi hoc nomen datum fuit: quod apud æoles prius habebat: uidelicet. uau. ab ipsius uoce profectum teste Varrone & Didymo: qui id ei nomen fuisse ostendunt. Hanc igiẽ litteram auctores nostri pro maximo nostraꝝ dictionum comoditate ab æolibus eo pro loco acceperunt: quo nos nunc. u. consonantẽ habemus: & eundem prorsus sonum cũ. u. consonante qua nunc utimur: & tũc quoq; ipsum. f. nos habuisse: cũ priscianus: tum alii plures artis grãmaticæ scriptores attestantur. Verum cũ dictiones nostras: & quas ex græcis accæperamus: nostri ut antiqssimi græcoꝝ primitus pro. ph. aspiratum & nullas per. f. scriberemus: uisum est postea ut inter dictiones nras & græcas differentia notaretur loco. ph. in dictionibus nostris digãma. f. accipere in græcis uero antiquam pe. ph. scripturam obseruare. Itaq; loco. f. digammi posuerunt nostri auctores. u. consonantẽ: quia teste Papyriano affinitatem in. sono habere uidebaꝫ: & digamma ipsum cũ alto sono in dictionibus latinis loco. ph. scribi statuerunt. Post hæc autẽ & nostri ferunt auctores uoluit Claudius Cæsar ꝑ u. consonante ipsum digamma inuersum hac scilicet figura. F. transcribendũ esse: ut propriam haberemus litteram ubi. u. consouatem facimus: idq; nos ipsi Romæ quibusdã in locis scriptũ aspeximus ut serfus pro seruus: Fulgus ꝑ uulgus: Fixit pro uixit: e quibus hoc unũ epitaphium inseruisse sat sit.

DIS. MANIBVS SACRVM SECVNDVS. FIXIT. MENS. IX. DIES. XXVI. PETRONIA. NOESOROR. EIVS. FIXIT. ANNVM. MENS. III. DIES. XII. HIC. SEPVLTIS. SVNT.

Sed q̃is illi recte uisum fit consuetudo tñ antiqua superauit. Nã neq; hãc solã sed tres litteras. Claudius ipse teste Cornelio Tacito prioribus nris adiecit: quæ usui imperitãte eo fuerunt. post obliteratæ: & ut idẽ attestaꝫ aspiciebanꝫ etiam tẽpore suo in ære publico plebiscitisq; per fora & templa fixit.

DE. G. Littera:

g Muta littera est: & media iter. c. sine aspiratione ponit̃: quare nec caret penitus aspiratiõe: nec ẽt eã plenã possidet: ut simili mõ de. b. &. d. eẽ ostẽdemus. Nã tres sũt oĩo simplices seu leues ẽt uel exiles. p. t. s. tres aspiratæ seu flatiles & crassæ: uidelicet. ph. th. ch. Tres mediæ uidelicet. b.

d.g.ut de græcis simili mõ late infra uidebimus. Vnde ob litterarũ ciuitatem.K.seu.c.nostrum ĩ.g.trã ferimus: ut κυβερνήτης. Gubernator κωβιος Gobius uel gobio.Iuuena.in saty. Atticus eximie si cœnat inquit.Nec nullum cupias cum sit tibi gobio tantum in loculis κύκνος cygnus cum .g. media ut quidam scribunt. Quin. & pro.ch.aspiratio ipsum.g.nonnunquam traducimus:ut ἀραχνή arachne.Alii uero iuxta litteraturam græcam cum.ch.aspirato scribunt:ut i ea dictiõe uidebimus. Qui. & γνοσος gnoscis. Vnde gnosiaq; ardẽtis:dicebat stella coronæ.Cõsueuerũt:ẽt maiores nostri Var. teste li.i.de origine linguæ latinæ:ubi nos nunc enim ponimus ante.g.uel.c.ipsum.g.loco.n. græcorũ moræ describere.Et ubi nos angulus illi aggulus cũ duplicato.g.annotare:ubi nos anguilla illi aggiuilla.quin iggerunt pro ingerunt.agceps p anceps. Agchises pro Anchises & similia: quæ oia Accium nostrũ obseruasse affirmant.Mutatur ẽt.g.in uerborum pteritis:ut ostẽdunt Papyrianus & Prisci anus quãdoq; in.ct.ut agor.actor:legor lectus:pingor pictus:aliquãdo i.s.ut spargo sparsi:mergo mersi:nõnunquã in.x.ut rego rexi:pingo pinxi:

De aspiratione.

T ostendunt grãmatici nostri littera non est:sed aspirationis nota:nec aliud litteræ nisi figura & qđ in uersu inter alias litteras a nobis describĩ detinere põt. Quod sane ad uim litteræ minime sufficere ualet:quia sic quoq; numeroq; formæ quædã potestatẽ litteraq; detineret.. Præter hoc autẽ nec uocalis nec consonans essẽ potest:quare nec littera:non quidem uocalis: quia a se uocẽ nõ habet nec uero consonans.quia nec semiuocalis est nec muta.nõ quidem semiuocalis cũ nulla syllaba latina uel græca per integras dictiões in eã definat.ut in sequentibus ostendemus. nõ ẽt muta cũ ideadẽ syllaba cũ duabus mutis bis ponat:ut phthius,Erichthoni⁹. At nulla syllaba plus duabus mutis iuxta se positis habere põt:nec plus tribus cõsonantibus cõtinuari ualet:ut latius Priscian⁹ noster hoc ipsum disputauit. Sed ad alia tendẽtes cõperimus Papyriano auctor li.ii.de orthographia latinos nostros figurã plenã cuiusdã græcæ litteræ ad nos p aspiratione traduxisse:quæ apud illos uocalis ẽ:& sub hac forma.ʜ. scribitur atq; ita uocat. Nam ut supra ostẽdim⁹ post quiq; alias uocales hæ litteræ.ʜ.&.ὠ.mega a græcis cõpte fuerũt:ante quas nec aspirationẽ græci nec latini hẽbant: ut ẽt in ꝗbusdã antiqssimis inscriptiõibus tã græcoq; q̃ latinorũ:usq; ad hæc tpa ego ipse aspexi. Sed cũ diligẽtissimis grãmaticis primũ græcis deinde latinis spirit⁹ quãdoq; diuersissimus i lrãq; pnũtiatiõe annotari posse uideret:uisũ est æolibus primũ effugientibus spiritus asperitatẽ.F.digama p aspiratiõe in quibusdã dictiõibus uti. Quos antiqui romani sequentes loco aspirationis ipm digãma quãdoq; etiã apponebant. Vnde cũ pro illo postea.u.consonantẽ surrogarent:ẽt nnnc ubi illi Ϝεσπέρα nos uespera scribimus & pferimus. Et primũ teste eodem Papyriano fespa scribamus. Itẽ illi Ϝεστὶς nos uestis: & primũ festis dicebamus. Veq; attici cõperta uocali .ʜ. diuidere illã cœperũt:& partẽ quidã unam uidelicet pro aspiratione accæpere. Alterã.uero pro nota exilitatis statuere.Nã omnis dictio apud illos a uocali incipiẽs uel nota aspirationis uel exilitatis ãnotat. Sed cũ iuniores æoles teste Cẽsorino facilius semicirculum describerẽt:uel quia forte propinquior ad formam digãmæ esse uidebat.præcœperunt aspirationẽ in similitudinẽ.c.nostri describere:quod pene eandẽ figurã:quam.ς. detinet habere uidetur:nisi quod non tanta curuitate quanta ipsum.c.nostrum uel.s.græcum aspiratio ipsa designatur:ut scilicet apertius priorem formam referre uidetur. Sed ut in antiquis codicibus græcis quottidie aspicimus prior forma signata apparet:& non nouorum æoloq; forma describit: Rursus & p contrariã formã notã exilitatis annotare statuerunt græci quæ.ſ.talis est Et ipsam aspiratiõis notam dasseam uocant:quã Gryllius leuẽ libro de accentibus ad Virgiliũ flatilẽ dixit:notã uero exilitatis illi psilem: Gryllius leuẽ nominat. Rhemius uero Palæmon exilẽ uocauit. At latini cũ aspirationẽ i scriptura nostra reciperent:totũ.ʜ.pro aspiratione sumpserunt. Nec illud diuidere curæ fuit: quia exilitatis notã penitus neglexerũt. Ponimus igit aspirationis notã ante uocales oẽs:sed post consonantes tantũmodo quattuor more antiquoq; græcoq; & hoc est post.c.ut Chremes:post.t.ut Thraso:post.p. ut Philippus:post.r.ut Pyrrus. Veq; cũ papyriano teste uetustiores græcorum notam ipsam aspirationis in uersu ut nostri cõscriberent:actum olim fuisse perpendimus:ut nõ exercitis latinis in scriptura græca confusionẽ quoq; & errorẽ ipsa aspiratiõis nota nõnunq; induceret:. Nã traducẽtes nri ab initio dictiones plurimas græcas:quibus indigere uidebimur contingit:ut decepti figurarũ similitudine id quoq; aspirationis nota erat pro littera.s.accæperunt:& traduxerũt:maxime q ab æolib⁹ ut plurimũ sumpserunt:qui aspirationẽ in formã.σ.græci designabant.Itaq; cũ scriptũ comperirẽt σέρπω λλος putantes primã nõ esse aspitationem sed.ſ.litterã quã illi in ea figura describũt traduxerunt serpillus & non herpillus simili modo σερπω dixerunt serpo & nõ herpo σεξ traduxerunt sex & non hex σεπτα septem & similia quæ plurima comperiunt. Quare cũ non minus apud græcos ipsos cofusionẽ q̃ doq; eiusmodi scriptura induceret:ita ut φ attici & nos musã cũ.s. pferimus.Boetes muham hoc non uoce ipsius.s.sed aspirationis teste Prisciano i primo pferent actũ est ab illis ut non amplius in uersu ipsa aspirationis nota scribat:sed supra uocalẽ ãnotet. Vnde iã scribitur ἕπω λλος& non Σερπω λλος ἕξ & non sex alia similiter. Idẽq; de nota exilitatis obseruat:ut ἀπόλλυον ἵππος:& i aliis modo cõ simili: At uero supra consonantes nulla earum notaq; scribit nisi supra.p.quæ sola inter omnes cum principalis est aspirationis nota designatur: Vt ῥητορικὸς ἀραφαγος. & similes: q̃obrem cum eiusmodi dictiones traducimus:semper cum.r.aspirato transcribimus:rhodope:rhetor: raphanus. Sed an in medio ipsarum dictionum græcarũ quas non in litteraturã nostrã transcribimus ipsum.r.as

rusticas. At uero p̄diū dictum legim⁹: qd ex agrox p̄da antiqtus militib⁹ distribui cōsueuerat. Qua-
re min⁹ agro & mai⁹ fūdo dici posse uideť. Vex & ipe ager nō semp i ea quā diximus significatiōe ac
cipitť. Sed aliq̄do is locus dicīt i rure: quē colimus: siue arādo siue cōserēdo. In qua significatiōe habet
pluralē numex: ut oēs agros ciuiū depopulatus ē. Nā i priore nō hēt: hoc ēt dū loqr̄ de singulariū ur-
biū territoriis. nō. n. dicas recte sic antōius dedit militibus suis agros cāpanos. & leōtinos. nam hoc pa
cto nō cōplector nemora: saltus pasua: desertos mōtes. Sed sic potius dedit militibus suis agros cāpa-
nū & leōtinū. i. agrū cāpanū & leōtinū. Quo qdē mō cōplector oīa q̄ i territorio illo sūt. Nā i ea sua p
pria ac lata significatiōe ager ēt flumia lacus: cæteraq; oīa icludit. cāpus dr̄ q̄si āplus: nā planicies ē ter
ræ grādis: & āpla. Vñ ait uarro qd primū ex agro plano fructus capiebāt cāpus dictus ē postea q̄ pxia
supiora loca colere cœperet: a colēdo colles appellarūt. aruū ab arādo nomē assūpsit: & is ager ē q se-
mēti dat. Salustius in catilinario. Numidæ pabulo pecoris magis q̄ aruo studēt. Noualia i neutro ge-
nere: & nouales i fœminino dicūť. Et pprie sūt teste seruio arua primū pscissa. uñ ait uarro ager q iter
mittit a nouādo noualis dr̄: iuxta qd Virg. in tityro. Tā culta noualia miles hēbit. Nonnunq̄ uero &
agri messi nouales dicunť. ut Vir. in li. geor. i. Intōsasq; nouales. at ager restibilis teste uarrōe uocat: q
restituit ac referit quorquot ānis. Idē qd i agris quotquot ānis rursū faciēda eadem: ut rursus capias
fructus rura sūt appellata. Prata uero dicta ab eo qd sine opere sunt parata. Seges ut multi putant p-
prie fruges est eox seminū: ex quibus cōficit panis: nondū demessa. quod nōnunq̄ poetæ ut cōtentum
p cōtinēte usurpāt: & ipsā humū ad accipiēda semie subactā segetē uocāt. unde ait uarro: Seges a sa-
tu. i. semine dicit. iuxta quod uirgilius lib georgicox primo: illa seges demum uotis respondet auari
agricolæ bis quæ solē: bis frigora sentit. ūde trālūmptiue ait Horatius: hæc seges īgratos tulit & fert
oībus annis. Sementis est satio siue ut ita dicā seminatio. Liuius campani inquit sementē facere pos-
sent. apud Hieronymū uero cum pluribus in locis. tū in geneseos principio sementis p semine posi-
tū ē fructus a fruēdo. messis a metēdo dr̄. & ē ipsa messio hoc ē cū seges iā mutata ē. Virg. quæ tempo
ra messis. Cice. de oratore: qualē sementē feceris: ita metes. Nōnunq̄ uero: & pro fructu ponit ut iu-
uenalis Deprehenderūt messem. fruges a fructu nomē assumpsisse puto. Nam teste uarrone ideſt qd
segetes ferunt. Vnde quicquid ex fructu terræ in alimoniā uertimus: id recte fruges appellari posse
existimo. Liuius eam inquit gentem traditur fama dulcedine frugū: maxime uini: noua tamen uolu
ptate captam. Idem nō arbore frugifera non satis in spem relictis. Plinius etiam indicem dedit de ar
boribus frugiferis. Frumentum a frumendo. i. uescendo: hoc est a suprema parte gulæ: q̄ dicitur fru-
men: nomē dici assumpsisse. Frumēti uero genera & si nō iisdē noibus apud omnes dicanť: hæc teste

Plinio uulgatiſſima ſũt. Far: quod hordeũ ueteres uocauere. ſiligo: triticũ: hordeũ: quæ plurib⁹ ſũt ter
ris cõmunia. Aruica galliaꝝ ꝓpria. It ægypto aũt ac Syriæ Ciciliaq; & aſia ac græciæ partibus pecu
liares ſunt zeoariyza. typhe: æſtiua uero frumenta ſunt ſizima: panicũ: miliũ. Sizima ab india uenit.
ægiptus ſimilaginẽ cõficit e tritico ſuo. Eſiligino uero teſte eodẽ pli. lautiſſimus panis fit. Quare dixit
Iuuenalis in qnta ſatyra. Sed tener & niueus mo liq; fuligine factus. Seruaꝫ domino quã quidã a ſeligẽ
do dictã putãt: quia inter oĩa frumentũ id uelut ſpcioſius ſeligit. Ego uero uocabulũ id græcũ eſſe cõ
perĩ: uidelicet σιλιγνι: v quod latine maguderim traductũ oſtendit. Priſcianus in. vii. inducẽs plau
tũ dicentẽ in rudente: ſeu tibi cõfidis fore mulã maguderim: ubi dixit Priſcianus: ſignificat frugis ge
nus ideſt caulis: qui naſcitur ex ea parte cuius radix ſyrpis euellit: uel potius ut alii dicunt ſiliginem
hæc ille. Hordeũ ãt dictũ q̃dã uolũt q; ante oĩa fruměta fit aridũ. ſed meliorẽ deriuationẽ in ea dictiõe
de aſpiratis latinis uidebimus. Triticũ a triturãdo dicit: quo teſte pli. nihil eſt fertili⁹: ex quo ut ait ma
xime alit hõ. Far ut nõnulli aſſerũt a frangendo ſimiliter dicit. Nã cũ apud antiquos molarũ uſus nõ
eſſet frumentũ in pila miſſum frangebãt: quod genus erat molendi: uocabantq; adoreũ ab adolendo
hoc eſt ſacrificando: unde & adorea ſacrificia dicebant. Farinã a farre dictã pli. dixit nomine ipſo ap
parere. Idẽ ait panicũ a paniculis ſuis nominatũ. Ariſtã ab ariditate appellatã uolunt & ſunt ea ſpicu
la: quæ emittit ſpica: a quibus & ipſa nomẽ aſſumpſit. Varro uero ſpicama ſpe dictã uoluit. Quin &
hic ſpicus & hoc ſpicũ cõperit. Cicero in aratro: ſpicuũ illuſtre ferens inſigni corpore uirgo. Sed te
ſte Seruio ſup primũ geor. maſculinũ uſum in utroq; numero hẽmus. Neutri uero i ſolo ſingulari &
raro. Nã pluralis nũq̃ lectus eſt. Culmus quaſi calamus dicit: ſtipula ẽ culmi uagina dicta ut nõnuli pu
tant: quaſi uſta: dicente ẽt Virg. li. geor. primo. Atq; leuẽ ſtipulã crepitãtibus urere flãmis. palea a pa
bulo dicit. Nam ea ſola primum in paſcendis animalibus præbebatur: quoſane uocabulo non pro
prie culmi: ſed follicula ipſa granulorũ comprehendimus. Virgilius in primo geor. Surgẽtem ad ze
phyrũ paleæ iactãtur inanes Legumina a legendo dicta ſunt. eo q; manu leguntur & nec ſectionẽ pa
tiant. Pilũnos uocauit Plinius: qui pilũ piſtrinis inuenerunt. piſtores a pinſendo. Sane eodẽ teſte pi
ſtores Romæ nõ fuerunt ad pficũ uſq; bellũ annis ab urbe condita ſuper quingentos octoginta. ipſi
panes faciebãt q̃rites mulier; id opus erat ſicut ẽt nunc i plurimis gẽtiũ & paulopoſt ſubdit: piſtoreſq;
tm̃ eos qui far penſebant noĩatos: nec coquos hẽbant in ſeruitiis: eoſq; ex macello cõducebant. Et ut
idẽ in eodẽ li. xix. dixerat cribrorũ genera Galliæ ſetis equoꝝ inuenere. Hiſpaniæ litio excuſſoria ægy
ptus papiro atq; iunco. arbor uero a frutice ita differt: ut frutex ab herba. Nã frutex is eſt: qui ad iuſtã
magnitudinẽ arboris nõ aſſurgit & ſtatuta ſimilis ẽ multis herbis. Sane & inter frutices ſoboles illa ar
boꝝ ex plãtula cõputatur. a qua fruticarii uerbum quaſi fruticẽ renaſci ex arbore. Ci. ad atticum ex
præſſit cum ait: exciſa ẽ. n. arbor nõ euulſa. Itaq; q̃ fruticeꝫ uides. Nã id quod ſæpe legim⁹ fruticari pi
lum tranſlatũ eſt. Frondes aliqui a fero: alia a fluo dictas uolunt: & tantũ ſunt arboꝝ: folia uero & ar
borũ & herbaꝝ florũ. Vineta & uineæ teſte uarrõe a uite multa dicunt. Vitis a uino uel a ui: hic ui
demia qđ eſt uini demia: aut uiti dema. Malleotus ut placet Columellæ eſt in modũ malei: roſtra ha
bens: aptus plantationi: & a ſarmẽto ſic diſtat: ut pars a toto. Verũ quãdo arefacta ſarmẽta ſũt cũ mal
leolis igni reſeruata indifferenter uocant. Nã & hãnibalem legimus ſarmenta cornibus boum alligaſ
ſe. eaq; incendiſſe: ut hoſtes falleret. Et nõnullis ciuibus romanis qđ domus haberẽt plenas malleorũ
ad capitolii uel urbis incendia fraudi fuit. Sane fructuũ arboꝝ & fructicũ quidã minutiſſimi & deſius
naſcunt: & hi acini uocant quidẽ uero diſperſius & rarius: & hi baccæ dicunt. Nã inter acinos enu
merãt una grana hedere: grana ſambuci: grana ebuli: grana malipunici addã & grana moroꝝ: & quic
quid his ẽ ſimile. inter baccas uero fructus lauri: & fructus oliuæ: corniloti quã fabã ſiriancã uocãt. mir
ti: lentiſci: ſimiliũq;. Nõnunq̃ uero acini & baccæ a poetis indifferẽter ponunt Vir. in Sileno: Sangui
neis ebuli baccis minioq; rubente. ſupra hæc aũt poma ſũt: & dicuntur dũtaxat quibus ueſcimur: iter
quæ cõnumerãt ceraſia: meſpila: hoc eſt quæ nec acini nec bacæ noiant Nuces uero dicunt ſicut cori
lus ſiue a loco auelana: amigdalus: & glãs: & ſi quæ ſũt his ſimilia. Nã caſtaneã i nuces referri qbuſdã ui
ſum ẽ: ut Virg. in alexi. Caſtaneaſq; nuces mea quas amarillis amabat. Glandẽ uero quidã i numerũ
pomoꝝ: quidã nucũ: nõnulli uero quia ſilũeſtris paſtio eſt & porcoꝝ in ſua ꝓpria denominatiõe eẽ uo
luerũt: at Caius iuriſcõſultus: & Vlpia. glãdis noie oẽs fructus eẽ dixerunt ut iabolen⁹ ait exẽplo græ
ci ſermonis: apud quos oẽs arborũ ſpẽs ακροδρυα appellãt. ſiluã a græco qđ ξυλον. i. lignũ dici quidã
putant: & generale nomẽ eſt: ppea ſolet eſſe cædua: ſaltus uero ſilua in uia ẽ: nec trãſeuntibus per uia:
in quo paſci atq; æſtiuare pecudes ſolent: aut ſi locus aerq; patiat hiemare & a ſalio dictum uoluntNe
mora aũt ut quidã putãt uoluptatis cã cõparata & plena amœnitatis ſũt: ut quaſi numia eſſe & dici ue
lint. Lucus religioſus eſt & nequaquam cæduus: uel potius manu conſitus: & aliqui deo uel alicuius
hominis funeribus cõſecratus: iõq; aut circa delubra numinũ: aut circa ſepulchra uiroꝝ poſituserat.
Agriophagi cũ. i. latio &. ph. aſpirato ſcribit populi erãt æthiopũ uerſus occidens: q teſte ſolino ſolũ
pătherarũ & leonũ carnibus uiuebãt: unde αγριον. i. feraꝝ φραγοι hoc eſt comeſtores dicuntur.
Agrippa cum. i. latino & duplicato. p. ſcribitur: ubi ẽ ſupahundanti unũ. p. ſupadit: nomẽ eſt compo
ſitũ ex αγρια quod dolorẽ indicat: & ποους. i. pes quaſi dolens pedes: ũde oẽs q̃ pedes dolent agrippæ
dici poſſunt. Quin & teſte Nonio omnes qui ante dictis pedibus oriuntur agrippæ uocantur.
Agron cũ. r. poſt. g. ſcribitur: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriaꝝ primo: primus qui inter Heraclidas

Sardis regnauit:& ut idem ostendit ultimus Candaules.

Aiax cum.i.latino atq; absq; aspiratione scribitur. Vnde miror de Gasparino uiro alias diserto:& i multis probato:q oém prorsus scripturã græcã ignorauit:& de orthographia græcaꝝ dictionũ scribere tẽtauit. Nã Aiacẽ cũ aspiratione scribendũ esse dixit. Azimũ cũ.i.latino quod cũ græco scribit. Cosmographiã cũ.ch.aspirato:quod nequaq̃ aspirari,potest:antomon cũ.th.quod nullã aspirationẽ habet. Et mille alia:in quibus litteraturã omnẽ græcã puertit:pter in pauculis:quæ a Guarrino ueronẽsi doctissimo uiro:uel ab alio litteraꝝ græcarum erudito audire ualuit:sed hæc hactenus. Fuit igitur Aiax Telamonis regis filius ex Hesiona Laomedontis nata.ut uidet uelle Homerus. Sophocles uero & alii fere oẽs poetæ græci ex alia uxore natũ anteq̃ Telamoni Hesionẽ Hercules ipse donauerit:ex qua solũ Teucrũ natũ dixerunt. Hic uidens arma Achillis nõ sibi:sed ulyxi in uirtutis singulare pmium potius fuisse concessa:in insaniã conuersus est:& cũ ad Vlyxis pascua deuenisset ratus illius cõmilitones occidere:oues & quædã pecora trucidauit:atq; alia nõ nulla in caprũ quendã:quẽ Vlyxẽ esse putabat: crudeliter attentauit. Quæ postq̃ se p insaniã fecisse resciuit.arrepto proprio gladio seipsum interemit:ut late & eloquentissime narrauit Sophocles in ea tragœdia:cuius titulus ẽ αἴας μαστιγοφορος Et partẽ tetigit Iuuenalis in Satyra:Plurima sunt fuscine cũ ait,Hic boue pcusso mugire Agamẽnone credit. Quoꝝ concertationẽ Ouidius elegantissime transtulit in libro.xiii.metamor:ubi cõcludẽs Quid facunda possit. Tunc patuit fortisq; uiri tulit arma disertus:fuitq; sepultus in Rhœtæo promõtorio iuxta troiã: Alius fuit aiax Oilei filius in currendo pnix:ut dixit Homerus lib.ii.iliados:& ut pergit cognomine minor:qa nõ tantus quantus aiax Telamonis filius erat. Sed multo minor & mẽbris:& uiribus Veꝝ peritia uibrãdæ utendæq; lanceæ inter omnes græcos facile princeps. Ob cuius noxam ut dixit Virg.li.ænei.primo:qa cõcubuerat in tẽplo Palladis cũ Cassandra regis priami filia. Pallas ne exurere classem argiuũ:atq; ipsos potuit submergere ponto:& reliqua ubi mortẽ illius describit.

Alabastrum cum unico.l.&.t.sine aspiratione scribitur:genus est marmoris perlucidi & colorum uarietate distincti:ut testis est plinius lib.xxxi.&.xxxvi.naturalis historiæ.

Alalia cum.i.latino scribit:fuit teste Herodoto libro historiaꝝ primo urbs in insula Cyrne.

Alastor cum unico.l.&t.non aspirato scribitur:fuit ex sociis aiacis Telamonis in bello troiano.

Alazones cum unico.l.&.z.consonante scribitur:sunt teste Herodoto libro isto.iiii.populi scythici Hipanim fluuium accolentes:quos in adiutoriũ troianoꝝ uenisse oñdit Home.lib.iliados.ii.

Album cum.b.scribitur:quod sabini teste Festo cum.p.scribebant:& dicebaut alpum:& ab dictiõe græca quæ ἀλφὸς dicitur & candoren denotat tractũ asserit. Vnde credi potest alpium nomen deduci & sic quoq; a candore nominari. Nanq; alpes græcam esse dictionem constat.

Alcamenes cum.c.simplici scribitur:fuit uir statuarius de quo Quintilianus libro duodecimo de institutione oratoria meminit.

Alcanor cũ.c.nõ aspirato scribit:nomen est uiri propriũ:de quo Home.& Vir.mentionẽ fecere Virg. libro.ix.ænei.Pandarus & Bicias ideo alcanore creti:& in.x.ait.Huic frater subit alcanor.

Alcathus cum.c.non aspirato &.th.aspirato scribitur:habetq; accentũ in secunda: fuit ex principibus troianis:ut ostendit Home.lib.xii.illiados.

Alcathœ cum.c.sine aspiratione &.th.aspirato scribit:urbs fuit ut quidã putãt eadem cum Megara:de qua dixit Oui.lib.meta.viii.alcathœ quã Nisus habet & reliqua.

Alcæus cũ.c.non aspirato &.æ.diphthongo scribit:fuit poeta lyricus:& patria mytilæneus:dicente Sapho. Nec plus alcæus consors patriæq; lyræq; Laudis habet:quãuis grandius ille sonet. Et Horatius in secundo carminum. Et te sonante plenius aureo alcæ plectro:de quo etiam meminit Herodo.li.historiarum quinto:alius fuit gorgophonis thebani filius & amphitrionis pater:ut ostẽdit Euripides aquo alcides Hercules ipse ut quidam uolunt cognominat.

Alcenor cum.c.exili &.e.absq; diphthongo scribit:fuit teste Herodoto uir argiuus.

Alcedo absq; aliqua aspiratiõe atq; absq; diphthongo scribit:nõ ẽ dictio græca ut quidã putãt:sed latina ut testat Pri.in.vi. declinatq; huius alcedinis & eã auiculã eẽ existimo:quã græci alcyonẽ uocãt:uñ ait Plau. in penulo. Quã mire dulce ẽ cũ ibi alcedo pullos educit suos & forte philomena intellexit.

Alcesta:alii alcestes:nonnulli alcestis absq; aliqua aspiratione uel diphthongo & cũ.i.latino scribit fuit teste Homero libro secundo ilia. admeti coniunx:& filiaꝝ perelei regis Thessaliæ formosissima: exqua & uiro admeto natus est Euemelus:qui ad Troiam cum aliis græcorũ ducibus ueniens undecim præfuit nauibus. Hæc adeo uiꝝ suum amauit:ut cum ad mortem ille ægrotaret:& ab oraculo responsum eẽt ipsum pxime moriturũ:ni aliquis ex propinquis locis eius uolũtaria morte moreret:Ipsa aui de mori uoluit:quod cæteri ppinqui penitus spreuerunt. Quare dixit Sececa i Medea cõiugis fatũ redimens phærei uxoripendit animam marito:& Oui.iii.de ponto ad uxorem dixit. Si mea mors redimenda tua quod abo minor esset:admeti coniunx quã sequereris erat. Ideoq; in obprobriũ fœminaꝝ sui temporis dixit Iuuenalis in Satyra Credo pudicitiam:Spectant subenntem fata mariti alcestem:& similis si permutatio det:Morte uiri cupiant animam seruare catellæ.

Alcibiades cum.c.non aspirato &.i.latino utrobique scribit:fuit athenienſis Clinie filius:qui teste Plutarcho genus ab Eurysace filio aiacis telamoni ducebat. In hoc teste Aemelio probo qui natura efficere possit uidetur experta. Et nihil eo fuisse excellentius:uel in uitiis uel in uirtutibus. Natus est enim i

amplissima ciuitate: fūmo gñre: & oīum ætatis suæ multo formosissīmus: ad oēs res aptus: cōsiliisq; plenus. Nāq; īmpator fuit: fūmus & mari & terra: disertus: ut in primis dicendo ualeret: cuius tanta erat cōmendatio oris atq; orationis: ut nemo ei dicēdo posset resistere diues cum tempus poscceret laboriosus patiens: liberalis splēdidus nō minus in uita q̄ uictu. Affabilis blandus: tēporibus calidissime seruiēs. Idē simul ac se remittebat: neq; cā suberat quare animi laborem perferret. Ita luxuriosus dissolutus libidinosus intēperans reperiebatur: ut oē admirarentur in uno hoīe tantam esse dissimilitudinem: tanq; diuersam naturam. Idem educatus fuit in domo Periclis patrui sui: ut dixit Iustinus: Aemilius uero dixit illū Periclis fuisse priuignū: fuitq; eruditus a Socrate. Ipse quoq; in eunte adolescētia amatus ē a multis atq; etiā a Socrate: de quo mentionem facit Plato in sympolio. Nā eū induxit commemorantem se pernoctasse cū Socrate: neq; aliter ab eo surrexisse ac filius aparente debuerit: Posteaq̄ robustior est factus nō minus multos amauit: In quorum amore quo ad licitū est odiosa multa delicare iocosecq; fecit. Socerū habuit hipponicum oīum græce linguæ eloquētissimū. Bella uero quibus ipse imperator præfuit narrat apud græcos late Thucydides de bello pelopōnesiaco. & Plutarcus in descriptione uitæ illius: apud nostros uero compēdiose Iustinus in libro sui epitomatis quinto: & ut cōcludunt Theopompus & Timæus græci historici: hic cū athenis splendidissima ciuitate natus esset omnes splēdore ac dignitate uitæ superasset certum ē: Postq̄ inde expulsus Thebas uenit: adeo studiis eorum inseruisse dicūt: ut nemo animo cū corporisq; uiribus posset æquiparare: omnes enim boetii magis firmitati corporis q̄ ingenii acumini deseruiunt: eundem apud lacedæmonios: quorum moribus summa uirtus in patiētia ponebatur: ut etiam noster Cicero secundo tusculanarum libro ostēdit: sic duritiæ se dedisse ferunt: ut parsimonia uictus atq; cultus omnes lacedæmonios uinceret: fuisse apud thracas homines uinolētos rebusq; uenereis deditos: hos quoq; cū apud illos esset in his rebus antecessisse affirmant. Venisse deinde ad persas apud quos summa laus esset fortiter uenari luxuriose uiuere: horum sic imitatū consuetudinem dicunt ut illi ipsi in his maxime admirarentur: quibus effecisse: ut apud quos quoscūq; esset princeps poneretur habereturq; charissimus. Verum eorum qui tyrannidē apud athenas exercebant cōsilio: & Lysandri lacedæmonii artificio in phrygia interfectus est: cum iam incendium domus effigisset. quod ad illū interficiēdū fuerat paratum: & eius caput ad Pharnabazum rettulerunt & cuius busstum mulier quæ cumeo uiuere consueuerat: teste Aemelio probo muliebri sua ueste contentū ædificii incēdio mortuū cremauit: quod ad uiuum interimendum erat comparatum.

Alcidamus cum .c. exili &. i. latino scribit: fuit teste Cicerone in primo tusculanarum: rethoe antiquus: qui mortis laudationem scripsit.

Alcides, cum .c. nō aspirato &. i. latino scribit: dicit a poetis Hercules: sic quoq; uel ab Acæo auo: hoc est amphitryonis patre: uel ab αλκη quod est robur. & fortitudo cognominatus.

Alcimus cum .c. exili &. i. latino scribitur: fuit teste Plutarcho epirota: & uir bellicosus.

Alcinous cū .c. nō aspirato: &. i. latino scribit: fuit Nausithoi filius: ut testis ē Homerus li. vii. odysseæ rex phæacum iustissimus: dicene orpheo in argonautica: αλκινοσ κραιῆεακέ Δικαιοτατοισ βασιλῆων: fuitq; diligens hortorum cultor: quare dixit Virgi. li. Georgicorum. ii. Pomaq; & alcinoi siluæ. i. arbores pomiferæ: quas ille in pulcherimam formam ordinauerat: unde Ouidius in .xii. metamor. libro Proxima phæacum fœlicius obsita pomis Rura petunt. adhuc teste Homero in odyssea naufragus uenit ulixes: qui honorifice & regio conuiuio susceptus errores suos enarrauit: cui rex si secum remanere consensisset. Nausicæ filiæ coniugium offerebat: quod ille renuens multis ab eo muneribus donatus: & nauc cum sociis discessit. Sane per syneresim Alcinus absq; .o. nonnunq̄ ab auctoribus ponitur.

Alcippe cum .c. exili &. i. latino atq; duplici .p. scribitur: nomen est proprium fœminæ de qua sæpissime Theocritus loquitur: & quia ab αλκη: quod est robur. & fortitudo deriuatur: & hippos equus: ne forte aliunde deriuari credatur cū .c. absq; abspiratione scribitur: ut similiter. Aristippus & Leucippus.

Alcinæon cum .c. exili. hoc est sine aspiratione: & cū .æ. diphthongo scribitur: fuit philosophus Crotoniates Pyrichi filius: Pythagoræ auditor: hic teste Iaertio primus de naturæ ratione scripsit & animam dixit immortalem atq; instar solis moueri.

Alcmaus cum .c. non aspirato &. a. ante .u. scribitur: fuit filius Amphiarai: qui matrē Eriphilē in patris ultionem occidit. ut uidebimus in dictione Calliroe.

Alcmena cum .c. exili ante .m. &. e. absq; diphthongo scribitur: Fuit Electrionis ex Lysidice uxor filia: Vxorq; amphitrionis: & Iouis amasia.

Alcon cum .c. non aspirato scribitur: fuit teste Seruio super Daphnim cretensis sagittarius: cuius cū filium draco inuasisset: tanta arte direxit sagittam: ut in ea currens in serpētis deficeret uulnere: nec trā siret in filium alius faber fuit argētearius: de quo Ouidius libro metamorphoseos. xiii. Craterē æneæ sibi quem fabricauerat alcon: Nileus & longo cælauerat argumento.

Alecto cū unico .l. &. ct. nō aspiratis scribit: una ē ex furiis ifernalibus: quā Vir. dixit li. ænei. vii. luctificā alecto: nā in accusatiuo quēadmodū in nominatiuo terminat: ut idē in eodē li. Reginā alecto stimulis agit undiq; bacchi: nec est alius casus nisi genitiuus: q teste Seruio alectus facit & tres a poetis describūtur. Tisiphone: alecto: & Megæra: q̄s acherōtis & noctis filias Hesiodus dixit: unde orpheus in argonautica: eoq; nomina unico uersu comphendit dicens τισιφονητε καιαλληκτοκαι Δηι μεγαιρα.

Alethes cum unico .l. &. th. aspiratoscribitur: nomen fuit proprium uiri Troiani: qua αλη ηος. i. uerax

fuerit:de quo Vir.li.ænei.i.Et qua grãdeuus alethes.Idẽ li.ix.Hic ãnis grauis atq; ai maturus alethes.
Algeo cum.e.abſq; diphthongo ſcribitur.& ex uerbo gr co deducitur:quod eſt ἀλγέω ἀλγῶ.i.doleo uel rigio:ita ut ſit frigus dolor quidam membrorum rigore coniectus.
Alexandria cum unico.l.&.x.conſonante atq;.i.latino ſcribitur:nomen fuit trium urbium conſtructa rũ ab Alexandro magno:quaꝝ una fuit in Aegyptõ per Dimocratẽ architectum:ut ſcripſit: Vitruuius ĩ proœmio libri primi de architectura locum ſortitus haud longe ab hoſtio Nili:ut dicit Solinus qoud plurimi canopicum dicunt:eamq; teſte Iuſtino libro undecimo totius ægypti caput eſſe iuſſit. Aliam ſtruxit idem Alexander in Aſia:aliam in Scythia ſuper Tanaim:ut teſtes ſunt Curtius & Iuſtinus.Sane poetæ noſtri nonnunquam loco.i.quod eſt in penultima.e. ſurrogauerunt: ut Horatius lib. quarto carminũ:Nam tibia quo die alexandre ſaupplex:& uacuam patefecit aulam:& inde alexãdræus cum.æ.diphthongo deducitur.
Alia cum unico.l.&.i.latino teſte Ser.in.vii.ænei.ſcribit.Idq; oſtendit Luc.cũ dixit.Quas aliæ clades. Eſtq; teſte Liuio li.v.ab urbe fluuius.xi.lapide uia tyburtina ab urbe diſtãs e mõtibus cruſtumeriis ĩ tyberim defluẽs.apud hũc.xv.kl.aug.galli duce Brẽno romanos ſtrauere & poſtriduo urbem ẽt deleuerunt:excæpto capitolio. Virgi.uero libro.vii.ænei.metri cã cũ duplici.l.ſcripſit dũ ait: Quoſq; fecãs in fauſtum interluit allia nomen:per quem modum reliquias non ſolum cum duplicato.l.ſcribimus.
Alyattes cum unico.l.&.i.græco atque.cum duplicato.t.ſcribitur:fuit filius Sadiattis regis Lidiæ:&pater Crœſi:ut oſtendit Herodotus libro hiſtoriarum primo.
Alyba cum unico.l.&.y.græco ſcribitur:regio eſt teſte Homero libro ſecundo iliados non longe a Myſia:ubi argenti fodinas eſſe dixit.
Alitos cum unico.l.&.i.latino atq;.t.non aſpirato ſcribitur:fuit teſte Hnmero libro ſecundo Iliad. una ex urbibus boetiis:quam herboſam aliarton uocant.
Alicarnaſus cum unico.l.ſequente.i.latino &.c.exili:atq; unico.s.ſcribitur:a nonnullis ex noſtris abſq; aſpiratione principii ſcribitur:ſed quia a græcis ſemper aſpiratur.ut etiam ex eius deriuatione monſtrabitur:inter aſpirata locabimus.
Aliptes cum unico.l.&.i.latino:atq;.t.non aſpirato ſcribitur:apud nos dici proprie poteſt unctor :Nã ab ἀλείφω uerbo græco:quod eſt ungo deriuatur quo uocabulo uſus eſt Iuuenalis in quarta ſatyra dũ ait de græculo:Grammaticus:rhetor:geometer:pictor.aliptes.
Aliſonii cum unico.l.ſequente.y.græco ſcribitur:populi ſunt Scithiæ aſiaticæ:ut oſtendit Herodotus libro hiſtoriarum quarto.
Alitta cum unico.l.&.i.latino atq; duplicato.t.ſcribitur:dicitur teſte Herodoto libro hiſtoriarũ primo lingua arabica Venus
Allegoria cum duplici.l.&.i.latino ſcribitur:poteſt ſecundum uocabuli litteraturam dici alieni loquium.Elegantes uero inuerſionem interprætantur:ut aliud uerbis:aliud ſenſu oſtendatur. Vir.in Palæmone:Claudite iam riuos pueri:ſat prata bibere:hoc eſt deſinite iam plura canere:qa ſat ſuperq; audiuimus.Et in fine libri ſecundi georgicorum: Sed nos imẽſum ſpaciis:cofecimus æquor. Et iam tẽpus e quum fumantia ſoluere colla:hoc eſt quæ tractanda fuerant explicuimus.Iam congruũ eſt carmen finire.Huius ſeptem ſunt ſpecies:ironia. Antiphraſis:Aenigma:Carientiſſimos: Paroemia: Sarcaſmos & Aſtiſmos:de quibus indictionibus & uidimus:& uidebimus.
Alliophilos cũ duplicato.l.in principio &.y.græco i penultima:atq; ſeqnte unico.l.ſcribit:dici pt a noſtris alienigena.Nã cõponit ex ἀλλ ὸ qd eſt aliud:& philos:qd cũ.y.græco ſcriptũ gentem deſignat.
Allothea cũ duplici.l.& in penultima cum.th.aſpirato:in ultima uero cu m.t.ſimplici ſcribitur:dici poteſt latine poſita.Nam componitur ex ἀλλωσ:quod eſt aliter:&θετα poſita:
Aloeus cum unico.l.ſequente.o.&.eu.diphthongo in fine ſcribitur:fuit Titani filius ex Terra:Hic teſte Hom:li.xi.odiſſeæ iphimediam uxorem hãbuit:quam cẽs alii poetæ & ſcriptores græci ipimediã uocant.Eodem mõ Seruius noſter in nonũ Virgilii in librũ:hæc itaq; adulterari conſueuerat cũ Enipeo quodam:In cuius ſpeciem uerſus Neptunus:ipſam grauidaſſe dicitur.Nam ut ait Home. φασκε ϖοδεια ἀλοηι μιγηναι:hoc eſt dicitur illam Neptuno ſuiſſe cõmixtam:quæ illi uel marito: ut alii uolũt gemellos peperit Oetum & Ephialtem:qui aloides a putatiuo patri cognominati ſunt dicẽte Ouidio libro metamorphoſeos ſexto:cum ad Neptunum loqueretur:tu uiſus enipeus gignis aloidas. Sed cum hi teſte Seruio ſingulis ebdomadis nouem digitis in corporis proceritatem extendetentur: nouem ulnis excreuerunt:ut,dixit Home.lib.xi.odiſſeæ cum ait: ἐννέα τ' ὠργυιὰς τανύσσεσθον ἀϋτε. Verum parantibus titanis bellum aduerſum iouem:nec ad illud decrepitus aloeus accedere poſſet hos miſit geminos cõtra deos.quod Lucanus ipſe tetigit:quando libro ſexto dixit.
Impius hic prolem ſuperis immiſit aloeus inſeruit celſis prode ſecum pelioo aſtris:ſed confixi ſagittis ab apolline & Diana in infernum detruſi ſunt:dicente Virgilio libro æneidos ſexto.
Hic & aloidas geminos immania uidi
Corpora:qui manibus magnum reſcindere cælum
Agreſſi:ſuperiſq; iouem detrudere regnis. Sed ut ſcribit Homerus libro quinto Iliados:bellum prius cum Marte geſſerunt:quem uictum catenis:treſdecim menſibus truſum in carcere tenuerunt:in quo lane perpetuo perduraſſet:niſi ad monitu & præcibus Eriboæ nouerce.Ideſt Iunonis:furtim a Mercu

rio liberatus fuisset: Quod et Claudianus noster de laudibus Stiliconis agens tetigit. q̃do ait. Cum germini fratres genuit: quos asper alœus Martem subdiderint uinclis: Et inde Carolus Arretinus cõtemporaneus meus elegia ad Pogiũ inquit in Mercurium loquens: Tu mactas argum: marti tu uincula soluis: Vincula quæ sæuo carcere nexa deo:

Alope cum unico. l. scribitur: & in fine accẽtũ detinet apud græcos: fuit Cercyonis filia: a cuius nomine cognominata est alope ciuitas thessaliæ: de q̃ meminit Home. lib. ii. iliados: Et alopetes cuius dicitur.

Alphabetum cum. ph. aspirato. &. t. non aspirato scribitur: Nomẽ est compositum ex nominibus duarum primarum litterarum græcarum: uidelicet ex alpha & beta: quarum secundum cum. t. exili scribitur ut in ea dictione uidebimus. Quare ait Iuuenalis in satyra Plurima sunt fuscine:

Hoc dicunt omnes ante alpha & beta puellæ.

Et inde Alphabetum quod apud græcos ordinẽ litterarum numerum designat. Et prima littera unũ denotat secunda duo: & reliquæ mõ cosimili apud antiquos indicabant. Quod & si aliquando apud nostros itidem antiquos obseruatum fuerit: ut affirmare uidetur Priscianus ĩ libello de numeris: nũc uero præter pauca reliquæ numerum non designant Verum. c. pro centum ponimus. d. pro quingentis. i. pro uno. l. pro quinquaginta. m. pro mille. u. pro quinq; &. x. pro decem scribere consueuimus.

Alpheus cum. e. absq; diphthongo scribitur. Nam licet apud græcos sit. ei. diphthõgus. nam scribitur αλφειὸσ: nos tamen diphthongũ in. e. longũ cõuertimus: fluuius est helidis ciuitatis arcadiæ iuxta Pisam decurrens: ut auctores quinq; asserunt: qui longo tandẽ cursu in achaia demergitur: & ibi a terra absorptus atq; subter mare defluens: ex græcia in fontem arethusam apud siracusam ĩ scicilia se attollit: & inde in mare siculum cadit. Vnde Vir. lib. iii. æneí. ait. Alpheum fama est huc helidis amnẽ. Occultas ægisse uias subter mare qui nunc Ore arethusa tuo siculis confunditur undis.

Alpes græcum esse dixit Festus: ab αλφοσ: quod est candidũ deductum: quia perpetuis fere niuibus albescunt unde ait Priscianus in septimo αλφε̃σ. cum. ει. diphthongo ĩ fine apud græcos scribitur: quam quidam ex nostris in. i. conuertunt: & dicunt alphis cum. i. finali: ut sardis: & sirtis. Sed pleriq; diphthõgum in. e. conuertunt: & dicunt alpes. Hæ oẽm Italiam inaccessibili muro claudentes a tota Gallia: & Germania securam reddebãt: sed cum illas peruias igne & aceto Hannibal pœnus effecerit: ab illo teste Seruio non solũ eius loci mons Apæninus dictus est: sed ois eius montis tractus qui p totã discurrit. Italiã: & usq; in Siciliã protensus est Apœninus est cogniminatus: quasi alpes pœni. Vnde Vir. li. duodecimo æneí. Quãtus gauderet niuali. Vertice se attollens pater apœninus ad auras. Et Lucanus de illo inquit: Nullo q; a uertice tellus Altius intumuit: propiusq; accessit olympo. Et ut ait Plinius lib. uigesimo sexto naturalis historiæ in portento prope habuere maiores alpes Hannibale exuperatas & postea a cimbris: nunc ipsæ cæduntur in mille genera marmorum:

Althea cum. th. aspirato: &. ei dihthongo scribitur: habetq; accentum in penultima: nomẽ fuit proprium uxoris Oenei regis Aetoliæ: cuius regia ciuitas erat Calidon: fuitq; Testrusalia: & mater Meleagri: quem fatali stipite consumpsisse scribitur a poetis: dicente Ouidio libro primo de tristibus.

Vtq; cremasse suum fertur sub stipite natum.

Testias & melior matre fuisse soror.

Alucinari per unicum. l. scribitur: & ex græco factũ quod est αλυσιν dixit Cloatius uerus in libris quos teste Gellio li. sextodecimo noctium atticarum inscripsit: uerbor̃ e græcis tractor̃: unde luciũ quoq; dictum esse putat tarditatem quandam animi & stuporem: qui alucinantibus plærunq; uenit.

Amaracus cum. c. non aspirato scribitur. fuit teste Seruio super primum æneídos: puer regius: qui cũ præciosa deferret unguenta casu lapsus: & fracto uase ingenti concepto odore in odoriferam herbã conuersus est: de qua Virgilius Vbi mollis amaracus illum floribus & dulci spirans complectitur umbra: hanc diascorides dixit aromanis persam dici.

Amaranthus cum. th. aspirato scribitur: flos est purpureus gratissimi coloris: qui apud nos immarcescibilem idicat: de quo Plinius libro uigesimoprimo naturalis historiæ inquit: amarãthus est spica purpurea uerius qua flos aliquis & ipse sine odore prouenit augusto mense durat in autumnum: summa natura eius in nomine appellatiuo: quoniam non marcescit: sed postq̃ defecerunt cuncti flores madefactus a qua reuiuiscit & hibernas coronas facit: de hoc Ouidius libro quarto fastorum.

Has hiacinthe tenes illas amaranthe moraris.

Amarylis cum. y. græco in penultima sequete duplicato. l. &. i. latino in ultima scribitur: nomen fuit rusticæ proprium de qua & Theocritus: & Virgilius sæpe meminere.

Amalthea cum. th. aspirato: & absq; diphthongo scribitur: fuit louisnutrix: quam Lactantius lib. institutionum primo una cum sorore Melissa quæ scilicet patris nomen detinebat: iouem puerum caprino lacte ac melle pauisse asserit at Parmenius poeta græcus capram illã fuisse dixit: quæ geminos hædos parere solebat: & tũc illo tpe enixa fuerat quo Iuppiter ad regẽ cretæ Melissum nutricẽdus missus fuerat: & filiabus eius i custodiã datus: q̃ cũ tũc forte lacte careret illũ ad caprã amaltheã exposuerunt.

Amathus cum. th. aspirato scribitur: Insula est in mari ægæo q̃ Veneri sacra fuit. Ipsa dicẽte apud Virgilio libro æneídos decimo: est amathus: est celsa mihi paphos atq; cithera. Ipsa eadem est metallorum fœcundissima: dicente Ouidio libro metamorphoseos decimo: At si forte roges fœcundam amathunta metallis Et inde amathunteus: ut Ouidius in eodem libro.

Lactantes uitulos amathunteasq; bidentes.

Amathuta penultima cum .th. aspirato: & ultima cum .t. simplici scribitur: fuit uxoris Athmātis regis thebarum nomen: quæ ante deificationem uocata fuit ino.

Amasenus cū unico .s. &. e. absq; diphthongo scribit: fluuius ē uolscoꝝ priuernatū: ultra quē metabus uolscoꝝ rex & Camillæ pater: subditoꝝ irā fugiēs: telo alligatā ipsā filiā Camillā iecit: ut oñdit Vir. li. æneī. undecimo. Quoniā ex eo noie esse aliū in sicilia fluuiū ostendit. Ouidi. lib. metamorpho. quinto decimo dicēs: Nec nō sicamias uoluens amasenus arenas: Nunc fluit interdū supræstis fontibus aret.

Amasis cum unico .s. post .a. & ante .i. latinum scribit: habetq; accentū in penultima. fuit teste Herodo. li. historia. secundo ægypti rex: cui⁹ tumulus fuit una pyramidū: dicente ēt Lucano li. ix. Nō mihi pyramidū tumulus euulsus amasis. hunc plato dixit in timæo Athenas apud græcos ædificasse ante quē pōponio trecēti & triginta reges in ægypto fuere: q̄re uetustissimos p̄dicant ægyptios. alius eodē nomine uir fuit maraphius patria: & peditū darii dux cōtra cirenēses missus: ut herodotus ipe mōstrauit.

Amazones cum unico .z. scribitur: Nā uocabulum est compositū ex a quod est sine: & mazon mamma & tam primā q̄ penultimā corripit. ut Vir. lib. xi. æneidos: Pulsant & pictis bellantur amazones armis fuerunt scithicæ fœminæ iuxta tanaim fluuium primum inhabitantes: deinde ad loca iuxta fluuium thermodoonta deuenerunt. Et ulterius inde p̄cedentes magnā asiæ partem occupauere: de his oīa libro secundo sui epitomatis narrauit Iustinus. Nec uiris hæ fœminæ miscebnāt: nisi in uere cū quibus uulgo delectari consueuerant: quousq; grauidas se p̄sentirēt: quod Seneca in hippolito tetigit cū ait.

Et prorsus iste gentis armigeræ furor.
Odisse ueneris fœdera & castum diu
Vulgare populis corpus: & relicta: Equibus si mares nascebantur. interficiebant illos: fœminas uero eaꝝ dexterioribus māmis inustis ad consueta sua officia exercebant. Vnde amazones dictæ sunt.

Ambidexter cum .i. latino & .x. ante .t. exili scribitur: componitur ex αμφω: quæ latine ut supra uidimus transfertur ambo: & δεξιος dexter.

Ambracia cum .c. exili hoc est sine aspiratione & .i. latino scribitur. ubi .p. in .b. cōuertimus. Nam apud græcos ampratia scribitur. urbs est i epiro teste Liuio libro .vii. de bello macedonico. aspero subiecta tumulo. Arcemq; habet in tumulo positā. Estq; iuxta aretonem nauigabilē fluuiū: dudū fuit pirrhi regia: de qua Ouidi. lib. ix. metamorpho. Præter erant uecti certatā lite deoꝝ.

Ambraciam: uersisq; uident sub imagine saxum.

Inducis actiaco quæ nūc ab apolline dicta est. Nā ibi actiū est oppidū & promontorium: ubi Augus⁹ uictis Antonio & Cleopatra: nō mō refecit sed ampliauit templum actiensis Apolinis: ut dixit Suetonius & actienses ludos instituit: ut uidimus in dictione actiū. Sinus ēt huic urbi adiacens: ambratia similiter dicitur: cuius circuitū describens Ptolomæus primo ponit acarnanū oppidū: deide subsequēter aratii fluui hostia: deinde Ambraciā urbē: post illā actiū oppidū & laucas promontoriū: deinde azīliā urbem deinde acheloi fluui hostia qui terminus est epiri hoc est eiuspartis: quæ Acarnania dicitur: ut illis dictionibus uidimus.

Ambrosia cū .i. latino scribit: herba fert dulcissimi saporis: adeo ut ex illa depasci sint crediti: dicente Ouī. li. i. de pōto Nectar & ambrosiā latices epulasq; deoꝝ. det mihi formosa grata iuuēta māti diasco rides uero dixit ābrosia quā multi artemusiā dicūt plurimas i fructice detinet uirgas lōgas palmis tribus hētq; folia i initio minuta similia rutæ: uirgæ uero sūt plenæ semine: q̄si acinis odorē uini habēte. Nec unq̄ herba floret: hētq; radicē duobus palmis longā. Plī. artemisiā credit. Sane ab ābrosia adiectiuū ambrosius ābrosia ābrosiū deriuat: q̄si diuinus diuina diuinū: aut īmortalis & īmortale: ūde Hom. αμβροσ ἰδὶ κατὰχα σ αι. i. ut traduxit. Virgi. in primo. æneī. Ambrosiæq; comæ: hoc est diuinæ.

Amethistus penultima cū .th. aspirato & .i. latino: ultima cū .t. exili scribit: lapis est p̄ciosus coloris purpurei contra ebrietatē ualens: unde nomē assumpsit. Nā negationē indicat: & μεθυ ebrietatē: ide amethistinus. ut Iuuenalis in satyra. Et spes & ratio inqt: Vendunt amethistina. at uero Hora. nō amethistina in neutro: sed amistidē amato .th. aspirato p̄tulit in fœminino cū ait in li. carminū primo: Bassū threicia uincat amistide: qd̄ acrō ānotauit asserēs sic apud ātiq̄ores p̄latū: sed suo tpe amethistis dici.

Amiclæ cū .y. græco & .c. nō aspirato scribit: fuit Laconiæ ciuitas Apollini sacra: ut ait Home. libro secundo iliad. fuitq; Castoris & Pollucis patria: qd̄ li. iii. geor. tetigit Vir. cū ait: Talis amiclæi Domit⁹ Pollucis habenis Cillarus: & equoꝝ graii meminere poetæ. Similiter Statius libro primo achilleidos:

Soluerat œballo classē de litore pastor Dardanus incautas blāde populatus amiclas: & inde amiclæus cum .æ. diphthongo deducit: ut Vir. præfaro libro: armaq; amiclæūq; canē. cressamq; pharetam: q̄si bonos canes producat: & Ouidi. octaua epistolaꝝ heroidū inquit: Castori amiclæo: & amiclæo pollucī. Alia hoc nomine uocitata fuit in Italia urbs inter Caietā & Tarrancinā cōstituta: quæ teste Seruio super .x. Virgilii librū a laconibus. qui Castoris & Pollucis comites fuerant constructa fuit: quæ deinde tacendo p̄iit: ut dixit Lucilius & Virgilius tetigit p̄fato libro cū ait: Tacitus regnauit amiclis. Q d̄ sane per hūc modū fuisse ferē: Ciues eius urbis cū pithagoreā sectā a cæde omnium animaliū abstinētes obseruarent: & ex uicinis paludibus natos serpentes occidere nephas putarent ab iisdem interempti sunt: quam sententiam Plī. his uebis li. v. naturalis hist. confirmare uidetur dicētes Iuxta Tarrhacinam fuere Amiclæ a serpentibus deletæ. hæc ille: sed tacitas dixit Amiclas Virgil. hoc est pytha-

goræas:quia taciturnitatem Pythagoras primum discipulis per quinquēnium īdicebat. Alii uero ex ponunt cum frequēter falso nunciarentur hostes:& inani terrore ciuitas quasseretur:lata lege cautū est ne quis unquam hostis nuciaret aduentu. Postea uero cum hostis nullo nunciāte ueniret:ex impro uiso ciuitas capta est. unde tacitæ dictæ sunt:quia periere silentio. Hinc est quod ait Lucilius:mihi ne cesse est loqui. Nam scio Amiclas tacendo perisse.

Amiclas etiam in singulari similiter cum.y.græco:&.c.exili scribitur:fuit nauta pauperrimus ī Epiro: de quo Lucanus libro quinto plura prosequitur:

Amyclon cum.y.græco scribitur:ciuitas fuit Peoniæ:seu mauis Macedoniæ:non longe ab Axio flu uio:troianis auxilia mittens:ut ostendit Homerus libro iliados secundo.

Amygdala cum.y.græco scribitur:dicit a nostris nux longa. Virgilius libro georgicorum primo. Cū se nux plurima syluis induet in florem:exponit Seruius ideſt nux longa.

Amyne cum.y.græco scribitur:fuerunt teste Macrobio libro tertio saturnalium loca:ubi postea Pha lernum dictum fuit. Et inde aminæus cum.æ.diphthongo in penultima scribitur. Virgilius libro ge orgicorum secundo:Sunt & amineæ uites firmissima uina.

Amyntas cum.y.græco &.t.non aspirato scribitur ponitur a Theocrito & Virgilio pastor: quo etiam nomine Alexandri auus:hoc est pater Philippi cognominatus fuit:quin & alii plures.

Amyntor cum.y.græco &.t.exili scribitur:fuit teste Homero libro secūdo iliados phœnicis pater. Vn de dixit Ouidius in tertia heroidum epistolarum: Venerunt ad te Telamone & amintore nati.

Amyhtaon cū.y.græco &.th.aspirato scribitur:fuit uir argiuus:pr̄ Melāpi medici:ut ostendit Hom.di uersis ī locis odis.a quo melāpus ipe dictus ē amithaoni⁹: Vir.li.geor.iii. Amithaoniusq; melampus.

Amon cum duplicato.m.& absq; aspiratione principii scribit:a nostris arena dicitur. Nam cum Liber pater deuicta iā india per extrema Libiæ cum toto exercitu gradiens maxima siti laboraret: ioui hu militer supplicauit:ut in hoc arduo casu se illi patrē ostenderet. Cui cum repente occurrisset aries:il lo duce ad limpidissimum fontem deductus est. Moxq; sub oculis ammirantis euanuit. Quare credi derunt cuncti arietem illum iouem fuisse. Ad huius ergo tantæ rei memoriam sumptuosissimum tē plum cōstrui fecit quod iouis ammonis hoc est arenarii cognominauit. In quo scilicet simulacrū arie tis forma præstabat:de quo Lucanus libro nono Catonis iter per Libiam describens ait:

Ventum est ad templum libicis quod gentibus unum.
Inculti garamantes habent:stat corniger illic.
Iuppiter ut memorant:sed non aut fulmina uibrans.
Aut similis nostro:sed tortis cornibus ammon. Et inde ammoniacus gummi quoddā seu lachrima di citur:quæ ut late Plinius libro.xii.naturalis historiæ rettulit ex arbore gignitur:quā metropon uocāt: iuxta oraculū Ammonis. Idem lib.ii.eiusdem operis prius dixerat ibidē esse fontem:q̄ die friget:no ctibus feruet. Quod Ouidius libro.xv.metamorphoseos tetigit cum ait,

Media tua corniger ammon.
Vnde die gelida est:ortuq; obituq; calescit.

Amomum absq; aspiratione principi uel duplicatione ipsius.m.scribitur:herba est suauissimi odoris, quā Pli.li.xii.natu.hi.nasci dixit ī Armenia: Arabia:& Pōto:armenicā uero poibus Discorides laudat

Amorges cum.r.post.o.& ante.g.scribitur:fuit ex Larii ducibus unus:qui in Caria occiderunt:ut ostē dit Herodotus circa finem libri quinti.

Amœbæus antepenultima cum.œ.& penultima cu.æ.diphthpogis scribitur:genus est carminis æqua li numero alternatim prolati:ut Vir.i bucolicis: Alternis dicetis:amāt alterna camænæ:unde dicitur quasi ἀμοιβαῖος:quod est alterne:& mutue. Nam ab ἀμοιβῶ.quod est commuto deriuatur.

Amnis quidam græcū esse uolunt:& componitur ex ἀμφω:quod est circum:& nare fluere. Varro uero ostendit esse latinum:& ab ambio quod est descendo deriuatum.

Amphiareus cum.i.latino &.eu:diphthongo in fine scribitur:fuit Oiclei filii. Antiphatis filii Melāpi filius: Vnde Statius libro thebaidos tertio inquit: Ac prior oiclides solita prece numen amicat: Fuit Apolltinis uates:& inter augures clarus. Ita ut cū primū pubescret:ab argonautis uocatus accessit: ut eodē li. Statius ipse mōstrauit:deinde cū tpis succesſu Adrastus argiuoq; rex expeditionē in theba nos acturus eēt:una cū Melāpo uate montē amphisanta ascendit:uisurus qd ex bello argiuis euētuq; eēt:& cū iter alia puidisset se ex eo bello nō reuersuq;. latebras petiit:q̄ oia Eriphilæ uxori tanq̄ fidissi mæ idicauit. Sed iā cunctoq; principiū exercitu parato:cū solus ipse peteret a cūctis:& longior moras tediū pareret uniuersis:uxor illius pacta cū argia filia adrasti cingulū seu monile p̄cioſū:qd Vulcanus Hermione priuignæ:& uxori Cadmi prius dederat:maritū detexit:q cū Thebas cū aliis principibu nō rediturus peteret:& die qua curru & armis nobilis ueniſſet in plū:fato repente maximo terremo tu telluris uoragine absorptus obiit. Quare dixit Statius libro sexto uiuum illum & armatū ad infe ros descendisse. Cætera uero q̄ deinde secuta sunt uidebimus ī dictione Eriphile & dictione Calliroe.

Amphibolū cum.i.latino & unico l.scribitur.a nostris dicitur ambiguum. Nam componitur ex ἀμφι quod ē undiq;:& βουλυ consilium:unde amphibole uel amphibolia.i.ambiguitas.

Amphibologia eodē modo scribitur:& ex ἀμφι cōponitur atq; logia.quæ est sermocinatio. q̄si sermo ille sententiā dubiam indicet:ut dico lacedæmonas athenienses superasse. Simili mō respondit Apol

lo ad pirrhũ dicẽs: Aio te æacida romanos uincere posse. Fit ẽt p̃ icertam distinctionẽ: ut Virgi. libr. æneidos primo: Bellũ ingens geret Italia: ubi qs intelligere posset de ingenti Italia: sicut de ingẽti bello. Et eodẽ libro: Aurea subnectens exertæ cingula mãmæ: ubi teste Seruio dubiũ est an ipsam aureã uel aurea cingula dicere uelit. Sed similia q̃doq; metri rõne amphibologiã abiiciũt: & certitudinẽ ex metro assumunt: ut Vir. in buco. Mollia lutheola pingit uacinia caltha: ubi non possumus mollia ad caltha referre: nec uacinia ad lutheola. qa nisi lutheoia sextus sit casus: nõ staret uersus. Idẽ libr. æneid. ix. Cristaq; tetigit galea aurea rubra: ubi duo ablatiui sũt & duo noiatiui: quos metrica ratiõe discerni mus. Nã rubra & crista longas habent ultimas: quia ablatiui sũt casus. Fit ẽt amphibologia p cõmune uerbũ: ut depræcatur Cato: Calumniatur Cicero. Præstolatur Brutus. dedigantu Antonius. in quib° O non ostenditur an actionẽ denotẽt uel passionem. Simili mõ fit ĩ æquiuocis. ut si quis dicat canis mordax est: nõ intelligitur an de cælesti sidere: uel pisce marino: uel latrabili aiali loq̃tur: cum eorũ quisq; mordere dicatur. Similiter acies acuta est: ambigitur an de acie oculorum uel gladii uel militum.

Amphibrachus cum. i. latino &. r. post. b. & ante. a. atq;. ch. aspirato scribit̃. pes ẽ tribus syllbis constãs & breuem ex utraq; extremitate, atq; longam in metro detinens: quod nomẽ ipsum indicat. Nam ex αμφι. quod est undiq;: & βραχυσ breuis dicitur.

Amphilocus cum: i. latino &. ch. aspirato scribitur: fuit athenienſis philosophus: & agriculturæ scriptor ut testis est Varro libro rerum rusticarum primo.

Amphilythos cum unico. l. sequente. y. græco &. t. non aspirato scribit̃: potest interpretari undiq; dissolutus. Nã a λυω cõponitur. qd̃ ẽ dissoluo. fuit teste Herodoto libro histo. primo uir acarnanus: cuius oraculo fretus Pisistratus deuictus apũd Marathona athenienſibus urbem tertio occupauit.

Amphimachrus cum. c. non aspirato scribitur: pes est ex tribus syllabis constans: quarum prima & ultima longa est: & media breuis: ut nomen eius indicat: quod est αμφι. i. undiq;: μακροσ longus.

Amphimachus cum. i. latino &. ch. aspirato scribit̃: fuit Amphiarei uatis ex uxore Eripile filius: quem Homerus cum aliis græcorum ducibus ad Troiam uenisse scribit.

Amphion cum. i. latino scribitur. habetq; accẽtũ ni penultima fuit teste Seruio in Alexim Iouis & Anthiopes filius. Alii dicunt Mercurii. a quo suscepta lira adeo dulciter canebat. ut saxa ad struẽdos muros thebanos traxisse dicatur dicẽte Horatio in poetria. Dictus & ãphion thebanæ conditor urbis.
Saxa mouere sono testudinis & prece blanda:
Ducere quo uellet. Et Statius libro thebaidos primo.
Penitusq; sequar quo carmine muris
Iusserit amphion tirios accedeř mõtes. Et seneca in Hercule furente. Cuiusq; muros natus amphion ioue Struit canoro saxa modulatu trahens. Ob quod dicebat Virgilius in Alexi.
Canto quæ solitus si quando armenta uocabat
Amphion dircæus i acteo aracito. Nã teste Pli. li. vii. naturalis histo. primus rõem musicã adinuenit

Amphiro cum. i. latino scribitur. fuit teste Hesiodo in theonogia nimpha Oceani & Thetios filia.

Amhyrites antepenultima cum. i. latino penultima cũ. y. græco & ultima cum. t. nõ aspirato scribitur insulæ ponuntur ab Homero in himno apollinis: nec ubi sint explicat.

Amphisa cum. i. latino scribitur: fluuius est in phocaica regione: ut ostendit Lucanus in tertio.

Amphitryõ cũ. t. nõ aspirato &. y. græco ĩ penultima scribit̃: fuit Alchæi thæbani filius. q alcmenã Electryõis filiã ex Lisidice formosissimã habuit uxorẽ a ioue amatã: ex q̃ Herculẽ genuit: q nõnũq̃ a marito matris amphitrioniades a poetis dicit̃. Sicut Helena a Tindaro tindaris: q̃ similiter iouis filia dicit̃.

Amphitrite cũ. i. latino utrobiq;: & similiter. t. absq; aspiratione alia scribit̃: fuit Neptuni uxor: quã cũ Neptunus primo uxorẽ ducere uellet: teste Eratosthene poeta græco: & illa uirginitatẽ seruare cupet fugeretq; ad Atlanta: quæsitũ illam Neptunus delphinẽ misit. qui cum diuersa p loca uagaret̃: ad uirgi nẽ tandẽ peruenit. Qui adeo efficaciter psuasit: ut eoꝝ nuptias summa pace conficeret. quapꝓter ad cælũ Delphinẽ tractum: & stellificatũ dicunt: & ponit̃ a poetis amphitrite comuniter p aq̃: que uni uersũ circũplectit̃ orbẽ: dicẽte Ouidio. li. meta. i. Nec brachia lõgo Margine terraꝝ porrexat amphitrite

Amphtiheatrũ cum. i. latino sequente. th. aspirato: & in fine cum. t. exili scribitur: & dici potest ad litterã undiq; spectaculũ. Nam cũ theatrũ ut i ea dictione uidebimus formã habeat hemicicli. duo theatra in unum coiuncta amphiteatrũ constituunt: ut ostendit Plinius libro naturalis historiæ: Cum de. C. Curionibus pensilibus theatris ptractabat. Nã eeste Cornelio tacito in gestis Neronis: Ipso &. L. Pisone consulibus. C. Iulius Cæsar in cãpo martio primũ amphiteatri mollẽ posuit. quã Suetonius ab illo destinatã: postea ab augusto mausolũ ædificaturo destructã dicit Suetonius etiam in. C. Cæsaris operibus scripsit Statilii Taurũ amphiteatꝝ ædificasse. Et de uespasiano primũ: postea de Tito eius filio scribens amphiteatri opus utriq; attribuit. Sed de eo amphitheatro quod coloseum dicunt dubiũ uideť quẽnam illud ædificasse dicamus. Na quidã Vespasianũ illud inchoasse: & pfecisse: dicente Suetonio in illius uita: Itẽ fecit amphitheatrũ urbe media ut destinasse cõpererat Augustum. quidam Titum eius filiũ: id opus confecisse: quidã Vespasianũ inchoasse: & Titum perfecisse putant. Sed amphitheatrum dedicasse: stratisq; iuxta celebriter extructis dixit Suetonius in illius uita. Vnd Martialis in epigrammate ad Titum: uel ut alii uolunt ad Domitianum.
Barbara pyramidum sileat miracula memphis

Assiduus iacet nec babilonia labor:
Nec triuiæ templo molles laudentur honores:
Dissimuletq; deum cornibus ara frequens.
Aere nec in uacuo pendentia mausoleа
Laudibus immodicis cares in astra ferant
Omnis cæsareo cedit labor amphitheatro:
Vnum pro cunctis fama loquat opus:fuitq; hoc amphitheatrū in pte domus aureæ Neronis:q̄ a Vespasiano & Tito penitus deleta fuit.ut uidebimus i dictione colossus:& latius in dictione Roma.Nec
0 solū amphiteatrū dicebat:sed a multis arena sæpissime uocitata est:Nā sic quoq; similis molles:q̄ nūc Veronæ:& altera quæ Polæ conspicit:arena noiatur:Quod nomē assūpsisse puto ab arena:q̄ in medio illius plateæ ne gladiatores:& alii defluerēt sternebat cū lapidibus strata fuisse ueri simile sit.Ideo ait Iuue.Latū media sulcū deducit arena:Nā certabāt q̄doq; inter se hoies in amphitheatro.Nōnunq̄ cū ursis:leonibus:& aliis feris bestiis:qd certamen munus gladiatoriū dicebat:& certantes ipsi gladiatores a gladio:gladius āt ē mucro seu ensis cū cultellus:ut male utunt:nōnulli:Dicunt ēt bestiarii per cussores:& lanistæ a laniādo.Iuue.in satyra Stēmata q̄d faciūt? Inuenies aliquo cū pcussore iacētē.idē i satyra Credo pudicitiā. Testādi cū sit lenonibus atq; lanistis Libertas. Similiter ab arena arenarii:& aretæ qd artificiose ferebāt:ut isequētem aduersariū opirent:& implicitū uiribus superēt rætiarii dicti sunt qd ræte a iaciēdo iaculū appellabant.Et ob simile cām dicti sunt laq̄ri cū fugiētē iniecto laqueo impeditēt pugnabantq; sæpissime fuscina seu tridente.ut Neptuno honorē impenderēt. Vnde Iuue. in satyra Stēmata q̄d faciūt inqt.Mouet ecce tridentē Postq̄ uibrata pendentia rætia dextra,ne q̄q̄ effudit.Nāq; multi primū capite dānati.mox alii i bellis capti illic cū feris pugnādo mortē oppetere cogebant.Ita ut teste Seneca duo q ad id certamē portabant.mortē sibi prius cōstituerit.unde ēt Claudius Cæsar paccatis ægyptiis.& in potestatē redactis militibus:quoq; nō pua manus ob effluētiā opū rebellauerat ptē occidit:& partē pugnaturos cū bestiis mist.Idē Iosephꝰ de captiuitate iudaica: Titū diuersis i locis de captiuis iudæis fecisse ostēdit. Sed deinde mali auari hoies cū bestiis pugnaturi publice accipiebātur. Verq; hanc sanguinariā uoluptatē pugnādi cū bestiis primū athenienses cōperisse dicuntur.& ad ciuitatē in honorē scithiæ Dianæ cōduxisse. Sed teste Iulio capitolino in uita Pupieni: & Balbini multi uetereq; dixerūt deuotionē hanc a romanis factā cōtra hostes.ut sanguine litato romani ipsi specie pugnarū seuiores fierent. Ita ut pugnas uidentes:& uulnera ferrūq;.& undas inter se cohortes cū in bello contra armatos hostes essent:uulnera:& sanguinē non horrerent. scribit ēt Suetonius Domitianum edidisse ludos.& spectacula ratibus in amphithearro aqs quantū oportuit undato.

Amphora cum.ph.aspirato scribitur græcū est:& apud illos generis masculini dicitur αμφορεύς. Sed hæc dictio ut multæ aliæ cōmutatione terminationis:ēt genera ipsa commutat:ut κραρτηρ crater:ὁχαρτης hæc cartha κρος hæc cæra:ὁπαγτηρ hæc pāthera Horat.in secunda epistolarum. Si foret in terris democritus:seu
Diuersum confusa genus panthera camelo.
Siue elephas albus uulgi conuerteret ora.

Amphrysus cum.y.græco post.r.sequente.s.consonante scribitur:fluuius est thessaliæ:iuxta quē armēta regis Admeti Apollo diuinitate priuatus:ob pulsatos cyclopas pauisse traditur.ūde ait Vir.li.geor. iii.Pastor ab amphriso.Lucanus lib.vi.Et flumie puto Irrigat amphrisus famulantis pascua phœbi.

Amphistos cum.i.latino post.s.&.t.simplici scribitur:fuit proprium puellæ nomen.

Amulius cum unico.l.&.i.latino scribitur:fuit albanorum rex:& Numitoris frater.

Amocreon cum.c.non aspirato scribitur:fuit poeta lyricus:& patria teius.hic Banthillū adolescētulū famium ardenter amauit:dicente Horatio libro.iiii.odarum i ea oda:cuius initiū est Mollis inertia.
Non aliter samio dicunt arsisse bathillo
Anacreonta teum:qui perſæpe caua
Testudine fleuit amorem:& Ouidius de eodem libro secundo fastorum:
Quid nisi cum multo Venerem contemnere uino:
Præcepit lirici teia musa senis.Hic teste Pli.lib.v.natu.hist.acino uuæ passæ strangulatus occubuit.

Anacarsis cū.ch.aspirato scribitur:&.i latino:fuit philosophus ex scithaq; genere sapientiæ admirādæ ut dixit Cicero libro quinto de quæstionibus tusculanis.Immo affirmat Herodotus libro historiarū iiii.neminem ex scithis sapientem audiuisse nisi hunc:quē sapientissimum fuisse testatur:fuitq; Gnurii filius:& Cadnidi scitaq; regis frater:& tandē teste Iosepho libro.iii.ad grammaticum: cum ad suos reuerteretur:& conaretur græcoq; leges suis inducere:in uenatione a fratre sagitta occisus interiit:dicens se gratia eloquii:& disciplinæ in Græcia coseruatum:ob quæ in patria peribat.

Anadiphosis cum.i.latino utrobiq; scribitur:dici potest a noæris reduplicatio. Nā cōponitur ex ανα: qd plærūq; in compositione dicit re &:Διπλωσις duplicatio:Fitq; tūc quoq; cum uersus aliquis ab ea dictione incipit:in quam præcedens uersus desinit:ut Virgilius in Damone:Certent & cignis ululæ: sit tityrus Orpheus:Orpheus in syluis:inter delphinas arion.

Anagliphon cum.y.græco scribitur:significat apud nostros desuper sculptum.Nam ex ana componitur:quod nonnuq̄ desuper indicat:& γλυπτο:quod est sculpto.

Anagrus cum.r.post.g.scribitur.fluuius est:thessaliæ:cuius aquam centauri ab Hercule uulnerati qa in illo se lauerant importabilem reddiderunt.

Analogia cum.a.i secūda syllaba:& unico.n.& unico.l.atq;.i.latino scribitur:quā ut dixit Quintilian⁹. proxime e græco transferentes proportionem uocauerunt:eius ut ait hæc uis est:ut id quod dubium est:ad aliquid simile de quo non quæritur referat:ut in certa certis probet:ut si quæratur funis masculinum:simile illi sit panis:id ēt ex diminutione disquirunt:ut quia funiculus masculinum:sit an fæminum ergo & funis:de quibus quid tenendum sit:sufficientissime Quintilianus expressit.

Anapæstus penultima cū.æ.diphthongo & ultima cū.t.non aspirato scribit̄:pes est q ex tribus cōstat syllabis:duabus primis breuibus:& ultima lōga cōponit̄ ex ana ꝓpositione & pegma qd̄ est ludus eo qd̄ ad ludos & exercitia fuerit quā maxime cōueniens:dicēte Cice.lib.tusculanaꝝ.ii.Nō adhibet̄ spartis ulla sine anapæstis pedibus exhortatio:& hæc illius est compositio q̄q̄ insciī aliud quid dicant.

Anapis cum.i.latino scribitur:fluuis est siciliæ leuiter defluens:dicēte Ouidio li.fastoꝝ.iiii. Præierit & cyanen & fontes leuis anapi:de quo Cyane proserpinæ comes loq̄ndo Plutoni apud Oui.li.metamorphoseon quinto.Et me dixerit anapis.Exorata tamen non ut hæc exterrita.nupsi.

Anaphora cū.ph.aspirato scribit̄:dicit̄ a Cice.in dignitatibus repetitio:estq; dictiocōposita ex ana ꝓpositione:q̄ plærūq; i cōpositiōe dicit re:& φορα latio:& fieri dicit̄ cū aliq̄ dictio plures i uersu aut seq̄ntibus uersibus reperit̄.ut Vir.li.æne.Nate meæ uires mea magna potētia solus.Nate patris summi & reliq̄.Idē li.ii.Nos te dardania incēsa tuaq; arma secuti:Nos tumidū sub te pmissi classibus æquor.

Anastrophe cum.t.sine aspiratione:&.ph.aspirato scribit̄:dicitur teste Quint.a nostris in uersio: quæ ut ait si speciem solœcismi cadat:hyperbaton quoq; appellari eodem modo potest.

Anaxagoras cum.x.consonante scribit̄:fuit clazomenius Hegesibulo siue Eubolo patre natus. Anaximenis auditor & philosophus suo tpe inclitus.Nā gloria opibus & aīo clarissimus:patrimoniū oē suis spōte cōcessit.& se ad rerū naturā speculandā cōferens:rē oēm priuatā & publicā neglexit:Eratq; uigesimi annoꝝ in Xerxis transitu:& septuaginta duobus uixit hic cuidā dicenti:nonne patriæ cura tibi ē ulla:respondit mihi patria cura est:& summa quidem:atq; digitum in cælum extendit.

Anaxaretes cū.x.cosonante in antepenultima:&.t.non aspirato i ultima scribitur:fuit ex cypria salamina puella miræ pulchritudinis:& regali ex stirpe nata:quā iphispopularis amabat isane:Sed ab illa semper spretus:ad eius fores se suspendit:ut rettulit Ouidius libro metamorphoseos quarto.

Anaxarchus cum.x.consonate &.ch.aspirato scribit̄:fuit Abdentes philosophus Diomedis smyrnei auditor.Alii Metrodorichii auditorē tradunt.hic ut laertes scripsit inimicū habuit Nicocreontem cypri tyrānū eo qd̄ cū illum Alexander magnus alīqdo in cōuiuio rogasset q̄dnā de cœna illa sentiret: dixisse ferunt cuncta p magnifice:Orex uerū oportet iam caput Satrapæ cuiusdā apponi Nicocreonte intuens:quo ille indignatus post Alexandri mortē cum naui ferretur,Anaxarchus iuitusq; applicuisset cypro:ab illo captus crudelibus pœnis affectus est:& ut refert Laertius iubente tyranno illius præcidi linguam fama est:præcisam mordicus in tyranni faciem conspuisse.

Anaxilas cū.x.consonāte &.i.latino scribit̄ nomen est uiri ꝑpriū:de quo Plutarchus nōnūq̄ meminit.

Anaximāder cū.x.consonāte &.i.latino scribitur:fuit philosophus patria milesius:Praxidias filius & taletis auditor cui in scola successit hunc Pli.li.ii.natu.histo.dixit pitissimum fuisse astrologū:& primū cælestia:signa docuisse:unde teste Fauo.ut conuersiōes Solis & æqnoctia adnotaret: horostopia prius fabricauit primusq; maris ac terræ circuitū descripsit.Idē materialem sperā costruxit: & paulo post. lxiiii.annum obiit:floruitq; sub Policrate samiorum tyranno:alius teste Laertio similiter milesius fuit historicus non ignobilis.

Anaximenes cum.x.consonante &.i.latino scribitur:fuit Euristrati filius Anaximandri discipulus:atq; eius successor.qui eo die obiit:de quo sardis capta fuit.

Anauros cum.au.diphthongo scribitur:fluuius est thessaliæ quasi absq; aura dictus:dicente Lucano li. sexto Quinq; nec humentes nebulas nec rore madentē aera:nec tenues uentos respirat anauros.

Anchemolus cum.ch.aspirato scribitur:nomen est uiri proprium.

Ancyle cū.c.non aspirato &.y.græco atq; unico.l.scribit̄.Nāq; regnāte Romæ Nūa Pōpilio scutū breue ac rotundū de cælo lapsū ē:dicēte Oui.i loco ꝑfato:Ecce leui scutū uersatū leuit aura decidit a populo clamor ad astra uenit:Et cū aruspices respōdisset illic fore orbis impiū ubi ancyle illud cōsisteret diligētia Numæ ne ab hostibus unq̄ auferri posset adhibito Mamurio fabro multa similia facta sunt & in teplo Martis posita.&cū.xii.sacerdotes adolescētes nobiles:ut ostendit Luc.li.ix. Numa ipse marti gradiuo delegisset:illisq; dedisset insigne pictas tunicas:& sup tunicā æneū pectori tegmen: iussit ipsa cælestia arma:q̄ ut diximus ancilia noiauit suspēsa collo ab illis portari:& cū saltu atq; tripudiis carmina decantari:quos sane sacerdotes a saltus alios noiauit dicēte Oui.li.primo Iam dederat saliis a saltu nomina dicta Armaq; & ad certos uerba canēda modos. Vnde ut in sacrorū libris haberi dicunt: hæc saltādi ratio fuit:ne.s.ulla pars a religiōe uacaret.Ita ut cautus ad animū:& saltatio ad totī⁹ corpis mobilitatē spectaret:uerū cum Mamurius reliq̄ ancilia illi cælesti similia ut iussus fuerat cōfecisset.eiq; pmia.Numa obtulisset:ut refert Oui.dixit tūc sic Mamurius:Merces mihi gloria dixit: Nomina extremo carmine nostra sonent:Inde sacrdotes opi promissa uetusto Præmia psoluūt: mamuriūq; uocāt: Fuitq; tātæ reuerētiæ saliorū collegiū:ut nō erubuerit africānus unū de saliis fieri:ut ostēdit Li.li. vi.de

bello macedonico Nec.L.Furius Bibacul⁹ a patre suo tūc magistro collegii saliorū erubuit ancylia at-
ma deferre cum Præcedentibus sex lictoribus:officio enim prætoris fungebatur.
Anchises cū.ch.aspirato &.i.latio atq; unico.s.scribit̄:fuit Capis filius & æneæ pater:de cuius genera
logia uidebimus in dictione Priamus:Et dicitur ēt anchisa:qa teste Seruio sup.iii.æne. huiusmodi no
mina græca terminata i es mitrūt ēt noiatiui termnationē ī a.& declinationē recipiūt latinam ut atri-
des atrida hui⁹ atridæ.Laertes & laerta hui⁹ laertæ:similiter Anchises & Anchisa huius Anchise:Sed
a terminatiōe i es facit patronymicū Anchisiades:ut Vir.li.viii. æneas anachisiades:& fidus achates.
Ancona cū.c.nō aspirato scribit̄:& ab aliqb⁹ more græco ancō scribit̄:qđ apud nos cubitū idicat. Nā
urbs est in piceno sup hadriaticū mare posita:de qua dicit Pli.li.iiii.naturalis histo.a ficulis ancon co-
lonia:pmontorio chimerico apposita est in ipso flectentis se oræ cubito.Idē Solinus anconeā ingt gs
ignorat a ficulis conditā:& cum apud ficiliā plures fuerint dorienſiū coloniæ:a quibus ædificari potuit
dixisse uidetur Iuuenalis in satyra Crispini:ante domum Veneris qua dorica sustinet ancon.
Ancora cum.c.nō aspirato apud græcos scribitur:latini uero teste Seruio super primum æneidos:cū
aspiratione scribere consueuerut.quod mirum uideri dixit:cum aspiratio magis sit græcorum quam
nostra.itaq; sine aspiratione scribenda est.
Ancus cum.c. non aspirato scribitur:fuit Numæ Pompili nepos ex filia: &quartus romanorum rex sic
quoque cognominatus teste Seruio super sexto æneidos ab αγκονος:idest a cubito quem incuruum
habebat.
Androgynos cum. r.post.d. ante.o.atq;.y.græco scribitur:Is dicitur qui uir est & fœmina. Nam com-
ponitur ex ανδρος id est hominis:γυνη fœminæ:quasi ex homine & fœmina.
Androgeus cum.r.post.d.& ante.o.atq;.c.absq; diphthongo scribitur:fuit Minois Cretæ regis filius ī
dolis admirandæ:qui cum athenis cæreros palæstra superaret:ab athenienſibus:& megarenſibus do-
lo occisus fuit:contra quos in surgens Minos capta megarensium urbe:& occiso Niso illius rege athe
nienses duro tribuno coegit. Alius fuit nobilis græcus:quem Virgilius altis carminibus occisum nar
rat ab Aenea:qua nocte illion captum fuit.
Andromache cum.r.post.d.& ante.o.atq;.ch.aspirato scribitur.unde componitur ex andros.i. homi-
nis & mache hoc est punga:quasi hominis pugna:fuit Hectoris dilectissima coniunx filia Eetonis the
barum in cilicia regis:ut ostendit Homerus libro iliados sexto:Nam inducens illam cum Hectore lo-
quētem lamentariq; miserabiliter rettulit de Achille:qui patriam suam thebas ī qua orta fuerat euer
terat:& patrem regem septemq; suos fratres occiderat:traxeratq; captiuam matrem quam deinde im
mensa summa redemptam.Diana apud ædes paternas commorantem sagittis interfecit.
Andria cum.i.latino scribitur.dicta sic quoq; fuit fœmina quædam terentiana: quia exandro insula
maris ægæi athenas uenerat.
Andron cum.r.post.d.scribitur:locus est domicilii angustior longitudine:inquo uiri plurimum mora-
bantur:ut gynecium in quo mulieres quemadmodum in sua dictione uidebimus.
Andruare cum.r.post.d.& ante.u.scribitur:apud nos dicitur recurrere:& a uerbo græco dicitur quod
est.ανδρα υειν
Antheum cum.th.aspirato scribitur:herba est boni odoris.
Anger cum.e.absq; diphthongo scribitur:fluuius est ex illiricis uersus boream fluēs:& primo teste He-
rodoto libro historiarum quarto in bampum triballicum:deinde in fluuium brongum & brongus ul
timo in istrum defluit.
Anysis penultima cum.y.græco:& ultima cum.i.latino scribitur:fuit teste Herodoto libro historiarū
secundo ægypti rex qui post Asichin ī ægypto regnauit:& cum cærus esset fugatus fuit a Sabaco æthi
opum rege:ut idem auctor ostendit.
Anytus cum.y.græco & non aspirato scribitur:fuit athenniesis uir locuples:& factiosus:hic cū obsuas
ineptias nōnunquā a Socrate rideretur:nō potuit id modeste ferre sed ita excandescens primū in So-
cratis male dicta cū nōnullos prouocauit tū aristophanem poetā comicum doctum quidē sed hoiem
parum probū qui accepta ab illo grandi pecunia contra Socratem comediam scripsit cuius titulus ē
νεφελαι.i.nebulæ quin & agendā illam in scæna spectādamq; curauit in qua cū plura in Socratē tum
illud configit eum nebulas colere:& athenienſiū religionibus detractare:& pter hæc iuuenum mētes
sic imbuere:ut parentibus manus infere pie & officiose possent. Quæ res cū uniuersum populū in ea
ipsa recitatione a Socratis caritate & reuerentia auerteret:Anitus ipse cum duobus aliis postridie ad
huc calentibus auribus populi ab ipsa recitatione.Socratem iniudicium traxit.Nam ut dixit Plato in
apologia tres illum accusauerunt.Anitus:Licon.& Melitus:q̄ sane cōiuratio hoc modo gesta est:Me-
litus cuius nomine accusatio scripta fuit:Meliti filius Socratem Sophronisci filium de his crimin⁹
impetit:iura uiolat Socrates:quæ ex maiorū institituto suscæpit ciuitas deos esse non estimans:alia no
ua demonia inducit cōtra ius item & fas iuuenes corrūpit:pœna illi mors. Ab cuius defensione cum
discipulus Plato surrexisset.orationē illam exorsus esset:cuius initiū est ōτιυμτῖσ ω ανδρες αθηναιοι
tantus a iudicibus clamor obiectus est ut discederet & cunctis aliis dicendi ac deferendi facultas pce
pta fuerit. Quare furore quodā & ira morte dānatus ē Socrates:nec multis diebus post dato illi uene
no ex publico i carcere mortuus ē:sed post paucos dies ductus pnīa populus q̄is sero interfectū luget

Socratẽ ꝓdicãt oẽs illũ ſanctitate ac clariſſimaꝝ omniũ uirtutũ uenerabilẽ extitiſſe idcirc publicis mœ
tor. claudunt officinæ & gimnaſia: fit ipetus in accuſatores: q oẽs & ſupplicatio affecti & fugati fuerũt
Socrati uero ab athenienſibus ærea ſtatua Liſippi opus in celeberimo loco ſita fuit.
Anius cũ .i. latino ſcribit: rex fuit iu Delo: dicente Virgi. li. æne. ii. Rex anius rex idẽ hominũ phœbiq
ſacerdos. de quo Ouidius metamorphoſeos: xiiii. plura ſcripſit hic filiũ habuit andrũ a quo andros in
ſula in qua regnauit denominata fuit. ut oſtendit Ouidi. ꝓfato loco.
Annus cũ duplici. n. ſcribit: idẽ eſt teſte Feſto quod græce ἐνιαυτὸν dicit: uñ qđ nos triẽniũ illi τριετηρὶς uo
cauere aliqui uero nõ græcũ ſed latinũ eẽ dixerũt: ut athenis Capito teſte Macrob. li. i. ſaturnaliũ q an
nũ ipſũ a circuitu tpis dictũ putat eo q ueteres an ꝑ circũponere ſolebãt. ut Cato in originibus orato
rũ ingr. ãterminũ ꝑ circũ terminũ: & ambire quaſi circũ ire dr: ſic ãnus quaſi circũ nũc dicit. Ver ipſi
us anni diuerſæ apud antiquos cõputatiões fuere: quas macrobius ꝓfato libro recenſuit: ſed poſt oẽs
Iulius Cæſar imitatus ægiptios ſolos ut dixit Macrobi. diuinaꝝ rerũ oium cõſcios ad noſtrũ ſolis qui
trecentis ſexagintaquinq: & quadrãte curſũ conficit annum redegit de quo Oui. li. faſto. q̃rto ait.
Is decies ſenos tercentum: & quinq; diebus
Iunxit: & e pleno tempore iuncta die.
Quare cæſar i cõuiuio Cleopatræ apud Lucanũ lib. x. dicebat ad Chorebũ: Non meus eudoxi uincat
faſtibus ãnus. Nã ſicut lunaris ãnus mẽſis ẽt: q a Luna paulo minus q̃ menſem i zodiaci circuitiõe con
ſumit: ita ſolis annus eoꝝ dieꝝ numero colligendus fuit: quo zodiacũ ipſum i curatione cõficit hoc ẽ
dum ad id ſignũ ſe denuo uertat: ex quo digreſſus eſt unde ãnus uertẽ ab antiquis uocabatur: & dice
batur magnus cũ lunæ ãnus breuis uideret dicente Vir. li. æne. iii. Interea magnum ſol circumuol
uitur ãnum: & ab ãno ãnona deducit quæ ãni eſt alimonia: & cũ duplici. n. ſimiliter ſcribitur hẽtq; ac
centũ i penultima nec tm̃ eſt frumẽtaria: ſed ẽt aliaꝝ reꝝ ut Ci. li. ii. de diuinatõe: ſi epicuri de uolupta
te liberroſus eẽt: putarẽ ãnonam in macello cariorẽ fore: licet macellũ nõ tm̃ ꝑ loco ubi caro uendi cõ
ſueuerit accipit: ſed ubi & fruméta annales ſimiliter ab anno deducunt: in qbus res geſtæ p annũ ſcri
bebant quæ ẽt penultimã producit ꝑm eã grãmaticæ regulã: qua dicit omnia denominatiua quæ in
ſingulari nominatiuo terminãtur in alis ut animalis liberalis: & ſimilia penultimam produci comperi
untur. atq; per unicum. l. ſcribi conſuerũt. ſimiliter & ab ãno ãniculus puer: & ãnicula puella & amicu
lum iumentum deducit: hoc eſt uniꝰ ãni ſicut bimus bima bimũ duorũ annoꝝ: trimus trima trimum
annoꝝ quadrimus quadrima quadrimũ quattuor ãnoꝝ & nõ amplius cõpitur q̃ ſane diminutiua nõ
ſunt. Nec de aniꝫ mõ ſed de inanimatis idem dicere poſſumus: ut ãniculũ uinũ bimũ oleũ de pueris
tamen magnis loquitur per diminutiuum bimulus trimulus quadrimulus: qa inter hos annos adhuc
parui ſũt. Repimus ẽt apud iuriſcõſultos bina trina quadrina dieꝝ tpe biẽnii: triẽnii: quadriẽnii. Nam
diẽ in fœminino pro tpe accipit: ut ipſa dies ferit hominẽ prudentẽ. & multa die dat magnã hoibus
expiẽtiã. uñ Pedianus dieculã ꝑ puo tpe uult fieri: qđ nr̃i tpis iuriſpiti nõ itelligũt dicimus tm̃ i maſcu
lino externo die craſtio die nõ heſterna die & craſtina ad diẽ nõ uẽit ad diẽ nõ affluit .i. die ꝓſtituto.
Anonymus cum. y. græco ſcribit: dici poteſt a noſtris abſq; nomine.
Antæus cũ. t. nõ aſpirato &. æ. diphthõgo i emẽdatiſſimis græcoꝝ codicibus ſcriptum comperi: at eoꝝ
nõnulli cũ. th. aſpirato &. e. ſimplici ſcribendũ uolũt dicẽtes cũpoſitũ uocabulũ eſſe ex anti præpoſiti
one græca q̃ in cõpoſitiõe plærũq; apud nos cõtra deſignat: & heos dictione aſpirata & ſine diphthon
go quæ ſolẽ indicat quaſi contra ſolem fuiſſe dicatur. Nam fuit gigas libicus ex mauritania ab hercu
le uictus quẽadmodũ de eo ſcripſit lucanus libro quarto.
Antagoras cum. t. exili ſcribitur nomen fuit uiri proprium. de quo ſæpe plutarchus.
Antalcides abſq; aliqua aſpiratiõe &. i. latino ſcribit nomẽ fuit ꝑpriũ uiri ſpartã ut oſtẽdit Plutar.
Antandrũ cũ. t. exili ſcribit ſaxum eſt magis q̃ inſula: ut Pli. li. iiii. naturalis hiſto. & ſolinus itidẽ ferunt
dicẽtes inter tenedũ & chiũ quã ægeus ſinus panditur a dextera nauigãtibus ſaxum eſt quod antan
drũ dicimus: hoc enim uerius quã inſulæ nomen meruit. Et quoniã uiſcentibus procul capræ ſimilitu
dinẽ repreſentat: quã græci ægã nuncupant ab eo ægenũ ſinũ dictũ nõnulli putauere. ut ſupra uidi
mus eſt eiuſdẽ nois ciuitas in phrigia dicta antandoros: teſte Seruio ſuper. iii. æneidos uel quod de an
tandro inſula eam condiderunt coloni uelq; græci uenientes per thraciam cæpere Polidorũ pro cu
ius precio hanc habuere ciuitatem: quæ ex facto nomẽ accæpit: hoc eſt ὄντι ἀνδρὸς. i. pro hoie quem
poſt accæptũ precium occidiſſe lapidibus ferunt. Euripides uero aliter dixi quem Virg ipſe non ſeq
tur. Sub ciuitate igitur phrygiæ magis q̃ ſub inſula ſe ad diſceſſũ præparaſſe æneã ex Serui expoſitio
ne oſtendere uiderur Virgilius cum ait Claſſemque ſub ipſa antandro & phrygiæ molimur monti
bus idæ.
Antapodoſis cũ. t. nõ aſpirato ſcribit dici põt a nr̃is retributio. Nã cõponit ex anti & apo ꝓpoſitiõibus
quæ re indicant: & poſis datio: ponit figura cũ media primis & ultimis cõueniũt ut noſtrũ iam hoc fa
ctũ repræhendo. p. c. nõ meũ ac pulcherrimũ quidẽ factũ: uerũ ut dixi nõ meũ ſed ueſtrum.
Anteas cũ. t. nõ aſpirato &. e. ſine diphthongo ſcribit: fuit teſte plurarcho ſcithaꝝ rex.
Antemanta cũ. t. nõ aſpirato, utobiq; ſcribit: urbs fuit in aſia ad littora ponti nunc teſte Pli. lib ſexto na
turalis hiſto. deſerta quõdã adeo glorioſa ut thimoſtenes i eã trecẽtas natiões. q̃ diſſimlibꝰ linguis ute
rent deſcẽdere ꝓdiderit: & ꝓgit: ſũt q̃ cõditã eã: ab amphito: & telchio caſtoris ac polucis aurigis putãt

Antenor cum.t.exili.&.e:absq; diphthongo scribitur:fuit troianus nobilis:qui teste Home.li.iii.ili.tpe belli troiani ab re militari ob senium olim deseruerat. Sed in curia senatuq; & dicēda snia erat utilissimus. Hunc cum ænea patriam græcis prodidisse creditū est:sed ad partes Venetiæ inde deueniēs, patauium urbem ædificasse dicitur.

Anthedō cum.th.aspirato scribitur fuit teste Home.li.ii.iliados betiorum urbs.

Anrhemion cū.th.aspirato scribit̄ &.i.latino fuit troianus pater Simœsi ut in ea dictiōe uidebimus.

Anti cū.t.exili ut supra uidimus &.i.latino scribit̄:præpositio græca est q̄ in compositione apud nos plærunq; cōtra dicit:extra cōpositionē uero apud illos cōstruit̄ cū genitiuo:& tunc apud nos designat id quod pro nunq̄ etiam in compositione idem efficit.

Antias cū.t.nō aspirato &.i.latio scribit̄:fuit uxor Prœti:ex q̄ ptides genuit ut uidebim⁹ i dictiōe ptus.

Antibacchius cū.i.latino utrobiq;:& geminato.c.ac secūdo aspirato scribit̄:pes ē contrarius bacchio Nā constat ex duabus longis:& una breui temporum quinq;:ut natura pompeius.

Anticyra absq; aliqua aspiratiōe &.i.latino in antepenultima:in penultima uero cū.y.græco scribitur insula est ad regionē phocaicam pertinens in corinthum uersa:& portū habens amplū multarq; nauiū capacē:habetq; oppidū eiusdē nomis:ut monstrat Liuius li.secundo de bello macedonico. In hac eleborū nasci ab auctoribus omnibus p̄fitet̄ unde ait Ouid. libro quarto de ponto:Ibibe dixisse purgantes pectora succos. Quicqd & in tota nascit̄ anticyra.

Anticlea absq; aliqua aspiratiōe &.i.latino scribit̄:fuit Vlixis mater:q̄ cū duceretur ad Laertæ nuptias ab Sisipho latrōe æoli filio capit̄.& adulterat̄:alii dicūt cū laertæ iam nupsisset:& ad oraculū pergeret cōsultura:captā a Sisipho latrone.& ut multi putant ex eo ulyxem cōcepisse. Quod aiax apud Ouidi.xiii.metamor. improperauit Vlixi cum dixit,Et sanguine cretus Sisiphio. alii putant Vlyxis matrem austoliam cognominatum fuisse.

Antidotū absq; aliqua aspiratiōe & cum.i.latino scribitur apud nos dici potest ex contrario datum:cū contrariis contraria curari dicantur.

Antigonus cū.t.exili &.i.latino scribit̄ quo nomine uiri plures clari uocitati sunt. Vnus fuit thesei & & phedræ fili⁹ maior natu Demophoōte:q̄ post fugatū ab athenien̄sibus patrē rex creat̄:& mutato noie mnestheus dictus est. Alius fūt macedoniæ rex & unus ex pricipibus alexādri: post cuius mortē plurima pella gessit alius fuit ex iudeorū:& ab herode ascalonita carcere obtruncatus, alius philosophus fuit cinicus de agricultura scribens:ut dixit Varro li.primo de agricultura.

Antigone simili mō scribit̄:quo noie plures ēt fuerūt illustres fœiæ. Vna laomedōtis filia & Priami sororq̄ cū iunoni i pulchritudine se p̄ferret auulsa illi lingua cōuertit̄ i ciconiā:alia fuit Oedipi regis thebarū filia:q̄ p̄i cæco & a creonte in exiliū misso ducatū p̄stabat.ut Seneca in Oedipo:& Statius in thebaide atteston̄t. Et cū ide ad exhibēdas ultimas lachrymas fratribus aduersus creōtis imperia noctu no in tpe cāpū martiū pueni̊sset:& sororē argiā Polinicis cōiugē ad simile officiū cōperisset cremarētque ambæ peremptorū fratrū cadauera iussu creontis capta & occisa fuit de qua luue.in saty. Stēmata quid faciunt meminit:cū contra Neronē qui tragœdias canendo per peregrina pulpita pergebat inquit ante pedes domiti longū tu pone thieste Sirma uel antigones.

Antilogia cū.i.latino utrobiq; scribit̄:dici potest contradictio seu refragatio.

Anthylla cū.th.aspirato &.y.græco scribitur atq; duplicato.l. fuit teste Herodoto urbs in ægypto.

Anthia cum.th.aspirato &.i.latino scribitur fuit ciuitas in agro propinqua Pilo: & subdominio agamemnonis:ut ostedit Home.libro iliados nono.

Antimus cū t.nō aspirato &.i.latino scribit̄:fuit teste Hom.li.iiii il.priami regis filius:& bello strenuus

Antimachus cū.t.exili &.i.latino atq;.ch.aspirato scribit̄:fuit græcus poeta:q eū dolorē suū quē e morte clarissimæ uxoris lisidices cōcæpat lenire uellet:elegia scripsit:i qua calamitates oēs heroū altius repetēs enumerauit.alius fuit troianus q teste Hom.li.xi.iliad.donis alexādri auroq; corruptus impedimēto fuit quo secius Helena Menelao redderet̄ imo p̄ cōciōe troianos hortatus ē:ne Menelaū dū ad deos cū dio ulyxe legatus iret redire sinerent sed intra urbē atq; illic statim trucidarent.

Antiopa cū.t.nō aspirato &.i.latio scribit̄ fuit teste Hom.li.xi.ody.asopi filia:ait.n.sic: ΑΥΤΟΥΗΣΙΔΟΗ ΑΣΩΠΟΙΟΘΥΓΑΤΟΣ:hoc ē antiopā uidi asopi filiā:nōnulli uero ex nris Nictei regis i lesbo filiā fuisse dicū⁹.Hæc lyco Thebaꝝ regi nupsit quā ut Ouī.li.meta.vi.Saitri cælatus imagine prichra iuppiter impleuit gemino nictieda fœtu.Nā teste Hom.eodē li.xi.odi perit illi duos filios amphionē.s.& zetum ōi ΤΟΣΩΤΟΙΘΗΒΗΣΕΛΕΣΣΕΚΤΙΣΑΡ:hoc ē qui primi sacrariū thebaꝝ ædificauere.hoc ē ante Gadmūi Sed de hac atnidpa reliqua plene uidebimus in dictione Dirce.alia fuit amazonum regina.

Anthiochia cū.t.sine aspiratiōe &.ch.aspirato atq;.i.latino scribit̄ fuit teste Pli.li.vii.natu.hi.urbs i Siria epihane olim cognominata:quā seleucus nicanor anthiochi filius ob suæ originis memoriā cōdidit.Hāc fluuius horōtes diuiuidit alia ē iuxta plicū sinū quā anthiochus rex olim condidit.

Antonomasia cū.t.nō aspirato &.i.latio scribit̄ dici pōt latine p̄ noīe.i.uoce nois positio ut maia genitus p̄ Mercurio:magnanimus anchisiades p̄ ænea Vir.ii.ænei.Infœlix puer atq; impar cōgressus achili. Quī & hæc figura meli⁹ dicēdo poetā itelligim⁹. Vir.& græci Homerū Saturniā p̄ iunone ut dixit Ser.& cōsimilia:& hoc melius est exēplū q̄ superiora ubi proprie est phiphrasis ideſt circuitio.

Anthores cū.th.aspirato scribit̄:nomē est uiri propriū:de quo Vir.li.ænei.x. Egregiū anthorē latus i

ter & ilia fugit Herculis anthorẽ comitẽ. Eſtq; cõpoſitũ nomẽ ex ἀνθέω: qđ ẽ florem & uirẽs: atq; põ uerbo qđ eſt fluo: qa tũc quoq; florẽs i mortẽ defluxit: unde more homerico Vir. noſter ut plurimum noia confixit. Nec põt dici in nominatiuo anthor: cũ penultima in accuſatiuo lõga ſit: & noia terminata i or in obliqs caſibus penultimã corripiãt: ut Hector hectoris. Neſtor neſtoris Caſtor caſtoris.

Antho cũ. th. aſpirato ſcribit̃: fuit amulii albanoꝝ regis filia.

Antiphates cũ. t. nõ aſpirato utrobiq; &. i. latino ſcribit̃ fuit Melampi medici filius: ex Iphianaſſa filia Prœti: & pater Oiclei.

Antiphona cũ. t. exili &. i. latino ſcribit̃: põt latine interpretari uox reciproca.

Antiphraſis cũ. t. nõ aſpirato &. i. latio utrobiq; ſcribit̃: ſermo dr̃ p cõtrariũ intelligẽdus: ut lucus qa luce careat: Manes qa imites: Eumenides qa furiæ: parcæ qa nemini parcãt. Qua figura nõnunq; quos nanos cõſpicimus atlãtes uocamus: æthiopes argẽteos: & ſimilia. Nã cõponit̃ ex anti: quod eſt contra: & φαρσις locutio.

Antiphus cũ. t. nõ aſpirato &. i. latino ſcribit̃: fuit teſte Home. li. ii. ilia. Theſſali filius: & nepos Herculis. q cũ frẽ Phidippo dux triginta nauiũ cũ aliis græcis ad Troiã cõmigrauit.

Antiptoſis cũ. t. exili utrobiq; &. i. latino: ſcribit̃ dici latine põt p caſu: figura ẽ qñ caſus p altero caſu ponit̃. Vir. li. ænei. primo. urbẽ quã ſtatuo ueſtra ẽ. Terẽ. in plogo: fabulas quas feciſſet populo placerẽt p fabulæ. Virgi. in. x. Hæret pede pes. denſuſq; uiro uir: hoc ẽ pedi pes: Et cõponit̃ antiptoſis ex anti quod eſt pro: & πτοσις caſus.

Antiſigma cũ. t. nõ aſpirato &. i. latino utrobiq;: atq; unico. m. ſcribit̃: ãte qđ in euphoniæ cã: hoc ẽ plenioris ſoni a nr̃is interponit̃. Nã ea lr̃a cognominat̃: quæ inuerſa ad ipſũ ſigna græcũ deſcribit̃: uidelicet. ς. Ex qua ſigma formauit Claudius Cæſar alterius litteræ figurã: quã p. Ψ. græco ſcribẽdam ſtatuit: uidelicet. X. & a parte totã litterã antiſigma cognominauit: ut ſupra uidim⁹ cũ de a tractauimus.

Antiſmos cũ. t. nõ aſpirato &. i. latino ſcribitur: figura eſt: qua aliqd ſimplicitate ruſtica expolitur: & ad urbanitatẽ quandã traducit̃: ut Virgilius in palæmone.

Qui bauiũ non odit amet tua carmina meui:
Atq; idem iungat uulpes & mulgeat hircos.

Antiſthenes ante penultima cũ. t. exili &. i. latio: penultima cũ. th. aſpirato ſcribit̃: fuit philoſophus antiſthenis atheniẽſis filius. Hic in initio Gorgiã audiuit oratorẽ: deinde Socrati ſeſe addixit. Et cũ habitaret i Pyræo: quottidie quadraginta ſtadiis emẽſus audiebat Socratẽ: a quo tollerãtiã addiſcẽs: trãqlitatiſq; illius imitator effectus: cinica prior ſectã inchoauit: princepſq; in ea fuit. Platonẽ inſimulabat faſtu turgidũ. Et cũ audiſſet aliquãdo Platonẽ ſibi maledicere. Regiũ inqt ẽ male audire cũ benefeceris. Libros multos: & diuerſaꝝ rerꝝ ſcripſit. Fuerũt & alii antiſthenes tres Vnus de ſchola Heraclíti. alius epheſius Tertius rhodius hiſtoricus.

Antiſtœchon añ penultima cũ. t. nõ aſpirato &. i. latino: penultima cũ. t. ſimplici: & œ. diphthongo ultima cũ. ch. aſpirato ſcribit̃: dici põt p lr̃a. Nã anti dicit pro &. Δοῖχον littera: unde tropus ẽ cũ lr̃a poni tur p lr̃a. Vir. li. æne. primo. Mirat̃ molẽ æneas magalia quõdã: ubi magalia p magaria dixit ponens .l. p. t. Nã megaron pœnoꝝ lingua uillã deſignat. itẽ ſella p ſedea: meditor p melitor.

Antiſtoche eadẽ figura ẽ cũ ſupiori. & eãdẽ hẽt cõpoſitionẽ. ſed q̃ſdã lr̃as amouem⁹ ut patet ex ſupiori

Antitheſis penultia cũ. ch. aſpirato ſcribit̃. põt dici p altero poſito. Nã cõponit̃ ex anti qđ ẽ p: & θεσις poſitio alii uero anti p cõtra accipiẽtes obiectũ traxerũt ut Olli ſubridens pro illi.

Antitheus ſecũda cũ. t. nõ aſpirato &. i. latio. ſequẽs cũ. th. aſpirato ſcribit̃ fuit teſte Hom. li. prio ilia. i oſone neſtoris uir fortiſſimus: q̃ nõnunq; cũ cẽtauris belligerãs. aliquãdo uictus aliquãdo uictor fuit.

Antitheta ſola penultima cũ. th. aſpirato ſcribit̃: dici põt a uſis cõtrapoſita. Nã figura ẽ cũ cõtraria cõrariis opponunt̃. & ſniæ pulchritudinẽ reddũt. ut apud Oui. li. primo meta. Frigida pugnabant cali dis humentia ſiccis. Mollia cũ duris ſine põdere habentia pondus.

Antopophagi cũ. th. aſpirato ſcribit̃: dicunt̃ latine illi. qui humana carne ueſcunt̃. Ná ἀνθρωπος a noſtris homo dicitur. & φάγω comedo. Similiter pamphagi omnia mandentes. παν. n. omnia deſignat

Antrum cnm. t. ſine aſpiratione ſcribitur.

Anubis cũ. i. latino ſcribit̃ uocabulũ ẽ ægiptiũ: qđ apud nos carmẽ idicat i cuius forma Mercurius ipſe colebat̃. Vñ Vir. li. viii. ænei. Omigenũq; deũ mõſtra ac latrator anubis: & facit in genitiuo anubidis ut Oui. li. primo de ſine titulo: Per tua ſacra p̃cor: per anubidis ora uerendi.

Anus cũ unico. n. ſcribi iã cõſueuit: & ñ duplicato: ut ãtiq cõſueuerũt q teſte Feſto ab ãnoꝝ multitudie dictã putabãt: at moderniores ex a qđẽ ſine: & νους itellectus cõpoſita putãt iõ cũ unico. n. ſcribitur.

Anxyrus cũ. y. græco ſcribit̃. uocatus ẽ iuppiter a cãpanis cõponit̃ ab ἀνευ qđ ẽ ſine: & ξυρω rado: quaſi abſq; raſura ſit: & imberbis. Nã ſic quoq; apud illos collebat̃. Vñ ait Vir. li. ſeptimo æneidos. Circeũ que iugũ qs iuppiter anxyrus aruis Præſidet & uiridi gaudẽs feronia luco. Et inde tractũ anxur puto cõuerſione. y. græcũ. u. noſtrũ. Nam olim teſte Liuio libro quarto ab urbe dicebatur anxur quod nũc Tarrhacina dicitur.

Anxur cũ. x. cõſonãte ſcribit̃ oppidũ fuit uolſcæ gẽtis: quod nũc Tarrhacina dicit̃. ut Ennius. Volſcuſus p̃didit anxur & facit in genitiuo anxuris ut Luca. li. iii. lãq; & p̃cipites ſupauerat anxuris arces.

Aonia cũ. i. latino ſcribit̃. Eſt boetiæ pars montana ab aone rege dicta: Vir. in Sileno aonas in mõtes

ut duxerit una sororum. Nam & alio nomine phocis dicta fuit: in qua sub monte parnasso ciuitas delphis apollinis oraculo clarissima fuit.

Aonides cum .i. latino scribitur: dictæ sunt musæ a fonte aone in aonia regione Boetiæ illis consecrato Vnde Iuuena. Cupidus siluarũ aptusq; bibendis Fontibus aonidum.

Apamia cũ .i. latino scribit urbs ẽ minoris asiæ: q̃ prius dicta fuit Celene: ut i ea dictiõe uidebimus. hãc Seleucus Nicanor cõstruxit: quã Marsias fluuius circũfluit. Quin & ex eius arce Meander fluuius caput attollere scribit. In eadẽ marsias natus ẽ & sepultus: ut suis dictiõibus hæc oĩa uidebimus.

Apamea cum unico .p. & unico .m. atq; .e. absq; diphthongo scribit: insula ẽ teste plinio a tigride fluuio circũfusa: cui antiochus id nomẽ a suæ matris nomine imposuit.

Apaytæ cũ .y. græco scribit populi sũt asiæ scithicæ ut oñdit Herodo. li. historia. iiii.

Aphæresis cũ .ph. aspirato & .æ. dipthongo in antepenultima scribit: dici potest abscisio. Nã ab ἀφαιρῶ uerbo: quod est abscindo descẽdit. Vñ figura dicit: quæ a principio dictiõis litteram uel syllabam aufert: ut Pone metu citheræa: temno p cõtemno capere pro decipere Virgi. li. geor. primo. Neq; in fidiis noctis capiere serenæ

Apelles cũ unico .p. & geminato .l. scribit fuit pictor eximius: patriacous: & teste Quintili. li. xii. de institutiõe orratoria ingenio & gra quã i se maxime iactabat pstantissimus. Nã ait pli. li. xxxv. naturalis historiæ oẽs prius genitos futurosq; postea superauit & picturæ plura solus prope q̃ cæteri oẽs contulit Voluminibus ẽt ad Perseũ discipulũ suũ editis quæ doctrina eam continerent. Fuitq; Olimpiade cẽtesima duodecima. Huius quæ sint nobilissimæ picturæ Pli. dixit nõ esse facile dici: sed summæ laudauit Venerẽ ab eo pictã exeuntẽ e mari: quã postea Romã adductã diuus augustus dicauit in delubro patris Cæsaris: quæ ἀναδυομένη uẽ uocatur uersibus græcis: cuius inferiorem partem corruptam qui reficeret non potuit reperiri. Consueuit hæc tabula Cariæ. & aliam pro alia substituit. Nero principatu suo de Rhotæ manu: de qua puto locutus est Ouidius li. iii. de arte cum dixit. Si Venerem cous nũ quã pinxisset apelles Mersa sub æquoreis illa lateret aquis. Verum & aliam Venerem eodem Pli. teste ĩchoauerat cui superaturo ẽt illã suã priorẽ iuidit mors pertracta parte: nec qui succederet operi ad p̃ scripta liniamenta iuentus ẽ. Pinxit & alexandrũ magnũ fulmen tenentẽ i templo Ephesiæ Dianæ & flumẽ extra tabulã uideri scribentes meminerint: & ifra subdit diem auctor: pinxit quæ pingi nõ possunt: tonitrua. fulgetra. fulgura: & similia. Quare ut nõnulli ferũt alexander magnus a nullo alio pos se pingi edicto posito capitali edixit. Fuit illi æqualis aristides thebanus. ut i ea dictione uidebimus.

Apes cũ unico .p. scribit: uolatile notũ est: sed cõponit dictio ex .a. quod est sine: & pes: qa sine pedibus nascit: dicẽte Virgi. li. geor. iiii. Trunca pedũ primo: mox & stridẽtia pẽnis Miscent tenuemq; magis area carpunt. Reperit & apis in nominatiuo cũ .i. latino: ut apud Ouid. li. metamor. xiiii. Non apis in de tulit collectos sedula flores. Et lib. de ponto. Melle qd in cæris atrica ponit apis: sed hoc per q̃ ratũ est. Quare i genitiuo plurali facit apiũ uel apũ: & apis: ut dixit Priscianus in. vii. fit diminutiuũ apicula. alii nõ ab apis: sed ab apes dedduci magis uolũt: ut ædicula ab ædes: sedicola a sedes: cædicula a cædes: nõ apecula: ædecula: sedecula: cædecula. Similiter a fides teste Seruio & Festo non fit fidecula sed fidicula. Quare nõ uerẽ esse uidet: qd cõtra Seruiũ dixit Priscianus i quarto: fidicula a fidis deriuatur qd in nolatiuo ab antiqs inauditũ ẽ Vnde sic scribit Festus Pompeius. Fides genus citharæ dictæ q̃ tãtũ inter se chordæ eius: q̃tũ inter hoies fides concordet. Nõ ergo fidis sed fides dicendũ est: & ab eo fidicula: quæ parua est cithara uel cordula: ubi pars totũ designat. Quin & cõponit cum cano: & dicit fidicen: sicut cornicem ex corno & cano: tibicen ex tibia & cano tubicẽ ex tuba similiter & cano. Quæ omnia habent penultimam correptam: excepto tibicen. In quo solo per synæresim duo .ii. breuia in unum .i. longum sunt conuersa. Namquæ debuerat geminari .i. & dici tibicen: cum tibia habeat .i. ante .a. & ipsum .a. semper in huiusmodi compositionibus conuertatur in .i. ut cado incido: facio inficio tuba tubicen: iacio iniicio abiicio: qa remãsit primũ .i. &. a. quod sequebatur in fm. i. fuit cõuersum: sic tibia tibicẽ cũ geminato .i. facere debuerat: sed p synæresim duarũ .ii. breuiũ unã longã fecit tibicẽ. At de fidicula id tursus aduertẽdũ ẽ: q̃ in plurali nõ eadẽ significatiõem detinet: sed fidiculæ in plurali tortorium quoddã instrumentũ ẽ: ex duabus: ut reor & obliquatis lignis cõpactum: uel ab extorquenda fide ac ueritate: uel a neruеis funibꝰ uinculisq; quibus ad illum modum homines torquendi alligabant. Et huiusce modi diminutiuorum formæ tam penultimam q̃ antepenultimam corripiunt. excæpta cuticula. quæ antepenultimã producit: ut Iuue. Combibet æstiuũ contracta cuticula solem: quod eũ facere metri necessitas cõpulit. Nã q̃ttuor breues habens dictio in heroico poni aliter nõ poterat. Quãuis Vir. in hisce noĩbus quattuor breues habentibus soleat proceleumaticon ponere.

Apia cũ .i. latino scribitur: dicitur teste Herodoto libro historiarum quarto a scythis terra.

Apidanus cum .i. latino & unico .n. scribit: fluuius ẽ unus ex q̃q; principalibus Thessaliæ: ut refert herodotus lib. histo. vii. & tarde fluere dicitur quousq; illi cõmiscet Enipheus: dicẽte Luca. lib. primo: iter gurgite rapto. apidanus nunq̃q; celer nisi mixtus Enipheos.

Apion cũ .i. latino scribit: fuit unus græcus historicus: q̃ teste Gellio alexandri gesta descripsit: alter teste Plinio in procœmio natur. histo. fuit grãmaticus: quẽ Tyberius Cæsar cimbalum mundi uocabat. quoniã publicæ famæ timpanum potius uideri posset. q̃ imortalitate donari. Hunc eundẽ dixit Plinius idem lib. xxx. eiusdẽ uoluminis umbras uocasse ad pcunctantem Homerũ: qua in patria quibusq;

parentibus genitus esset. Non tamen ausum profiteri quid sibi responsi ediceret.
Apiscion cum .i. latino scribitur: & habet accentum in penultima: nomen est propriũ uiri troiani.
Aplustre cũ unico .p. & .t. nõ aspirato scribitur: uocabulũ est græcũ: cõpositũ ex .a. qđ ẽ sine: & πλεω nauigio: aut si nauigatiõi necessaria nõ sint. Nã ornamenta sunt nauiũ: q̃ ultra indigentiam nauigatiõis naui adhibebant: unde a qbusdã deriuatione latina amplustra cũ .m. ante .p. uocant: quasi teste Festo amplius cẽnt q̃ necessario usui euenirent: & sic primã longã necessario hẽt: ut Iuuen. in satyra Omnibus in terris. Victæq; tiremis amplustre. Cicero uero absq; .m. scripsit primã posuit breuẽ cũ ait. Nauibus assumptus fluuitantia q̃rere aplustra. Germanicus uero cæsar similiter i aratro aplustria cum prima longa & .i. in penultima scripsit cũ ait. Fulgẽt argoæ stellis apustria puppis. Nã licet faciat ablatiuũ singularẽ in hoc amplustri: nominatiuum tñ pluralẽ nõ solum in .a. sed etiã in .ia. terminat.
Apocalypsis cũ unico .l. sequente .y. græco: & in fine cũ .i. latino scribit̃: dicit̃ a nr̃is reuelatio. Nã cõponit̃ ex απο ꝓpositione: q̃ in cõpositiõe dicit̃ re: & καλυπτω uerbo quod uelo operio uel tego.
Apophasis cũ .ph. aspirato & .i. latino scribit̃: dici põt latine abnuentia. Nã ex απο præpositiõe ideſt re & φασις quod est locutio: quasi responsio componitur.
Apocope cũ .c. nõ aspirato scribit̃: dici põt latine abscisio. Nã componit̃ ex απο præpositione: quæ in compositione dicit ab uel re: & κοπτω scindo: & tunc quoq; fit cũ littera uel syllaba de fine dictiõis auferat̃: ut Virgi. li. georgi. primo. Libra die somniq; pares ubi fecerit horas: dixit die pro dici. Et li. æne. primo: Troas reliquias danaum atq; imitis achilli: pro achillis. Ouidius similiter affuit & sertis tempora uinctus himen: pro Hymenæus. Similiter sat pro satis: & multa alia.
Apocryphus penultima cum .c. simplici & .y. græco scribit̃: dici põt latine absconditus abditus. Nã ex apo præpositiõe: quæ rẽ exagerat: & κρυφος qui est absconditus componitur.
Apocrisarius cum .c. non aspirato & .i. latino utrobiq; scribit̃: dici potest a nostris responsalis. Nã proficiscitur ab αποκρινομαι. quod est respondeo: & αποκρισις responsum.
Apœninus cũ .œ. diphthongo & .i. latino scribit̃: mons est qui ab alpibus ꝓficiscens uniuersã italiã usq; in Siciliã diuidit: dictus ab Hannibale pœno: ut supra uidimus in dictione alpes.
Apodoxis cũ .i. latio utrobiq; & .x. cõsonante scribitur. traducitur a Quitlia. euidens probatio. alii demonstrationẽ transferunt: & descendit a λεκω quod est demonstro.
Apologia cum unico .l. & .i. latino scribitur: dici potest a nostris responsio uel excusatio & inde apologeticon quod idem significat.
Apollonia cũ duplicato .l. & .i. latino scribit̃: fuit nomẽ plurimũ urbiũ: quarũ una fuit i epiro qüattuor millibus passuum a mari distans. ut testis est Plinius li. iiii. naturalis historiæ. Alia codẽ teste fuit in creta. alia in siria: ut idẽ li. v. mõstrauit. alia teste Hero. li. histo. iiii. fuit in thracia.
Apollo cũ duplicato .l. scribit̃: fuit iouis filius ex Latona eodẽ partu cũ diana natus: q̃ mox ut in insula delos exiit: & ad phocenses adiit: Phitonẽ serpentẽ: q matrẽ Latonã ꝓsecut⁹ fuerat: sagittis cõfecit. diui natiõis & sapiẽtiæ deus a poetis appellat̃: medicinæq; artis & herbaꝝ uiriũ cõpertor ab Ouidio asserit̃ quã q̃ Pli. li. vii. naturalis historiæ Chironẽ eius artis cõptorẽ dixit: ut late in dictiõe Hipocrates uidebimus: Citharã pulsans: qua a Mercurio donatus fuerat musis canẽtib⁹ ꝑerat. Quare citharam tenens mitis dicebat̃: ut Hora. Cõdito mitis placidoq; tælo supplices audi pueros apollo. Nãq; sagittis arma tus nocuus putabat̃: ut ostendit Homerus li. primo iliados: amauit primo Daphnẽ post illã Hiacithũ puerũ: quẽ cũ secũ disco luderet agente ex inuidia Borea interfecit. Vitiauit ẽt cirenem penei filiam ex qua aristeum suscepit: & plura quæ de illo loquuntur poetæ. Hũc pro sole accæptum ab antiquis ostẽdit Mac. i primo satur. & plurimũ auctorũ testimonio: ut ꝑm platonẽ dicat ab απαλλαττειν ακηνατος: ideſt a iactu radioꝝ. Secundũ Chrisippũ uero οτι μονος εστι και ουνι πολλοῖς: hoc est quia solus est: & non multi. Nam πολλοῖ apud græcos multos indicat: &, a, quæ ẽ prima apollinis littera negationem facit a multis. Vnde & Solem latini dicunt: ut dixit Macrobius, quia tãta claritudinem solis obtinuit. Si qui alias interpretationes uidere cupiunt: ut Macrobio legant.
Appollodorus cum duplicato .l. scribitur: habetq; accentum in penultima: fuit pictor sua ætate maximus: hoc est nonagesima tertia Olimpiade. Hic teste Plinio lib. xxxy. naturalis histo. primus ſpẽs exprimere instituit: primusq; gloriã penniculo iure contulit.
Apoplexia cum .x. consonante & .i. latino scribitur: dicitur subita percussio. ex q̃ sequitur mors. Nam a πλῆκτω deducitur: quod ẽ percutio.
Apoplecticus absq; aliqua aspiratiõe & cũ .c. ãte .t. scribit̃: traductũ cõpi enecatũ ab ea q̃ supra diximus:
Aporia cũ unico .r. & .i. latino scribitur: dicit apud nos inopiam seu penuriam.
Apostasia cũ .t. nõ aspirato & .i. latino scribit̃ dicitur a nr̃is refugiũ uel rebellio. & inde apostata rebellis
Apostema cum .t. non aspirato scribitur. dicitur a nr̃is uomica siue pãnicula: habetq; accentum in ante penultima apud græcos αποσημα ideſt recolectio.
Apostolus cũ .t. nõ aspirato & unico .l. scribitur: dicitur a nr̃is missus. Namq; descendit a secũdo aoristo uerbi αποστελλω. quod ẽ mitto: ubi uerbum perdit unum .l. ut uidebim⁹ i dictiõe epistola.
Apotheosis cũ .th. aspirato scribit̃ traductũ ab antiquis in quibusdã cõperi cõsecratio ita ut cõponi uelint ex απο prepositione. quæ aliquando ab indicat & θεοτης diuinitas quasi a diuinitate procedens.
Vnde dixit seruius in Daphnim. Apotheosim idem esse quod relationem in deos. quum scilicet

hominem inter deos conumeramus.
Apostrophe cũ.t.exili &.ph.aspirato scribit̃:dici põt latine cõuersio.Nã figura locutionis est.cũ ad ali quem per secundam personam fit conuersio ut te non alloquor Aphricane cuius mortui nomẽ splẽ dori ac decori est ciuitati. Tui clarissimi nepotes suo sanguine abluerũt inimicorum crudelitatem:ut ostendit Cicero in dignitatibus.
Aposioposis cum.i.latino utrobiq; scribitur: componitur ex apo præpositione:& σῖόπαω quod est fileo Nam est quasi intercæptum silentium:ut Neptunus ad uentos apud Virgi.li.primo æneidos: Quos ego sed motos præstat cõponere fluctus.Nã subsilenter puniam:uel quid simile. Similiter. Terenti. in Eunucho :Egone illam:quæ illum:quæ me:quæ non.Hoc est.Egone illã digner aduentu meo:que illum præposuit mihi:quæ me spreuit:quæ me non suscæpit heri.
Apotheca cum.th.aspirato &.c.simplici scribitur:dici potest repositorium uel reconditorium. Vnde apud iurisconsultos obligationis genus quondam exprimit.
Apollyides cum duplicato.l.&.y.græco scribitur:latine deperditi dici possunt:Nam ab ἀπόλλυω qđ est deperdo descẽdit. Quo uocabulo usus est Vlpianus de legatis tertio cum ait:Deperditi quibus aq; & igni interdictum est fide commissum relinquere non possunt. Quia nec testamentum faciendi ius habent:quin sint apollydes.
Apulia cum.unico.p.& unico.l.atq;.i.latino scribitur:habetque primam breuem:licet appulus appula appulum primam producat:& ob id per duplex.p.scribatur:quod ostendit Horatius in duobus uersiculis in libro tertio carminum ait:
Me fabulose uultur in appulo
Nutricis extra limen apuliæ.
Sicq; fere semper obseruatum annotaui. Nanq; Iuuenalis metri necessitate produxisse uidet̃ cum ait Prouincia tanti:uendit agros:sed maiores apulia uendit.Et Horatius in primo sermonum:Incipit ex illo montes apulia notos Ostentare mihi.Et est apulia prouincia Italiæ:mari adriaco cõtermina: iter Dauniam scilicet & Calabriam sequentibus deinde ex eo latere salentinis. Quanq̃ nõnulli & Dauni am cum. Apulia esse uolunt:a Dauno scilicet Pilumni filio cognominata:dicente Plinio libro tertio naturalis historiæ: Apulia daunicorum cognomine a Dauno. Diomedis socero dicta est. Quod apulia parte intellexisse existimo:quæ uersus forẽtanos extenditur:habetque loca ut dicunt aquarum indigna:quod Persius sensisse uidetur:cum ait i secunda satyra:Nec linguæ tantũ sitiat canis apula quãtum:ubi penultima breuis est.
Apricus cum.i.latino &.c.exile scribitur.dici potest latine solanus.Nam dictio græca composita est ex a quod est sine & φρικὸς quod est frigus siue horror.Nam apud poetas & locus dicitur gaudens Sole: unde homines aprici dicuntur. Virgilius libro georgicorum tertio.
Mitis in apricis coquitur uindemia saxis:
Persius:aprici meminisse senes:& inde Aphricam dicta uoluit Festus.
Aphrica cum:ph.aspirato &.i.latino atq;.c.exili scribitur:interpretari potest sine frigore.Nã teste Festo descendit ab a quod est sin.& φρικὸς frigus:ut in præcedenti dictione uidimus.
Apries cum:i.latino scribitur:fuit psanimis regis ægypti filius:cui in regno successit.Hic cõspirãtibus cum Amasi ægyptiis:ut scripsit Herodotus libro historiarũ secundo & regno & uita priuatus ẽ: post quem Amasis regnauit.ille uidelicet:contra quem Cambyses Ciri filios pugnauit. Nam Amalis aliº de quo supra diximus longe ante regnauerat.
Aphros cum.ph.aspirato sequente.r. scribitur:dicit̃ a nostris spuma:Et inde aphrodita Venus uocat̃ quia de maris spuma a poetis concepta fertur. Similiter aphronitrum spuma nitri uocatur.Martial. in ultimo .Spuma uoco nitri dicor & aphronitrum.
Aptotus absq; aspiratione scribit̃:dicitur a nostris sine casu:ab a quod est sine:& πτοῖσ casus.
Ara sine aspiratione & unico.r.scribitur habetq; apud græcos accentum i ultima:& significat obsecrationem:uel secundum seruium preces:unde κατάρα imprecatio dicitur.
Arabus cum unico.r.scribitur:fuit teste Plinio libro septimo naturalis historiæ apollinis ex Babylone filius.quem quidam ut ait medicinam adinuenisse uolunt.
Arabia cũ unico.r.&.i.latino scribitur:regio est in asia iudæam ab ægypto disterminans:sic quoq; cognominata:ut aliqui uolunt ab arabo Babylonis & apollinis filio:at uero Solinus arabiã idest sacram interpretari dixit.Hanc apud ptolæmeũ in geographia triplicem esse comperio:fœlicem scilicet:que ea esse uidetur:quam Plinius li.vii.naturalis historiæ planam esse dixit inter tigrim & euphratem aliam uero dixit Ptolæmeus petream:aliam desertam:ab arabia arabs & arabus gẽtialia noia deducuntur:ut Virg.li.vii.æneidos. Siue geris inferre manu lãchrymabile bellum Hyrcanis ue arabis ue parãt Quod ab eo quod est arabus:& ab eo quod est arabs & ab hoc arabe facit arabus.
Arabarches cum.ch.aspirato scribitur:& dicitur quasi arabum arches idest princeps:hoc est ex primis arabiæ.Iuue.ĩ.i.saty ra: Atq; triũphales iter q̃s ausus hẽre Nescio qs titulos ægyptius aut arabarches
Aræthyree cum diphthongo &.th.aspirato sequente.y.græco scribitur urbs fuit in pelopõneso:quam amœnam esse dixit Homerus libro iliados secundo.
Arachne cum unico.r.&.ch.aspirato scribitur.Nã sic quoq; a græcis & ab antiquis nostris scriptũ com

peri:at uero moderni illud.ch.in.g.ob.litteraꝝ affinitatē conuertunt:& aragne iam ſcribiť cum.g.ut ſupra uidimus mediū ſit iter.c.exile &.ch.aſpiratum:& eſt uermis quidā:qui telam intexere & ſup eā aſcendere deſcendereq; cōſueuit:unde ab αραρω:quod eſt aſcēdo:ut græci dicunt deducť:Et ut dicūt poetæ fuerat uirgo Elidia lanificii pitiſſima:q̄ cū Mineruæ in artificio ſe p̄ponere:ab illa in eiuſmodi beſtiolā cōuerſa fuit:de qua Ouidius libro metamor.vi.plene omnia pertractauit: eſt etiā arachne urbs theſſaliæ:quam teſte Liuio libro ſecundo de bello macedonico peneus fluuius alluit.

Aragne cū.g.āte.n.conſueuit tā a noſtris ſcribi:ſed a græcis cū.ch.aſpirato ſcribitur:& ſic ab antquis latinis ſcriptū ſemper comperius:ut a græcis αραχνη:a latinis arachne:ut in præcedenti dictione uidimus:& dicit latine arenea. Virgi.li.iiii.georgicoꝝ in foribus ſuſpendit aranea caſſes:& ut dixit Ser. araneus etiā ab antiquis in maſculino dicebať.

Araris cū unico.r.in prima & altero in ultima atque i.latino a græcis ſcribiť: fluuius eſt galliæ narbonenſis:q̄ cū a monte Voſeo effluat:& per edoꝝ ac ſequanoꝝ fines trāſeat:tāta ſegnitie defluit:ut qm̄ pergat uix dignoſci poſit. Itaq; ſtagno ſimilis p̄ ludunenſem coloniā Burgūdiæ ciuitatē egreſſus ante urbis muros cōmiſceť Rhodano:quo teſte Lucano:Raptū uelocibus undis in mare fert ararim.

Arar idem eſt cū ſuperiori fluuio:ſed per apocoapam teſte Priſciano i.vii.ſic dr̄:ut lucan⁹ li.vi.Rhodanūq; morantē præcipitauit arar.

Ararus cū.u.uocali in fine:ſcitarū eſt fluuius:ut oſtendit Herodotus libro hiſtoriarū quarto.

Aracynthus cū.c.exili ſequēte.y.græco.th.aſpirato ſcribitur:mons ē Mineruæ ſacer:quem quidem in actica regione eſſe dicit:quod Virgiliū tetigiſſe aſſerunt cū ait Amphion dirceus in actæo aracitho. Alii uero in attica:ſed in boetia eſſe dicūt:& more paſtorali Virgiliū fuiſſe locutū:qui locum unum p̄ altero ſæpe ponunt:ut ſimiliter apud Theocritū ſæpe cōſpicitur.Nōnulli uero in arcadia eſſe dixerūt Solinus uero & Plinius libro quartto naturalis hyſtoriæ a carnaniæ monte dicunt. Quuare puto & in attica & in boetia:& in arcadia:& in acarnania eiuſdē nominis montes fuiſſe:& atq;.æ.diphthongo:& nō cū duplicato.t.quod ſic quoq; littoralē ſignificat ab ακτη:quod eſt litus:quaſi dicere uelit Virgili⁹ in littorali aracinto.

Aratrū cū.t.nō aſpirato ſcribiť:at ubi nos i ſecūda habemus.a.græci.o.ponunt dicētes αροτρον.

Aratus cū.t.exili ſcribiť:fuit ex aſia Cilix poeta clariſſimus:filius athenodori ex litophile uxore:ut cariſtius ſcripſit:didicitq; a Zenōe philoſopho ſtoico odiſſeam Home.& apud antigonū regē macedon poſt alexandrū morā traxit.Et cum aſtrologiæ ignarus eſſet:de aſtrologia librum elegātiſſimum ſcripſit dicente Cicerone libro primo de oratore.conſtat inter doctos homines ignarum aſtrologiæ ornatiſſimis atq; optimis uerſibus aratū de cælo ſtelliſq; dixiſſe:& conſcripſiſſe:cuius librum Cicero ipſe & germanicus cæſar atq;. T.Claudi⁹ Cæſar ſic enim inſcriptū comperi hexametris uerſibus i latinū traduxerunt.Ideo dicebat Ouidius:Cum ſole & luna ſemper aratus erit.Putoq; illum in tempore theocriti extiſſe.Cū aratum in quadam ſua ægloga inducat philinū adoleſcentem ardenter amare & aliq̄ pro reditu philini echio deos præcari:quæ ad aſtrologiam ſpectare uidenrur.

Araxes cū.x.cōſonante ſcribitur.Eſt armeniæ fluuius:dicēnte Lucano libro ſeptimo:armeniumq; bibit romanus araxem.ſuper quo teſte Seruio alexander magnus pontem fecit quem fluminis icremēta nō multo poſt ruperūt.at auguſtus firmiori ponte eum ligauit quapropter in ipſius auguſti laudē dixit Virgili.lib.enæi.viii. Et pontem indignatus araxes ἐξουτερπωλδον φασισ ταναισ τερευσιν: ut dixit Orpheus in argonautica:hoc eſt ex quo thermodoō phaſis tanaiſq; fluunt:quod ſane ab aliis q̄ loca poſtea diligentius perſeruati ſunt: non eſſe uerum cōpertum fuit.Nam ut oſtendit ptolomeus araxes mōte periardes armeniæ profluit: in mare caſpium uerſus orientem decurrit.at flumina quæ numerauit Orpheus ex aliis locis etiam non paruo ſpatio diſtantibus oriunť.

Arcadia cū.c.exili &.i.latio ſcribitur:regio eſt in pellopōneſo.& pars achaiæ inter mare ioniū & ægæuum diſpoſita ab arcade iouis ex Caliſtōe filio cognominata dicta prius teſte Seruio parrhaſia:ut tetigit Virgi.lib.viii. cū ait:parrhaſio dictū panos de more licæi.i.more archadico quod cognomē a ciuitate parrhaſia aſſumpſiſſe puto:de qua meminit Home.libro iliados.ii.in hac comperta fiſtula diſparibus cicuitis:& foraminibus credit in eadē ſunt aſini aliis maiores & p̄ſtantiores.ideo ait Iuue.in ſatyra:Et ſpes & ratio. Quod leua in parte mamillæ nil falit arcadico iuueni.i.aſinino.& pauci ſenſus in eadē palus eſt Lærneæa.ubi ab Hercule fuit hydra mactata:ut in dictione hydra uidebimus. Fuit etiā in eadē regio ac ſilua nemeæ ut uidebimus in dictione Cleone.Itē & plinio teſte li.iiii.natura.hiſtoria Sunt in ea montes plurimi.ut pholoe cū oppido.Item Cillenæ licæus:in quo licæi iouis delubrū.Menelaus artemiſius parthenius Nonacris Erimanthus:& alī non ignobiles.

Archander cū.ch.aſpitato ſcribiť.fuit teſte Herodoto li.hiſtoriarū ſecundo Danai ſocer.

Arceſialus cū.c.nō aſpirato & unico atq;.i.latino & ſine aliquo diphthongo ſcribitur.fuit unus ex q̄nq; ducibus boetioꝝ qui ad troiā cū q̄nquaginta nauibus aduenerūt ut oſtēdit Homerus li.illiados.ii.alius fuit philoſophus parria pitanæus Scithi filius audiuit prio auctolicū matemathicū ciuē ſuū cum quo Sardis perexit deide Xanthū atheniēſē muſicū.Poſt quē theophraſti auditor fuit. Tū demū in academia ſe ad Cratorē cōtulit.Et cū i dicēdo grauiſſim⁹ eēt:& iſcribēdo ſatis exercitat⁹:poeticæ quoq; operā dedit. amplectabaturq; Homerum maxime ex omnibus cuius adeo ſtudioſus era.ut ſemper ante ſomnū eius aliquid legeret. p̄indarum quoq; dicebat eſſe in primis idoneū implere uocem

Verboꝝ quoq; ac noium copiã præbere. Et multa de illo locutus est Laertius. Obiit tandẽ teste Hermippo cũ merũ imodice hausisset: ac per id offendisset ætatis suæ anno septuagesimo quinto. Fuerũt & alii Arcesilai. Vnus poeta priscæ comœdiæ: alius elegiæ itidẽ poeta. alius sculptor.

Arcesius cũ. c. exili & unico. s. atq; i. latino scribit̃: nomẽ est uiri propriũ: cũ quo ulyxes nõnulla tractauit: ut ostẽdit Homerus libro. xi. odysseæ.

Archemolus cũ. ch. aspirato & unico. l. scribit̃. fuit Rhœti filius Marubiorũ regis in italia: q cũ teste seruio sup. x. ænei. filio nouercã Casperiã sup iduxisset: stuprauit illã priuignus. Quo cognito cũ eũ pater ꝓsequeret̃: & ad pœnã uexaret: fugiẽs ille se ad Turnũ cõtulit: ut eodẽ li. ostendit Vir.

Archemorus cũ. ch. aspirato scribit̃: fuit lycurgi Nemeæ regis filius: hic Hypsiphylẽ nutricẽ hũit: quæ cũ sitiẽtibus græcis ad expeditionẽ thebanã euntibus fontẽ langiã mõstraret: & sup uiridanti herba puerũ Archemorũ reliqsset a septẽ morsu affectus occubuit: unde fons ille archemorus dictus fuit: & annus agon iuxta illum in eius honore exercebat̃: de quo Iuuena. in fine satyræ. Et spes & rõ memi nit cum ait dicat patriam nomenq; nouercæ Archenori: hoc est Hipsiphyles quæ nouecali ritu pueꝝ sine custodia dereliquit.

Archelaus cũ. ch. asptrato scribit̃: fuit unus antenoris troiani filius quẽ Homerus li. iliados secũdo rei militaris pitissimũ dixit. Alius fuit atheniẽsis philosophus: seu ut alii dicũt melisius: habuitq; patrem apollodoꝝ. fuit auditor atq; successor anaxaore: hic primus ex Ionia physicam phylosophiam athenas inuexit: & appellatus est physcus Socrate æthicẽ itroducẽte: quãq; hic æthices rudis nõ fuit Nãq; de legibus philosophatus ẽ. & de honesto & æquo: porro socrates quod sumpta ab eo propagauerit: inuenisse putatus est alius fuit geographus qui omnẽ ab alexandro peragratã terram descripsit. aliꝰ teste Laertio naturæ propria uersu tradidit. alius ẽt qui oratoriam artem scripsit.

Archeptolomus cum. ch. aspirato &. t. simplici hoc est sine aspiratiõe scribit̃: fuit filius Iphiti: & auriga Hectoris suffectus Enipeo interfecto a Diomede: ut in ea dictione uidebimus.

Archetypus cũ. ch. aspirato &. r. simplici atq; y. græco scribitur: apud nos dici põt exemplaris: ut Iuuenalis in secunda satyra. Et iubet archethipos pluteũ seruare cleants. Nam componit̃ ex arche: quæ ẽ principalis & tipos figura: quasi ex principali & naturali figura trahant̃. ut Virgilius libro sexto: Viuos ducente de marmore uultus. Martialis in duodecimo sic ianq; tabulas sciphosq; paule. Omnes archetipos habens amicos.

Archia cum. ch. aspirato &. i. latio scribitur. dicitur apud nos principatus. & inde arcos principes. q & nomen prprium ut ꝓ archia poeta.

Archigenes cũ. ch. aspirato &. i. latino scribitur: iterpretari põt princeps generationis: & licet nomẽ ꝓ primũ sit medici cõtra quẽ galienus sæpissime in libris suis inuexit: cõmuniter pro græculis: aut similibus accipere cõsueuimus: qui se præ oibus sui generis sciolos ostẽdebant ut in dictione protogenes quæ idẽ fere designat apparebit: Sed de eo medico: aut simili intellexit Iuuena. Credo pudicitiã de mulieribus romanis locutus ait. Tunc corpore sano aduocat archigenem.

Archilochus cũ. ch. aspirato tã in antepenũltima q̃ in ultima scribit̃: fuit unus Nestoris & Euridices filius ut oñdit Home. i odissæa: hic patrẽ in expeditiõe troiana secutust & uiriliter pugnãs a memnone ut quidã uolũt interfectus fuit. Alii asserunt eũ cũ achille in tẽplo Thimbræi apollinis a paride obtrũcatũ de quo Iuue. in satyra Oibus in terris de Nestore cũ loquærer̃ ait de legibus ipse quærat̃ Fatorũ & minimo de stamine cũ uidet acris archilochi barbã ardentẽ & reliqua alius fuit siculus. q ariciam ut bẽ eõdidit: ut testatur Solinus alius fuit poeta lacedæmonius Romæ regnãte Tullo hostilio ut dixit Cornelius nepos in quo teste Quintiliano libro decimo de institutiõe oratoria sũma uis elocutionis fuit rum: breues uibrãtesq; sniæ plurimũ sanguinis ac neruoꝝ. Huic Licãber desponsare Neobolem natã ꝓmiserat. Quã: cũ alteri nuptum daret: adeo moleste poeta in poetria: archilochũ ꝓprio rabies armauit iambo: Hunc socii cœpere pedẽ grandesq; cothurni. Quibus uulgatissime decantatis Licãber & filia atq; uxor se laqueo suspenderunt. Quos sane libros teste Valerio de seueritate ob impudicam lectionem iusserunt lacedæmones ex urbe tolli: & ipse in exiliũ missus est: dicente Ouidio i ibim. Vtq; repertori nocuit pugnantis iambi.

Sic sit in exiliũ lingua proterua tuũ. Et ut ostendere uidetur Plinius libro. vii. natu. histo. fuit deinde interfectus. Eius uerba sũt archilochi poetæ interfectores apollo arguit delphis.

Archimedes cũ. ch. aspirato &. i. latino scribit̃ fuit siracusanus in oi geometria ante alios mira subtilitate laudat̃ ut testat̃ apulegius li. i. de Magia. Cuius mortẽ late descripsit plinius li. ii. natu. histo. Nam captis Siracusis ꝓditionẽ quã cõtra uim Marcelli romani diu defensarat cũ oĩa euerterẽr hostes ipse diametros suos in puluere obsignãs a ꝓtereunte milite incognitus occisus est. Hic teste Cicerone lib. tusculanaꝝ primo fuit primus speræ fabricator: Quod Laertius anaximãdro attribuit: hie de cylidro opus eximium scripsit quod nuper compertum Nicolaus quintus summus pontifex in stilum latinũ traduci fecit.

Archytas cũ. th. aspirato &. i. græco atq; t. simplici scribit̃ fuit Mnesagoræ siue ut aristoxenus ait Esti ei filius tarẽtinus patria & philosophus pithagoricus nobilissimus hic platone cum a Dionisio necãdus eẽt: per epistolam eripuit admiratiõi summæ apud plurimos habitus est in omni uirtutis genere. Præter hunc teste Laertio alii tres fuere unus mitylenæus musicus. alius qui de agricultura scripsit.

Tertius epigrammatũ poeta. quartum plærique addũt architectum: cuius proferũt librũ de machina.
Architriclinus ſecũda cũ tantũmõ aſpiratũ: & cũ .i. latino utrobiq; ſcribit: dicit is q in aula diſcũbẽtium principalis habet: & cõponit ex dictionib⁹ tribus: prima archi q̃ principalẽ indicat: ſecũda ẽ tris: q̃ idicat tres tertia eſt κλινν q̃ lectos ſignificat: ſeu toros. Nã in aula ttes toros in tribus aulæ dimẽſionibus collocabant: ubi conuiuantes diſcũbere cõſueuerũt: unde ait Iuuena. in ſatyra. Si te propoſiti: Tertia ne uacuo ceſſaret culcitra lecto: una ſimus ait: & reliqua. Et in prima ſatyra idẽ poeta ait. Optima ſiluarum interea pelagiq; uorauit Rex horũ: uacuiſq; toris tantum ipſe iacebit: ſed quonam pacto triclinium ab antiquis traductum ſit: in ipſa dictione uidebimus.
Archimagirus cum. th. aſpirato &. i. latino ſcribitur: dici poteſt a noſtris principalis cocus. Nam componitur ex archi quod eſt principale & μαγειρος cocus.
Architectus ſola antepenultima cũ aſpiratione atq;. i. latino ſcribit: dicitur qui præeſt ſtructuris ædificiorum: quaſi principalis τεκτον ideſt faber.
Arctos cũ. ct. exilibus ſcribit: dicit a noſtris urſa. & inde arctous borealis Sta. Nec arctos auſim ſpare triumphos. Arcticus polis ſimiliter borealis dicit: de quo locutus Cice. li. ii. de natura deoꝝ ait. Hunc circũ actoæ duæ ferunt nũq̃ occidẽtes. Ex his altera apud graios cinoſura uocat: altera elice: ut i illis nos dictiõibus oſtẽdimus. Nã elice maior eſt urſa: q̃ & Caliſto uocata fuit: ut in dictione Caliſto uidebimus hac teſte igino pelopõnenſii ueluti ſuã nauigãdo obſeruãt. Cinoſurã uero Aglaſtões unã de iouis nutricibus: ex idæis nymphis fuiſſe dixit: q̃ minor arctos aquodã phœnice primitus appellata fuit: ut teſtis ẽ iginus. Quã obrẽ phœnices nauigãdo magis illã q̃ alterã obſeruare rettulit: qa a ſuo inuẽtore cõperta fuit: unde Leãder apud Ouidi. decimoſeptimo epiſtolaꝝ heroidũ ait. Non ſequar aut elicen: aut qua tirus utitur arcton. Publica nõ cura: ſidera noſter amor. Et lib. iiii. de faſtis ait.
Eſſe duas arctos quarum cinoſura petatur.
Sidonei elicẽ grata carina notet. Et ut ait Parmenicus tpibus Homeri elice arcti nomẽ accæpit: cũ prius plauſtrũ diceret: quã utroq; noie & arcton: plauſtrũ noiauit Home. qđ græce αμαξα dicit. Cuius ſane cã hæc ꝓdita eſt. Nã cum ſeptẽ conſpiciant ſtellæ duæ q̃ pariles: & maxime in uno loco uident pro bolus habitæ ſunt. Reliq̃ uero qnq; plauſtrũ ipm ſimulare dicunt: Ita & qđ ꝓximũ huic ẽ ſignũ bootẽ noiare uoluerũt. T. Claudius Cæſar in phœnomia Arati: tardus in occaſu ſeqtur ſua plauſtra bootes .i. boũ agitator. Alii arctophilata uocauerũt q̃ſi urſam ſit obſeruãs: & cuſtodiẽs: hunc filiũ ipſius urſæ: Caliſtonis: poetæ noſtri dixerũt: & ad cælum cũ ad illa tractatũ: ut uidebimus in dictione Caliſto.
Arctophylax cũ. ct. exilibus &. y. græco ſcribit: dicit arctoæ ſiue urſæ philax. i. cuſtos: ut lib. ii. de natura deoꝝ uerſus referẽs arateos ait. Arctophilax uulgo q dicit eẽ bootes: ut in dictiõe bootes uidebimus.
Arcturus cũ. ct. & nõ aſpiratis ſcribitur. Stella eſt quã urſæ caudam interprætari libet: eo quod in cauda ipſius urſæ locata dicatur. De qua Cicero lib. ii. de natura deorum uerſus referens arateos inquit. Stella micans radiis arcturus nomine claro.
Ardiſcos cũ. i. latino &. c. exili ſcribitur: fuit teſte Ariſtarcho in theogonia Heſiodi fluuius in ſcitia quẽ Herodotus libro hiſtoriarum quarto per odirſos populos ſcithiæ profluere dixit.
Ardys cũ. y. græco ſcribit: fuit Gigis lidoꝝ regis filius: poſt quẽ teſte Hero. lib. hiſto. i. & ipe regnauit.
Areopagus cũ unico. r. ſcribit: dictio ẽ cõpoſita ab αρεος quod eſt Martis: & παγος unicus. Nã uicus erat athenis: a templo Martis ſic cognominatus: primũ iudiciũ capitis actum fuiſſe dixit Plinius circa finẽ libri. vii. naturalis hiſtoriæ. Et inde areopagitæ illi dicebant: q̃ athenis in templo Martis: quod erat in areopago iudicabant: quod iudicium exquiſitiſſimum habebatur.
Arete huius Aretes: uel Areta huius Aretæ utrũq; cõperitur. & recte dicit: ac cũ unico. r. &. t. non aſpirato ſcribit: fuit uxor Alcinoi regis phæacũ: ut pluribus in locis oſtẽdit Home. in odyſſea. Quare cũ eſſet Vlyxes apud Corcirã in conuiuio alcinoi: & cũ aliis aliiſq; phæacũ populis enarraret Poliphemũ quoſdã ex ſociis eius deuoraſſe: ac ſi deriſoria locut⁹ fuiſſet uerba & mẽdacia ipſi aretæ uideri poterãt: dicente Iuuenale in ſatyra. Quis neſcit uoluſi attonito cũ. Tale ſup cœnã facinus narraret Vlyxes alcinoo bilẽ aut riſum fortaſſe quibuſdã Mouerat ut mendax aretæ logus. i. uelut mendax eẽt: logus. i. ſermo q̃ aretæ uxori alcinoi dirigebatur: fuit & eodẽ nomine altera filia ſupioris Dionyſii & ex ariſtomache ſorore Dionis & interpretatur αρετη ideſt uirtus.
Arethuſa cũ. th. aſpirato & unico. s. ſcribit: fuit uirgo uenatrix Dianæ comes: ut dixit Oui. li. metamo. .v. qđ. Vir. tetigiſſe uidet li. geor. iiii. cũ ait. Et tandẽ poſitis uelox arethuſa ſagittis. Quæ cũ forte i alpheo fluio ſe lauaret: adeo fluminis Alpheo cõſpecta adamat: quã ille detinere conatus ẽ: ſed diffugientẽ illã deus ſui fluminis circutionibus inſeqtur. Sed ipſa in plorato Dianæ ſubſidio: in fontẽ ſui nominis cõuerſa ẽ. Cuius undis eũ alpheus cõmiſcere ſe uallet: illa uero ſubterrãeos meatus diffugeret: uſq; in ſiciliã ꝓſecutus ẽ. Quod fidẽ fabulæ expientia ꝓſtaſſe uidet. Qua deprehenſum ẽ ex purgamenta hoſtiaꝝ q̃ apud helidẽ in ludis olympiacis mactabant: cũ in alpheũ delapſa eſſent in ſiciliã uſq; ad fõtẽ arethuſam ſcaturire cõſpiciebant. Sane in gloſulis Ariſtarchi ſup. xiii. odiſſeæ Homeri librũ comperi: quattuor in diuerſis mundi ptibus fuiſſe arethuſios fontes: Vnum apud ſiracuſas. Alterum apud ſmirnã. Tertiũ in Chalcida. Et q̃rtũ in ithaca. Et ab Arethuſa arethuſis patronymicũ fœmininũ deductũeſt. Vt Ouidius libro faſtorum quarto. Vtq; ſyracuſas arethuſidas abſtulit armis Claudius.
Arethous cũ. th. aſpirato &. i. latino ſcribit: fuit rex in arna ciuitate boetiæ: & pater Meniſthii: ut in ea-

dictione uidebimus.
Argãthonius cũ.th.aſpirato ſcribit̃:&.i.latino fuit teſte Herodoto lib.hiſto.i.tarteſſiorum tyrãnus.
Argia cum.i.latino ſctibitur:fuit adraſti regis argiuoꝝ filia:& Polinicis thebani uxor:de q̃ Statius lib. primo:& quarto thebaidos plura locutus eſt. Altera eiuſdẽ nominis fuit argiuis uenerãda ſacerdos ut uidebimus in dictione Bito.
Argilus cum.i.latino & unico.l.ſcribit̃:fuit teſte Herodoto lib.hiſtoriarum.xii.urbs æmathiæ:non lõge ab hoſtiis ſtrimonis uerſus occidentem.
Argippei cum.i.latino & geminato.p.ſcribit̃:populi ſunt ultra ſauromatas & budinos & hiros: ut oſtẽdit Herodotus lib.hiſtoriarum ſecundo.
Argyrũdes cũ.y.græco ſcribit̃:fuit teſte Ariſtarcho ſuper Heſiodum fluuius in ætolia:quaſi ſit argiros ideſt argentum Δειvoσ ideſt periculoſum.
Arhos cũ.o.apud noſtros ſeruata litteratura græca ſcribit̃:& in ſingulari generis ẽ neutri:ut Hora. Ap tũ dicet eqs argos diteſq; mycenas. In plurali uero numero maſculini ut hi argi.nomẽ ẽ urbis unius q̃ dẽ in attica nõ lõge ab athenis:de q̃ in dictiõe at:is uidebimus. Alterius uero in theſſalia ſiue pelaſgia: q̃d argos pelaſgicũ Home.uocat:conditũ teſte Pli.li.vii.naturalis hiſto.a Phoroneo:de quo Lu.in.vi. Vbi nobile quodã. Nũc ſup argos erãt. Aliud ẽ teſte eodẽ Pli.lib.iiii.in achaia hippũ cognominatũ ſupra locũ lernæ:a mari octo milibus diſtãs:& nouẽ additus a mycenis aquo regiũcula:argos & græci ipſi argiui cognominati ſũt. Nã ab argos argiuus deducit̃:q̃d cũ.i.latino ſcribit̃:q̃q̃ apud græcos ſit .i.diphthõgus & ſcribat̃ αργειοσ:ſed nos diphthongũ ipam in.i.longã cõmutamus. Addẽtes inſup.u.cõſonãs loco æolici digãmæ:q̃d antiq̃ æoles interponebãt inter diphthõgũ & ſeq̃ntẽ uocalẽ:ut ſupra uidimus cũ.d.u.littera tractarẽus:Nõnulli uero ex latinis diphthõgũ ipſã i.e.cõuerteret:nec.u. cõſonãs addere uoluerũt:ſed dixerũt argeus:ut Hora.lib.carminũ.iiii. Tybur argeo poſitũ colono. Proferẽ ẽt p aduerbio in plurali:ut Pli.circa finẽ libri.xvi.natu.hiſto.argis inqt olea ẽt nũc durare dicit̃:ad quã ío in uaccã mutatã Argus alligauerat:hæc ille ob q̃d puto dixiſſe Vir.lib.geor.ii.uiuacis oliuæ.
Argonaute cũ.t.exili ſcribit̃:dicti ſũt heroes illi q̃ cũ iaſõe ad expeditionẽ in cholchos ſũt pfecti:ſic quo q; cognominati ab naue:quã inauigauerũt:q̃ argo dicta fuit. Nauis uero teſte Diodoro ſiculo li. hiſt. y.argo dicta erat:ut q̃dã aſſerũt ſcriptores ab argo eius architecto:q̃ ẽt iter nauigandũ eius reſarciẽdæ curã cœpat. Alii ab eius uelocitate q̃ antiq̃ argon appellabant:fuitq; eodẽ Diodoro teſte iuxta pelion ædificata magnitudie atq; apparatu lõgo maiori.q̃ q̃ ad eã diẽ fieri cõſueuerãt:Erat.n. antea puaꝝ nauicularꝝ uſus. At huius eximiã magnitudinẽ ſtupẽtibus oĩbus diffuſa p græciã eius rei fama multos egregios adoleſcẽtes ultro ad certamẽ:& eius belli cõmunionẽ allexit iaſon:in quã deductã nauẽ cũ neceſſariis ad nauigandũ rebus fulfiſſet. optiões eoꝝ q̃ ſecũ irẽt elegit nũero q̃ttuor & q̃draginta. Ex is uero clariſſimi erãt caſtor. & Pollux:Hercules: Telamõ:Orpheus: Atlãtes: Schineï:pterea theſpei filii:& ipe nauigii auctor Iaſõ. Sane argonautaꝝ hiſtoriã quã plures deſcripſere:& poetæ maxie ex græcis q̃dẽ quos legi: Orpheus ipe q̃ interfuit:q̃q̃ nõ ilius opus dicat Ariſtoteles. Itẽ Appolonius late materiã ipam pſecutus ẽ. Ex latinis uero Ouï.lib.meta. Et clariſſimis ille poeta Vale. Flacus q̃ diuio carmie rẽoẽm ipoꝝ argonautaꝝ explicuit. Et hiſtoricis Dio.ſiculus & Torgos Pom.quẽ imitatus eſt Iuſtinus.
Argiripa cũ.i.latino utrobiq; & unico.p.ſcribit̃. Nec ab αργυρος q̃d ẽ argentũ deducit̃. Sed ab argoripo oppido Apuliæ a Diomede cõdito:hoc ẽ argos πιστον.i.actũ ſine fundatũ. Sed poſtea teſte Seruio ſup.x.æneï.nomẽ uetuſtate corruptũ ẽ:& factũ ut ciuitas argirippa diceret̃. Et ſic illã uocauit Vir. cũ ait. Ille urbẽ argiripã patriæ cognomie gẽtis.uictor gargãi cõdebat iapigis aruis. Sed rurſus corrupto uerbo arpos dicta fuit. Vir.lib.x. Quæ cã attraxerit arpos. Dicit̃ ẽt a Vir.arpi in plurali ut eodẽ li.x.
Atq; iteꝝ in teucros ætolis ſurgit ab arpis Titides:& li.xi. Nõ erit auxilio nobis ætolus & arpi.
Arpos & arpi ſine aſpiratioone principii ſcribit̃. Nã non ab harpazo uerbo græco & aſpirato:q̃d ẽ apud nos rapio deſcendũt. Sed ab argos & argiripa:ut in præcedẽti dictione uidimus: deducta ſunt.
Argiſſa cũ.i.latino & duplicato.ſ.ſcribitur:fuit teſte Homero libro ſecundo iliados urbs in theſſalia.
Ariæus cum.i.latino &.æ.dtphthongo in penultima ſcribit̃:nomen fuit excellentis uiri proprium.
Ariannes cum .i.latino & duplicato.n.ſcribitur.fuit nobiliſſia armeniæ ciuitas.
Ariathis cum.i.latino utrobiq; &.th.aſpirato ſcribitur:nomen eſt uiri proprium.
Ariabignes cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:fuit Darii filius ex filia Gobriæ: q una cũ Praxaſpe & Megazabo præpoſitus fuit claſſi Xerxis.
Ariapithes cũ.i.latino utrobiq; &.th.aſpirato ſcribitur:fuit ſcithaꝝ rex cui filiꝰ Scilla ĩ regno ſucceſſit.
Ariadne cũ.i.latino &.d.ante.n.ĩ eadẽ ſyllaba ſcribit̃:anoſtris & græcis auctoribus dicit̃:q̃ inſcii quidã moderni adrianã uocãt:q̃d uocabulũ apud nullos auctores comptũ eſt. Sed ariadne a Priſciano ponitur. Et Seruio nõ nullis in locis declinari doceẽ.fuit Minois cretæ regis filia ex Paſiphe coniuge.dicẽte Hõe.li.vi.odyſſæ καλλην τορικαδνηω κουρηομηνωτ:hoc ẽ formoſãq; ariadnẽ filiã Minois:hæc Theſeum ægei athenaꝝ regis filiũ Cretã miſſum deuorãdũ a Minotauro noctu clã amauit pdite. Et cũ iuuante Dædalo eius contubernio fungeret̃:ſuſcepta fide quod ab illos reciperet̃ in coniugem: & una Phœdrã ſororẽ pro Hyppolito filio tranſportaret:ſuo cõſilio ductu filo in labirinthũ intrauit:ubi mactato. Minotauro noctu clã ariadnen & phœdrã ſup nauim impoſitis uictor aufugit:ariadnen deinde a ſe corruptã aſportata Phœdra dormientem reliquit inchio ĩſula maris ægæi:ut Ouidi.libr.viii.me.

placuit. Vel in naxo eiusdē maris insula ut scripsit Sene. in Oedipo: exprecta tādē ariadne cū se cognosceret derelictam: ululatu maximo litora cuncta replebat: Sed cū bacchus secus insulā nauigaret: uisā iuuenculā recæpit: & uxorem sibi contūxit: dicente Seneca in Oedipo.

Naxos ægæo redimita ponto. Tradidit thalamis uirginem relictam.
Meliore pensans damna marito. Ex hac Bacchus Thoantē insulæ Lemni regē genuit. Donauitq; illā Venus corona a Vulcano fabricata. quā Bacchus: nomē stellis ornatā in cælo locauit. De qua plura alia Ouidius in præfato libro. viii. & plura in libro fastorum scripsit.

Aryandes cum. y. græco scribit: fuit ægypti pro Cambise præfectus: qui teste Herodoto libro historiarum tertio a Dario postea interfectus fuit.

Aricia cum. i. latino utrobiq; &. c. absq; aspiratione scribit: fuit ex attica regione puella: q̄ primum ab Hippolyto dilecta cū postmodū a Diana in Italiam translatus ille fuisset: eius uxor facta fuit: qui ea loca inhabitauerunt: quæ ab urbe roma ad eius usq; nominis urbem ab Archilo postea siculo conditam nemoribus: ut plurimum intercæpta erat: dicente Ouidio lib. iii. fastorum.

Vallis arcinæ silua præcinctus opaca.
Est locus: antiqua religione sacer.
Hic iacet hippolytus furiis distractus equorum.
Vnde nemus nullis illud additur equis. At in ea ciuitate quæ decē tātummodo milibus passum distat ab excelsa nemoralis aricia Roma: ut dixit Lucanus in qnto. Orestes oraculo monitus: simulachrum scythicæ Dianæ: quod de taurica regione extulerat: priusq; argos peteret cōsecrauit: Ab aricia autem aricinus deriuatur ut Iuuenalis: Dignus aricinos qui mendicaret ad axes.

Arii cum. i. latino scribit:: sunt asiæ scythicæ populi. ut ostendit Herodotus lib. historiarum quarto.

Arimaspi cum. i. latino scribit: populi sunt teste Herodoto lib. histo. iiii. in scythia asiæ uersus septētrionē unicū tantummō oculū in media fronte tenentes. Et ut idē auctor prosequtur. Arimaspi dicunt ab armo qd scytharū lingua unū dicit & unū oculū habentes: Et ut pergit hi cū griphibus alitibus ferocissimus continua bella gerunt. Nā erunt griphes ex cuniculis smaragdos & auq; quod ui capiunt arimaspi: dicente etiam Lucano libro quarto Auroq; ligatus Substringens arimaspe comas.

Ariomardus cum. i. latino scribitur. fuit teste Herodoto Darii filius.

Arion cū. i. latino & unico. r. scribit: fuit citharœdus optimus ex insula lesbo: & artis suæ gratia Periandri corinthioq; tyranni amicus: de quo Hero. lib. histo. i. Pli. li. ix. suæ natu. histo. Gelli. li. xvi. noctiū atticaq; historiā late rettulere: q̄ breuiter cōprehensa talis ē. Hic ob diuicias q̄s in sicilia & italia sua arte cōquisierat: a nautis eū corinthū reportātibus: se p̄cipitare in mare coactus ē: & a delphine excæptus in laconiā ante nautas ipsos deportatus Corinthū adiit: ubi re cognita & illis ad supplicū traditis: bōa sua quæq; recupauit. Quare dixit Vir. in Damōe: Orpheus in siluis inter delphinas arion: cuius pria sem p breuis ē. At in Orione q̄doq; qdē lōga ē: & q̄doq; breuis: ut Vir. lib. æne. iii. Armatūq; auro circūspicit oriona: ubi spōdeus qntū detinet locū: Breuis uero ab eodē ponit lib. primo: cū ait. Cū subito assurgēs fluctu nimbosus orion: In uada cæca tulit. Et Luca. lib. primo. Ensiferi nimium fulget latus oriōis.

Ariobarzānes cū. i. latino &. z. cōsonāte scribit: fuit cappadocū rex: q Pō. magno i pharsalico bello fauit

Arisbe cū unico. r. &. i. latino scribit: fuit teste Home. lib. iliados. ii. urbs phrygiæ iuxta pontum. Et alibi dicit illā ab Achille funditus euersam fuisse: qa troianis auxilia miserat: de qua Vir. li. æne. viii. Pocula deuicta genitor q̄ cæpit arisbe: fuit etiam eodem nomine concubina quædam priami.

Aristeus cum. i. latino &. t. exili seq̄nte. æ. diphthongo scribit: fuit Apollinis ex Cirene filia penei regis Arcadiæ filius: hic deinde in arcadiā regnauit: & primus apiū ac mellis usum lactisq; coagulū demonstrauit. Vsumq; olei & alia q̄plura adinuenisse rettulit. Iustinus lib. xiiii. sui epitamatis.

Aristagoras cū. i. latino &. t. exili scribit: fuit teste Herodo. li. hi. v. p̄fectus exercitus Darii cōtra græcos

Aristomynus penultima cum. y. græco scribitur: nomen est uiri proprium.

Aristippus cū. i. latino utrobiq; scribit &. t. nō aspirato arq; duplicato. p. Vel secundū cōes græcoq; regulas cū. th. aspirato scribi deberet: sed ne aliunde q̄ ab aristos cōpositū credat: pualuit consuetudo ut cū. t. exili scriberet: fuit philosophus cireneus & Socratis discipulus: Is teste Cresio Phaino pipatetico primus socraticoq; philosophiā deduxit in q̄stum: habuitq; ingeniū ad oia facile & paratū: ob quā maxime a Dionysio p̄batur. Cuius plurima dicta: & q̄ promptissima & uaria rettulit: Laertius cōtra quē Plato librū in uoluptatē scripsit. Cuius ille assertor erat: Quare Timon illū ut nimium delicatū arguit: a Diogene uero regius canis dicebat. Quoq; disceptationem Hora. posuit in epistola decima octaua. Alius fuit aristippus teste Laertio qui archadiæ historiaq; scripsit. Tertius qui eo quod a matre doctus fuerat: Matrodidactus fuit. Quartus ex noua academia profectus.

Aristides cū. i. latino utrobiq; &. t. exili scribit: fuit atheniēsis Lisimachi filius æq̄lis fere Thēistocli. quare cū eo de principatu cōdidit: obtractaruntq; inter se: in q̄bus duobus cognitū ē q̄to antestaret eloq̄ntia innocentiæ. Nā cū teste æmelio Probo Aristides abstinentia & uirtutibus: unus post hominū memoriam quem qdē audiemus cognomine iustus sit appellatus a. Themistoclis tamen eloquētia adeo collabefactus ē q̄ ut exilio decē annoq; mulctaret. Veq; postq̄ Xerxes in græciā descendit: sexto uero anno: q̄ erat expulsus: plebiscito in patriā restitutus ē. Hic q̄ fuerint abstinētia nullū ē certi⁹ iudiciū: q̄ cū maximis rebus p̄fuisse in tanta pauptate decessit: ut quo efferret uix reliq̄rit. Fuit & alter aristides

thebanus pictor insignis:& quẽ æqualẽ Appelli dixit Plinius lib.xxxv.naturalis historiæ.Is ut inq̃t omnium primus animũ pinxit:& sensus hois expressit:quos græci πάθη:hoc est perturbationes uocant.Durior paulo in coloribus.Cuius unã tabulam attalus rex centum talentis emisse traditur.

Aristo cum.i.latino &.t.non aspirato scribitur:pater fuit Platonis a Codro Melanthi filio: qui a neptuno itidem sanguinem trahere Trasilo teste memoratur duceus originem.

Aristomache cum.i.latino &.t.exili &.ch.aspirato scribitur: fuit uxor Dionysii.

Aristonicus cum.i.latino utroq; &.t.ac.c.exilibus scribitur:fuit Enenis & Ephesia pellice filius.

Aristophorum cum.i.latino &.t.nõ aspirato scribit. Vas est in quo prandium defertur. Nam componitur ex ἄριστον:quod prandiũ indicat:& φορω porto:diciturq̃ latine discus ut quidã uolunt: quod esse etiam græcum ostendit Iulius Pollux:ut in ea dictione uidebimus.

Aristoteles cũ.i.latino &.t.exili utrobiq; seq̃te.e.in penultima scribit:fuit philosophus sumus ex oppido Stragira obscuro qdẽ p se nisi q; huius uiri claritate refulsit:pr̃m hũit Nicomachũ medicinæ artis pfessorẽ.Refferebaturq; genus paternũ in Machaonẽ æsculapii filiũ cõtinuata atq; certissima successione.Quin & ipse Nicomachus apud amintã Macedoniæ regẽ Philippi patrẽ magno loco posit9 est.Matrẽ habuit Phestiada non obscuri generis.Hic prima ætate in Macedonia enutritus est. Sed eũ adoleuit anno ut phibent ætatis suæ decimoseptimo athenas se contulit.Platonẽ uiginti annis audiuit.Nullã sciam reliq̃t:q̃ nõ pfecte attingeret.Quare nõ solũ poeta:& orator sũmus:sed philosophus maximus euasit.Mortuo Platone ad Heremiã atarnei tyrannũ pfectus:triẽnio fere apud illũ descedit Inde ĩ Macedoniã a Philihppo euocatus:decẽ ferme ãnos circa disciplinã alexandri fuisse tradit. Sed alexandro in asiam cum exercitu pfecto:ipse athenas rediit:& tresdecim annis in licio florẽtissime docuit.Tandem cõmuni illa philosophorum inuidia accusatus q; nõ recte de diis sentiret: metuẽs ne ut quondã Socrati:sic ẽt sibi in iudicio pereundũ foret:deserta sui defensione Chalcidẽ abiit:ibiq; de cætero fuit quoad uita discessit.ut oĩa copiose & eloq̃ntissime rettulit cõterraneus meus Leonardus arretinus in uita:quam de illo edidit.Hic idem ut ait Hieronymus præsbiter scribens ad Eustochiũ de uita monachæ:absq; dubitatiõe pdigiũ fuit grãdeq; miraculũ in tota natura.Cui ut pgit pene uidetur infusũ quicqd naturaliter capax ẽ genus hoium.Sane teste Laertio:octo fuerunt Aristoteles. Primus hic ipse:quẽ teste Gellio in lib.iii.noctiũ atticarũ:traditũ ẽ libros pauculos Speusippi philosophi post mortẽ eius emisse talentis atticis tribus.Ea sũma inq̃t Gellius:fit nũmi nostri sextertia duo & septuaginta milia.Secũdus q; Athenis rẽpu.ãministrauit:huius ut ait adhuc extãt orões elegãtissime.Tertiq; iliadẽ Hõeri scripsit.quartus orator siculus:q; ad panegiricũ Socratis rescripsit. qntus q; dictus ẽ Mithus Aeschinis socrati necessarius.sextus cyrenaicus q; poetica scripsit.septius pædotriba:cuius mẽinit aristoxẽus in uita Platõis.Octauus grãmaticus obscur9 & ignobilis:cuius de pleonasmo ars legit.

Aristoxenus cũ.i.latino &.t.sine aspiratiõe atq;.x.consonante scribit:fuit musicus:& teste Gellio in q̃rto noctium atticarum uir litterarum ueterum diligentissimus Aristotelis philosophi auditor.Idem teste Cicerone animam nil aliud atq; harmoniam esse dixit.

Arthachæas cũ.t.exili &.ch.aspirato seq̃nte.æ.diphthongo scribit fuit teste Herodo.lib.historiaꝝ.vii. dux magnus in exercitu Xerxis:quin & sũme ab illo dilectus.Sed apud acanthũ urbẽ Emathiæ moriens maxima cũ põpa & honore tumulatus fuit.Cui deinde acanthii: ut heroi sacrificauerunt.

Artanes cum.t.exili & unico.n.scribitur:fluuius est teste Herodoto libro historiarum quarto scythicæ Thraciæ in istrum defluuens.

Arithmetica cũ.i.latino utrobiq;.& aspiratiõe in primo.t.reliq̃ sine aspiratiõe scribunt:dici põt nũeralis.Nã ea scia ẽ q̃ de nũeris tractat.deriuaturq; ab ἀριτμὸσ:qđ ẽ nũerus.Et a nũero sæpenumero dicit qđ est rationabiliter. Vir.li.xi.æneidos.Hetrusciq; duces:equitũq; exercitus omnis compositi numero in turmas:idest rationabiliter.Hinc est quod in Sileno aut idem Virgilius. Tum uero in numerum faunos siluasq; uideres:idest in rationem.& rithmũ.Quin & metra numeros dicimus:ut iden in Mœri:Numeros memini si uerba tenerem.

Aromata cum.t.exili.hoc est sine aspiratione scribitur.

Arsaces cũ.c.nõ aspirato scribit:fuit persaꝝ rex:a quo oẽs persides reges postea arsacidæ dicti sunt:Nã ut ait Serui.in.vi.æneidos:Reges omnes albani ab Siluio filio Aeneæ:& Lauinæ Siluii dicti sunt:sicut romani Imperatoris Augusti uocantur:ægyptii Ptolemæi:persæ Arsacidæ: Latini Murani:ut Muranum hic atauos & antiqua sonantem Nomina:pes regesq; actum genus omne latinum.

Arsinoe cũ.i.latio &.o.atq;.e.diuisis syllabis scribit:fuit filia Ptolemæi Lagii filii: qui Aegyptũ post alexandꝝ tenuit:& fuit uxor Lisimachi regis Macedoniæ forma pstãtissima:q̃ ex uiro duos pepit filios: Lisimachũ.s. & Philippũ forma & pstantia similes:sed tandẽ inter ois miseras ipsa miserrima fuit Huius noie Ptolemæus philadelphus eius frater:teste Pli.v.naturalis historiæ urbẽ codidit in cirenaica regione:quæ & similiter Arsione dicta est.Et fluuium qui eam præterfluit Ptolemæum uocauit.

Armenia cũ.i.latino scribit:nec aspirat in primo ut inscii quidã uoluerũt:puincia est Asiæ inter Taurum & caucasum mõtes sira:& a Capadocia ad caspiũ usq; mare ptẽsa:ut discripsit Iustinus libro.xlii. sic q̃dẽ ut asserit cognominata ab armenio Iasonis comite:diuiditurq; in maiorẽ armeniam:& minorem:quod Lucanus tetigit in oratione Pompeii cum ait libro tertio:Nec tu populos utraq; uagantes Armenia. Vnde teste Plinio Libro.xv.naturalis historiæ deducta fuerunt pruna: quæ sola odore con-

mendantur peculiari: habentq; deriuatiuũ patrium armenius: quod æquisyllabum est primitiuo. Iuuenalis in satyra Credo pudicitiam: Instantem regi armenio parthoq; cometem.

Arne absq; aspiratione scribitur: fuit teste Homero libro secundo Boetiorum urbs.

Arsis cũ. i. latino scribitur: dici potest eleuatio: sicut θεσις positio: que in uoce obseruantur.

Artabanus cũ. t. nõ aspirato scribit̃: fuit Histaspis filius & frater darii psaq; regis. hic teste Hero. lib. hist. vii. graui otõe dissuasit Xerxi nepoti suo bellũ cõtra græcos arripe. tandẽ Xerxẽ in regia obtrũcauit. de quo iusti. li. iii. tractauit. alter fuit Tigranis armẽiæ regis filius: quẽ Marchus Ant. dolo cæpit.

Artaphrenes cum. t. exili &. ph. aspirato sequẽte. r. scribitur: fuit teste Herodoto libro historiarũ septimo unus ex Ducibus darii: & primus sardium præfectus: idem cum Date apud campum marathona debellatus fuit: ut latius uidebimus in dictione marathum.

Artaxerxes cum. t. non aspirato &. x. cõsonante tam in ultima q̃ in penultima scribit̃: fuit teste Herodoto lib. historiarum sexto persarum rex filius xerxis: filii darii filii Histapis.

Arteatæ cũ. t. exili utrobiq; scribitur: fuerunt teste Herodoto libro historiaq; primo gentes pficæ ut similiter parsagadæ maramphii maspii: & alii qui in eo nomine dicuntur persæ.

Artembares cum. t. exili scribit̃: fuit uir clarus apud medos ut dixit Herodotus.

Artemisia cũ. t. exili &. i. latino utrobiq; scribit̃: fuit teste Hero. lib. histo. vii. filia Ligdamii alicarnasei: ex matre Cretica & cõiunx Mausoli regis cariæ: q̃ uiq; suũ ultra hũane affectionis fidẽ amasse scribit̃ a Gellio lib. x. q ẽt multa de illa rettulit: q̃ si qs legere cupit ibidẽ legat. Qui & in li. ii. de architectura Vitruuius iucũda q̃dã & gratissima nobis rettulit: & ultimo addit de memoratissimo sepulchro: qđ in memoriã uiri sui apud alicarnasũ struxit: adeo ut inter septẽ mũdi spectacula nũerẽt: ut in dictione mausolus uidebis. Nãq; post mortẽ mariti teste Hero. regnũ cariæ & coi tẽuit & Rhodũ mirabili arte cæpit: ut pfato loco oñdit Vitruui⁹. de eadẽ mirãda narrat Hero. & q̃liter secuta ptes xerxis cõtra græcos suo cõsilio & inuicto aio talia suadebat regi. q̃ si psuasisset firmũ græcoq; regnũ obtinuisset Sed iuidia alioq; principiũ adeo ei⁹ cõsiliũ neglectũ fuit: ut cogeret̃ rex turpiter aufugere: & exercitũ oẽm pdere.

Artemisius cũ. t. sine aspiratione &. i. latino utrobiq; scribit̃: mons est archadiæ teste Pli. li. iiii. naturalis historiæ: & ut græci putãt ab artemisia herba ibidẽ abundante: & chirone cõperta denominatus.

Arthemis cum. t. exili &. i. latino scribitur: dicitur apud nos Diana.

Artaxata cũ. t. exili utrobiq; &. x. consonãte in penultima scribit̃: declinaq; tm̃ in plurali ut cithera solema & similia: urbs ẽ teste Pli. li. vi. natu. histo. maioris armeniæ i cãpis sita iuxta araxẽ: hãc ferũt Artaxan Tigrani patrẽ Hãnibalis pœni cõsilio q ad eum de uicto antiocho cõcesserat omnibus rebus bellicq; pacis opportunã condidisse: suoq; eam nomine appellasse. Eratq; luculi tẽpore Tigranis regia.

Arteria cum. t. exili &. i. latino scribit̃: dicitur a nostris uena uitalis.

Artocrea cũ. t. &. c. exilibus scribitur: ut puto epulum erat qđ populo ex pane & carne dabat̃. Persi. in ultima satyra: Oleũ artocreasq; popello Largior: hoc ẽ oleũ ad unguendũ se dũ lauabant̃: & epulũ ex pane & carne ad comedẽdum. Nam cõponitur ab αρτος: quod ẽ panis: & κρεας quod est caro.

Artocopus cũ. c. &. t. non aspiratis scribit̃. dicit̃ a nostris pistor. Nã componit̃ ex ρατος: quod est panis: & κοπος labor: quasi is esse dicat̃: qui circa conficiendũ panẽ laborat. Sed nõnunq̃ ẽt pro illo qui quouis mõ in seruando uel destribuendo pane occupat̃: accipi posse uidet̃: ut Iuuenalis in satyra. Si te propositi: seruatorẽ panis inducit ad improbulũ dicentẽ. Salua sit artocopi reuerentia: q̃ tunc quoq; falsa esse uidebatur: qñ a nullo alio panis pro domino factus tangitur quam ab ipso.

Artoptasia absq; aliqua aspiratione & cum. i. latino scribit̃: teste Pli. lib. xviii. naturalis historiæ: tostum nã designat. Nã componitur αρτος: quod est panis: & οπτοσια: quod est tostatio.

Artochmes cum. t. exili: &. ch. aspirato sequẽte. m. scribit̃ fuit teste Herodo. lib. historiaq; septimo unus ex xerxis ducibus. qui darii filiam in uxorem duxit.

Aruisiũ cũ. i. latio utrobiq; scribit̃: pmõtoriũ ẽ insulæ chii: a quo teste Pli. li. xiiii. natu. hi. optia deducebãtur uia: uñ aruisius aruisia auisiũ deriuat̃. Vir. in daphni: Vina uñ nouũ fundũ calathis aruisia nectar.

Asæuus cũ. æ. diphthongo scribitur: fuit teste Homero lib. xi. iliados. unus ex principibus græcorum interfectus ab Hectore.

Asarus cum unico. s. scribitur. fluuius est teste Liuio libro quinto de bello macedonico: alluens heraclearn ciuitatem positam ad radices montis œtæ.

Asbeston cum. t. exili scribitur: sed ab insciis corrupte albestõ dicitur: a nostris inextinguibile. Vnde lapis ille qui igni facile accenditur: & extingui non potest: asbeston similiter uocatur.

Asbyte cum. y. græco &. t. exili scribitur: populi erant teste Herodoto libro historiarum. iiii. circa cyrenem & tiligammas remotiores amari.

Ascalon cum. c. exili scribitur: urbs fuit siryæ: unde ascalonita quis dicitur.

Ascanius cũ. c. exili &. i. latio scribit̃: fuit teste Vir. nõ solũ æneæ filius: ex Creusa regis Priami filia: sed fugæ laborũq; inq̃rendo regno ppetuus socius. Liui. uero li. i. ab urbe dubitat an Creusæ uel Lauiniæ filius fuerit. Sed poetæ cæteri oẽs & historici cũ Virg. Creusæ filiũ fuisse affirmãt. Et pluribus noibus cognominatũ asserũt. Nã ascaniũ primo ab ascanio phrygiæ fluuio dictũ putãt: de quo fluuio meminit Vir. li. geor. iii. cũ ait. Illas ducit amor trãs gargara trãsq; sonantẽ Ascaniũ: fuit ẽt dict⁹ Ilus ab Ilo filio Troi & fratre Assaraci: aut Anchisæ. Deinde Iulus a prima barbæ laniginæ: quo tpe Mezentium

singulari certamine deuicisse rettulit. Cato in li. originũ: & ob hoc dictũ Iulũ: ut testis ẽ Serui. sup primũ ænei. Nã οὖλος græce: latine lanugo dicit. Quẽ ut ait Liui. Iulũ eundẽ Iulia gẽs auctorẽ nominis sui nũcupat. Quãq; & ante id tps uocauit eũ Iulũ Vir. cũ dixit in orõnes Iouis ad uenerẽ: at puer Ascanius cui nunc cognomen Iulo Addit: Iulus erat dũ res stetit ilia regno: Quin & teste eodẽ Seruio sup iiii. Vigi. ænei. librũ Dardanius ẽt & Leondamas ad extinctoꝝ fratrũ solatiũ dictus fuit: p quod ostendere uidet. Aeneã plures ex Creusa filios suscepisse: Ideo dicebat Vir. in eo li. Dardaniusq; nepos ueneris: & subdit de Ascanio Liuius post mortẽ æneæ abũdante Lauinii multitudine florentẽ. Iam ut tũ res erãt: atq; oppulentã urbẽ matri seu nouercæ reliqt. Nouã ipse aliã sub albano mõte cõdidit: q̃ ab situ porrectæ in dorso urbis lõga Alba appellata est. Et subdit inter lauinũ & albã longã deductã coloniam triginta ferme inter fuere anni. De reliquis Virg. lib. viii. ænei. prosecutus est.

Ascalaphus cũ. c. absq; aspiratione scribitur: fuit teste Homero libro secundo iliados: Martis ex Astioche filius: quẽ & fratrẽ Ialmenũ regnasse dixit: apud aspledonã orchomenũq;: & mimones ciuitates uenisseq; ad Troiã cum triginta nauibus. Alter dicitur Ascalaphus ab Ouidio li. v. metamor. Acherõtis & Ornæ filia natus: Seruius uero sup primo georgicoꝝ dixit Stygis filium: q proserpinã prodidit grana punici mali edidisse: ob quod ad superos redire nequiuit.

Ascra cũ. c. non aspirato scribit: fuit uicus in boetia ad radices mõtis Helicõis: patria Hesiodi poetæ clarissimi: dicẽte Oui. li. iiii. de põto: intumuit uati: nec tñ ascra suo: a quo deriuat ascræuus cũ. æ. diphthõgo in penultima. Nã ea q̃ a uocalibus in. a. aut in. e. pductã exeũt noia in æus ut plurimũ p. æ. diphthõgũ scribunt: ut athenæ athenæus: thebæ thebæus: circæ circæus: ascra ascæus. Vir. li. i. geor. i. Ascræumq; cano rõana p oppida carmẽ. Oui. lib. i. de fine titulo. Viuet & ascræus dũ mustis uua tumebit:

Asculũ cũ. a. absq; diphthõgo uel aspiratiõe aliq; scribit. ubi p⁹. c. & añ. l. nos. u. intponimus cũ apd græcos dicat ασκλος: ut similit ἀλκυόνα Alcũena: ἀρα λης Hercules: ut supra uidius. oppidũ ẽ apuliæ memorandũ clade illata Pyrrho a Curio & fabritio rõanis cõsulibus: ut late oñdit Plutar. in uita Pyrrhi.

Asia cũ. i. latino scribitur: regio duplex dicitur: maior. s. & minor. Minor mediterraneo mari nostro cingitur & phrigia ac licia conclusus terminat: sic quoq; ab asia nympha filia Oceani & Tethios. ut testis est Hesiodus in theogonia & Iapethi coniuge cognominata: quæ imperiũ circa ea loca tenuit. ut dixit Varro de origine linguæ: Hero. uero li. hostoriaꝝ. iii. dixit eam Promethei uxorẽ fuisse: & subdit: At uero lidi dicunt asiam ab asio Cotyi filio denominatũ fuisse. Maior uero asia a palæstina incipit syria: ac in indiam terminatur: quæ a minori nomen ad se traxit.

Asychis penultima cũ. y. græco & ultima cũ. ch. aspirato &. i. latino scribitur: fuit teste Herodoto lib. historiarum secundo rex ægypti: qui post Micerium regnauit.

Asilas cũ. i. latino & unico. l. scribit: latinũ dicunt & ab effecto eius uolatilis. qui ut uidebimus asilus dicitur deductũ uolunt: Nam ardentis arma puellæ nomen propriũ fuit Camillæ comitis. ut Virgilius libro undecimo æneidos: Princeps turmas inducit asilas.

Asylũ cũ. y. græco & unico. l. scribit: apud nos indicat intemeratũ. Nã cõponit ex. a. qd̃ est sine. & συλαω traho: eo qd̃ locus fuit a quo neminẽ p uim trahere licebat: ubi græcũ. r. in. l. nostrũ conuersum fuit: & ut mõstrat Statius lib. xii. thebaidos apud athenienses primo a descendentibus Herculis constructum fuit: ut ait Fama est defessos acie post busta paterni. Numinis herculeos sedem fundasse nepotes.

Sic sacrasse loco commune animantibus ægris.

Confugium: & reliqua post hæc longo deinde tempore Romulus cõditurus urbẽ pastores inter quos adoleuit cõuocauit. Cumq; is numerus ad tutandam urbem parum idoneus uideretur: constituit teste Liuio primo ab urbe asilũ: quo q̃squis profici̊sceretur: ab omni noxa liberatus esset: dicẽte Ouidio libro fastorum. iii. Romulus ut saxo lucum circum dedit alto.

Quilibet huc inquit confuge tutus eris. Vnde Virgilius libro. æneidos octauo inquit.

Hinc lucum ingentem quem romulus acera silum.

Rettulit: ubi exponit Seruius. i. fecit ad imitationem athenien̊sis asili. Per hunc ergo modum ciuium numerum adauxit Romulus: uerum & nõnũq; pro ipso mere templo poni silum legimus: ut Vir. libro secundo æne. Et iam porticibus uacuis iunonis asilo. Prædam obseruabant.

Asilus cũ. i. latino & unico. l. scribitur: quidam cum duplicato. l. & nõ recte ut puto. Nã uolatile quoddã paruũ est armentis: & maxime bobus in festum: quod a uocis sono nomẽ traxisse uidet: qd̃ magis sine l. q̃ quod duplicet. l. auditur: & est latinum teste Virgilio libro georgicorum tertio qui ait.

Est locus silari circa ilicibusq; uirentem
Pluribus alburnum uolitans: cui nomen asilo
Romanum est: œstrum grai uertere uocantes. & subdit.
Asper acerba sonans: & reliqua quæ sequuntur.

Asine cum. i. latino scribitur: oppidũ est teste Plinio libro quarto naturalis historiæ: in achaia: a quo asinæus sinus cũ. æ. diphthõgo cognominatus ẽ: de quo Lucanus lib. viii. Quas asines cautes: & quas chios asseras undas: unde hanc urbem dixit Homerus in reducto admodum sinu positam esse.

Asyntheton antepenultima cũ. y. græco: penultima cũ. th. aspirato: ultima cum. t. simplici scribitur: dici potest latine incõpositum. Nã cõponitur ab a quod est sine: & συνετον cõpositum. Et tunc quoq; figura dicitur cum aliqua absq; coniunctionis absolute & simpliciter proferuntur: ut uenimus: uidi-

mus placuit:hæc eadem alio noīe dialiton dicitur:ut in ea dictione uidebimus.

Asymphonia cū.y.græco &.ph.aspirato scribīt:dici pt incōsonātia:ab a qđ ē sine συμφωνία cōsonātia.

Asius cum.i.latino scribitur:fuit Hecubæ priami regis uxoris frater:occisus ab Aiace telamonio in pḷio:ut ostendit Homerus.

Asparagus cū unico.r.scribīt:græcū ponīt a Iulio Polluce:a Festo secundo latinum dicīt: herba est sic quoq; cognominata:qa aspero uirgulto nascīt:unde:ait Martia.in ultio epigrāmatū. Mollis in æquo rea q̄ creuit spina rauēna.Nō erit incultis gratior asparagis:& Pli.in.xxi. natu.histo.inquit:In totū spina est asparagus:ea cōmode cū piscibus & carnibus lixa comeditur:ideo ait Iuuenalis in satyra.Si tep positi:Quæ fertut domino squilla:& quibus undiq; septa asparagis:& reliqua.

Asphaltus cū.ph.aspirato &.t.exili scribīt:dici pōt latine tutamē a uerbo græco ἀσφαλίζομαι:quod est tueor deductū:lacus ē Syriæ in ꝓuincia:q̄ hactenus Pentapolis dicta fuit:ideo sic cognominatū ut puto:qa nihil uiuū in eo submergīt:unde mortuū mare ab historicis noīatur:dicēte Solino cū de Iudæa tractaret mare mortuū nihil pter bitumē gignit:aial nullum hēt:nec in eo aliqd uiuū mergi pōt. Qua re tauri & cameli impune illud trāseunt:unde Iosephus li.v.captiuitatis iudaicæ. Vespasi.inquit cū iudæos uicisset:quosdā iussit natādi inscios manibus post terga ligatis in ꝓpici:q & si iacti mersiq; sint tanq̄ a uehementi spiritu ad superiora uenientes,statim repulsi euaserunt.Nec teste Iustino lib. xxxvi. natuigari potest:quum in eo protinus cuncta uita carentia submergantur.

Aspithines cum.i.latino utrobiq; &.th.aspirato scribitur:fuit teste Herodoto libro historiaq; quarto ex persis unus qui in Magum & Smerdim una cum Dario coniurarunt.

Asphodelos cū.ph:aspirato & unico.l.scribīt:herba ē de qua mentionē fecit Home.cuius caulē Theophrastus & princeps Pythagoras cubitalē:& sæpe duoq; cubitorum.ut refert Pli.libro.xxi.naturalis historiæ dixere:foliaq; habet porri siluestris:quam nostri ut ait astulam regiam uocauere.

Cayſter abſq; aliqua aſpiratione &.y.græco ſcribiſ. Fluuius ẽ Aſiæ in cilbianis iugis ort⁹:ut dixit Plini.li.v.natura.hiſto.qui multos amnes deferens:& ſtagnũ ꝓageũ:quod pyrirhites amnis expellit.Et preter aſiã paludẽ labens:ſub pionio monte Epheſum alluit.unde Virgilius libro georgico. primo ait: Iam uarias pelagi uolucres:& quæ aſia circũ Dulcibus in pratis rimantur prata cayſtri.Homerus ſimiliter libro iliados ſecundo:σμαρὰγεϊδὲτελεῖτοὠνασιῶεν λειμῶνικαὐσρίουσπὶῥέεθρα.

Calais cũ.c.exili & unico.l.ſequente.a.atq;.i.latino in ultima ſcribiſ:fuit Zeti frater & filius boreæ ex Orithya ut uidebimus in dictione Zetus.

Calamus cũ.c.exili & unico.l.ſcribitur:eſt harũdo magis minuta habens inteſ nodia longa & recta.Ex qua ſagittæ apud diuerſas gentes fiebant:quod Vir.tetigit in Damœta:cũ ait Cũ daphnidis arcũ Fregiſti & calamos.ideſt ſagittas.Nã teſte Plinio lib.decimoſexto naturalis hiſtoriæ calamis populi oriẽtis bella cõficiunt:& ſpicula illis addũt irreuocabili hamo. Et cũ fere totũ orientẽ & ſeptẽtrionẽ calamis ſupatos oſtẽderit ſubdit:ꝑcipuus hic uſus hic in creta bellatores ſuos ꝓcepitauit.Sed in hoc quoque ut in cæteris rebus uicit Italia q̃do nullus ſagittis aptior calamus quẽ i rheno bononiẽſi amne cui plurima ineſt medulla põduſq; uoluere.Et cõtra flatus quoq; ꝓuicax.Et ſubdit libris quoq; nõ eadem gr̃a.Nã ut ſupra paululũ dixerat chartis ſeruiũt calami maxie ægyptii.Iuxta cuius fniam Martialis ait i epigrãmatibꝰ.Dat chartis calamos habiles mẽphitica tellus. Texãt reliqua tecta palude tibi.Sed cõtra hũc pgere uſ Pli.cũ ait.Probatores tamẽ cinidi:& q in aſia circa auenticũ lacũ naſcunt: noſtratibus fungoſio ſubeſt natura cartilagine bibula fiſſilis:& ꝑacuta ſemp acie geniculata:cæterũ gracili tas nodiſq; diſtincta leui faſtigio tenuaſ i acumina craſſiora.Et ifra ſubdit calamus uero alius totus cõcauus eſt quẽ ſyringã uocãt utiliſſimus fiſtulis quoniã nihil ẽ rei cartilaginis atque carnis & continuo foramine peruium hæc ille de quo Virgilius in bucolico locutus uidetur cum ait. Nec calamis ſolum æquiperas:ſed uoce magiſtrum. Similiter idem Plinius libro.xii.eiuſdem uoluminis pri⁹ dixerat calamos & iuncos odoratos:in Arabia naſci Indiaq; & Syria:quibus i unguẽtis uſos fuiſſe ipſe idẽ i ſequenti libro oſtendit & a calamo calamarium proficiſcitur.qđ quidam uſurpant pro theca: calamaria in qua calami recondunt.ſed quia hoc tpe plæriq; pẽna ſcribitur:poteſt etiam dici penarium.

Calendæ cũ.c.exili & unico.l.ſcribitur nec illorũ addmittẽda ẽ cõſuetudo uel ratio quæ per.k.græcã litteram dictionem illam uel aliam quanuis ſcribendam contendunt:ut ſupra oſtendimus.Et dicuntur calendæ a βρυω quod apud nos eſt uoco:quia ſolebat Romæ minor pontifex noua conſpecta luna plæbem uocare:ut audiret quot dies a calendis ad nonas ſupeſſent. Hinc teſte Macrob. libro ſaturnaliũ primo. Et ipſi curiæ ad quam uocabantur calabre nomen datum eſt:& claſſi q; omnis in eam populus uocaretur. Qua de re teſte Gellio libro ſeptimo noctium atticarũ claſſici dicebãtur priæ tantũ claſſis homines qui centum & uigintiquinque milia æris ampliuſue cenſi cenſu erant. Infra claſſem ãt appellabant ſecundæ claſſis cæterarũq; omniũ claſſiũ:qui minore ſumma æris:q̃ ſupra dixi cenſebãtur. Vnde & claſſicum deductum dicit quod teſte Seruio ſuper ſeptimo æneidos & tubam ipſã & ſonũ indicat. Virgi.Claſſica iamq; ſonant:quæ ſane flexibilis tuba eſt:ut uidebimus in dictione claſſica. Alii uero dictam uolunt claſſem a cale:hoc eſt a fuſte.quia nauis quæ aliquando claſſis dicebatur:de fuſtibus fiebat.Nam de cala inquit Lucilius. Scinde calam ut caleas ideſt o puer frange fuſtẽ: & fac fo

cũ. De classe inqt Horatius: Me uel extremos numidarũ in agros Classe releget cũ de una loqueretur naui Et Vir. lib. æneidos sexto Lyciæ ductorẽ classis Horontẽ: ubi ait Seruius apertum exemplũ classem ẽt dici unã nauẽ & hoc quia unius solius nauis Horontes ductor fuit. erãtq; calẽdæ Iunoni sacræ dicente Ouí. lib. fastorũ primo: Vendicat ausonias Iunonis cura calendas & ide calatores cum unico .l. &. t. nõ aspirato dicti sunt serui: qui semper uocari possent obnecessitatẽ seruitutis: ut testis est festus Quin & cõciliũ a cõcalando: id est conuocando dictũ quidã putãt, pcalare similiter, puocare dr ipo festo teste. Et eodẽ mõ calũniam: & ealones ex illo dicta uoluit. Sane teste Paulo iurisconsulto de uerborũ significatione ante diẽ decimũ calẽdarũ: & nõ post diẽ decimũ calendarũ atq; utroq; sermone undecimus dies significat. Similiter Petronio grãmatico teste intra calẽdas id fieri dr: qd nõ ante calendas: idest eo ipso die: quo ealẽdæ sunt agebat. At Gellius circa finẽ libri duodecimi noctiũ atticarum post longã rei huius disputationẽ tãdẽ cõcludit: & ante calẽdas & in ipsis calẽdis iure fieri posse.

Calathus cum .c. exili & unico .l. atq;. th. aspirato scribit: dicitur a quibusdã ex nostris qualus & diminutiuum quasillus. Ab aliquibus fiscella: iuxta quas significationes ait Virgi. in alexi: Tibi lilia plenis. Ecce ferunt nymphæ calathis. Aliquando uero & pro calicibus ad sacrificium aptis posuit idem cum ait in Daphnide. Vina nouum fundam calathis aruisia nectar.

Calabrya cũ .c. exili & unico .l. atq;. y. græco scribitur: pars est italiæ post lucaniã a græcis sic cognomiata: quia bonis oibus scatet. Nã cõponit ex καλα quod dicit bona & βρυω: quod est scaturio. Et idẽ hic calaber & hæc calabra & hoc calabrum deriuatur. Ouidi. libro tertio de arte.

Ennius emeruit calabrys in montibus hortos
Contiguos pene Scipio magne tibi.

Calchas prima cum .c. exili sequens cum ch. aspirato scribitur fuit Testoris troiani filius: ut testis est Ditis augur maximus qui cũ circa initia belli a troianis ad Apollinẽ delphicũ cũ muneribus mittertur: & responsum habuerit: ut dimissis troianis græcorum sequeret fœlicitatẽ ab illis gratissime recæptus est. cuius sane interitum in dictione grinæum nemus uidebimus.

Calydne cum .c. exili & unico .l. atq;. y. græco scribitur: insulæ sunt quædã paruæ ex cicladibus de quibus Homerus li. ii. iliados meminit.

Calisto cũ .c. &. t. exilibus & unico .l. atq;. i. latino scribitur: fuit Licaonis arcadiæ regis filia: ut dixit Hesiodus: quæ post pulsum patrẽ a regno: Dianã secuta est. Sed ut narrat Ouí. lib. metamor. secundo cũ Iuppiter illam conspiceret: & amaret: accepta Dianæ forma ad illa perrexit: quã compressit & grauidauit. Ex qua ortus est archas: a quo arcadia ꝓuincia cognominata ẽ. Sed a Iunone crinibus cõprehẽsa: & in diuersũ distracta: in usurã cõuertit: quã cũ filius Arcas uenator effectus: ipse conspicientẽ matrẽ ursam ac fixe intuentẽ forte compissset: rei insciꝰ sagitta illã impetere satagebat. Quibus Iuppiter miseratus: ambos in cælũ traxit: & iuxta borealem poulm locauit. Quod Iuno ægreferens. Tethim Oceani uxorẽ suamq; nutricẽ adiens ab illa ipetrauit: ne Calistonẽ in oceono lauare pmitteret. Quare cũ cætera signa occidãt: & in oceano se lauare dicãtur: solũ ursæ signũ nunq; occidit dicẽte Virgi. lib. georgi. primo: arctos oceani metuẽtes æquore tingi. Sed cũ in terris ursa eẽt: & Mænatũ Erymanthum Arcadiæ montes incoleret. Mænalis ipsa & Erymãtis a poetis dicitur. Ouidi. lib. v. de tristibus:

Quæ nunc suppositum stellis erymanthidos ursæ
Iuncta tenet crudis sarmatis ora getis.

Et prius libro quarto dixerat: Cumq; suo borea mænalis ursa uidet. Verum hæc ipsa ex græcis nonnulli in Nonacri Arcadiæ monte gesta narrarunt.

Calipolis cum .c. exili non geminato .l. atq;. i. latino utrobiq; scribit: urbs est Thraciæ in extremo Hellesponti a. C. Calicula cognominata: a quo nomen assumpsit: hoc est Caliculæ polis ideꝰ est ciuitas. Calicula uero a caligis: quas margaritis referras primus portauit: nomen assumpsisse dicitur.

Calinus cum .c. exili & unico .l. atq;. i. latino scribitur fuit statuarius: de quo Quintilianus meminit.

Calon cum .c. exili & unico .l. scribitur. fuit teste Quintiliano uir statuarius.

Calydonia cum .c. exili & unico .l. atq;. y. græco in secũda scribitur: ciuitas fuit Aetoliæ: & regia Oenei patris Meleagri: a quo locus circonstans eodem nomine cognominatus fuit & penultima corripit.

Calypso cum .c. exili & unico .l. atq;. y. græco scribitur: fuit teste Hesio. in theogonia nympha Oceãi & Thetyos filia. Homerus uero siue eãdẽ: siue aliam dixit li. vii. odysseæ fuisse Atlantis filiam cũ ait: ενα τλαντὸς θυγάτηρ δολοεσσα καλυψώ. Hæc insulam de suo nomine cognominatam tenuit in ionico mari sitã ꝓpinq; lacinio ꝓmõtorio: ut sentire uideꝰ Pli. li. iii. naturalis historiæ. Alii uero dicũt in mari aphrico ferre ex oppõsito ad maiores syrtes: quam prius dictum Orgyam a rege: qui in illa regnauerat ferunt. Et in hoc cum plinio forte conueniũt. quia mare aphricum ionio est conterminum Ad hãc ut dixit Home. Vlyxes cum descessisset a circe. naufragus peruenit. Et quia alter fuit alterius amore detẽtus septẽ annos cũ illa morã traxit. A qua magna eũ difficultate discedere ualuit dicente Ouí. li. secũdo de arte. Nõ formosus erat: sed erat facũdus ulyxes. Et tñ æquoreas torsit amore deas.

Calix cũ .c. exili & unico .l. atq;. i. latino scribitur: græce uero dicit κυλιξ genus est poculi de quo ait macro. li. saturna. una lra cõmutata: uidelicet. v. græcũ in. a. dicit apud nostros calix.

Calyx cũ .y. græco i ultia: folliculũ ẽ quo fructus arbor; cõpit deductũ a κολιπτω qd ẽ coopio.

Callicratidas absque ulla aspiratione & duplicato .l. atq;. l. latino scribit nomẽ ẽ uiri ꝓpriũ.

Callimachus prima cũ .c. exili sequẽte duplicao .l. &. i. latino atq;. ch. aspirato in ultima scribit fuit no-

men plurimum ſed præcipuus fuit teſte Solino poeta cyrenenſis: Alter fuit hiſtoricus ægyptius: de quo uidimus in dictione Oſiris.

Calliope cũ.c.exili & dnplicato.l.atq;.i.latino ſcribit̃:fuit una nouẽ muſarũ:& aliis excellẽtior. ut dixit Heſiodus.Cuius cauſam ac illius interpretationẽ uidebimus in dictione muſæ.Et dicitur nõnuq̃ calliopea:ut Ouidi.li.faſtorũ.v.Prima ſui cœpit calliopea chori:cuius rõ eſt quia apd̃ illos καλλιοπη cũ .η.in fine:& καλλιοπει.cũ ei diphthongo in penultima:hoc eſt ſubſequente.a.ſcribitur:quã diphthõgo ſemper ut ſupra uidimus in.e.uel in.i. productas transferimus.

Calliſtratus abſq; aliqua aſpiratiõe & duplici.l.atq;.i.latino ſcribitur:nomẽ fuit uiri proprium.

Calliſthenes cũ.c.exili & duplicato.l.atq;.i.latino &.th.aſpirato ſcribit̃:fuit Ariſtotelis diſcipulus & neceſſitudine quadã ex materna ſtirpe coniunctus excellentiſſima diſciplina iuuenis:hic Alexãdro magnũ ab Ariſtotele miſſus.Cũ in Aſiã illũ ſequeret̃:quaſi Hermolai cõiuratiõis auctor ab Alexandro iterfectus ẽ.Atq cõſtat falſo obiectũ illi cõiuratiõis crimẽ de quo late habet̃ in luſtino li.xv.ſui epitomatis.

Calliſphyrus cũ.c.exili & duplici.l.ſequente.i.latino:& cũ.y.græco in penultima ſcribit̃ fuit teſte Heſiodo in theogonia pater alcini.

Callippidæ cum duplicato.l.atq; duplicato.p.&.i.latino utrobiq; ſcribittur: populi ſuut ſcythiæ hiſpanũ fluuium incolentes:ut teſtatur Herodotus.

Calliroe cũ.c.exili & duplicato.l.atq;.i.latino ſcribit̃:fuit achiloi filia & uxor alcmai filii amphiarei ex Eriphyle cõiuge:q ſane alcmaius in uindictã pris matrem occidit:ut uidebimus in dictione Eriphyle coniuge.Quo ſcelere uti Oreſtes furore correptus.ab amphiloco fratre in ultionem matris obtruncat9ẽ.Sed Callirote alcmani uxor louẽ toto corde precata ẽ ut filios ſuos impuberes:q̃ primũ creſcẽ fineret:& ifantibus adderet annos:ne necem ſinant ſui genitoris multã.Iuppiter his ãnuit.Nã cũ premũ iuuenes effecti ſũt:amphilochũ patruũ iterfecere:de quo Ouidi.viii.in:metamor.ptractauit.

Calœnũ cũ.c.exili & unico.l.atq;.œ.diphthongo ſcribitur urbs fuit cãpaniæ.xiiii.miliũ paſſnũ diſtans a capua:in cuius agro uinũ optimũ naſcit̃:a quo ciuitas ipſa nomen aſſumpſit.Nã cõponit̃ ex καλὸσ quod eſt bonum.& οινὸν uinum unde ait Iuuena.in prima ſatyra.Occurrit matrona potens quæ mole callœnũ.ideſt dulce uinum porrectura uiro miſcet ſitiente rubetã.De qua matrõa ſi quis plene edoceri cupit legat Liuiũ octauo ab ũrbe:& uidebit quẽadmodũ inſtituitq; rudes melior locuſta propinquas per famam & populum nigros effere maritos.i.mortuos uel ut alii dicunt nigros.i.malos: quos ipſa interficiebat:ſicut per oppoſitum candidus dicitur pulcher & mitis.Virgilius in Daphni.Candidus inſuetum miratur limen olympi.ſ. Daphnis: quem pulchrum bonum & mitem eſſe demonſtrat idem in corydone Tibi candida nais.i.pulchra Rubetã uero dixit Plinius libro.viii.naturalis hiſtoriæ ranam eſſe quæ in terra & in humore uiuit.& plurimis referre medicaminibus.Et ſubdit illam deponere aſſidue ac reſumere paſtu uenena ut ſibi tm̃ reſeruet.

Chalcis prima cum.ch.aſpirato & ultima cum.c.exili atq;.i.latino ſcribitur:urbs eſt metropolitana in euboia inſula:ut teſtatur Liuius libro octauo de ſecudo bello punico.Et eſt iuxta euripũ:ut dixit ptolemæus in geographia:unde calcidius dicitur.

Chalcidius pria cũ.h.aſpirato ſequens cũ.c.exili &.i.latino utrobiq; ſcribitur nomen ẽ gentile:& philoſophi propriũ:q inumerabiles libros ſcripſit atq; eodem modo ſcribitur chalcius.

Chalcedonia pria cũ.ch.aſpirato ſecũda cũ.c.exili & penultima cum.i.latino ſcribitur:urbs fuit i aſia iuxta boſphorum thracium ex oppoſito ad byzantium.

Chalazias cũ.ch.aſpirato & unico.l.atq;.z.conſonante ſequente.i.latio ſcribitur:lapis teſte Pli.li.ultimo natu.hiſto.grano grandinis ſimilis:dictus a χαλαζω uerbo quod eſt grandino.

Chaldæa prima cũ.ch.aſpirato:& penultima cum.æ.diphthongo ſcribitur:regio eſt aſiæ arabiæ contermina longe plana:& fontium indiga:in qua babylon ciuitas magna fuit.

Caleſtra cum.ch.aſpirato.& unico.l.atq;.t.exili ſcribitur.urbs fuit littoralis Thæſſaliæ:iuxta quã axius fluuius in mare ægeum deſcendit ut dixit Herodo.li.hiſtoriarum.vii.

Chalybs cũ.ch.aſpirato.& unico.l.ſequente.y.græcũ añ.bs.ſcribit̃ fluui9ẽ i hiſpaniæ iuxta quẽ populi ihabitãt dicti calybes ut dixit luſtinus lib.xliii.apud nos ſunt mineræ ferri optimi quas nudi illi laborantes effodiunt:qd̃ Vir.lib.geor.i.terigiſſe uidet̃ cũ ait India mittit ebur:molles ſua rura ſabæi At chalybes nudi ferrum ſimiliter & alii eodem noie cognominati ſunt populi iuxta paphlagoniam in ponto:& mazonibus cõterminii:ut oñdit Orpheus in argonautica. Et capit̃ plerũq; chalybs pro ipſa ferri maſſa:ut Oui.libro faſtorum.iiii. Aes erat in precio chalybis iam maſſa placebat: Heu heu propetuo debuit illa tegi.Nonnunq̃ uero & pro inſtrumento capit̃ ex chalybe confecto:ut Virgi. Vulnificus q; chalys:Et Lucanus lib.vi.Primum chalibẽ:frenoſq; momordit.

Cambyſes cũ.y.græco ſcribit̃:fuit ex perſia:quẽ teſte luſtino li.i.neq; paterna neq; materna claritas potuit magnũ facere:Cui Aſtyages rex medor9 nõ ſine diuino myſterio filiã Mandanẽ matrimonio copulauit:ex quibus natus ẽ Cyrus q rex Perſarum effectus Cambyſem filium heredẽ in regno habuit

Camæleõ prima cũ.c.exili ſecundã cũ.æ.diphthongo & penultima cum unico.l.&.e.abſq; diphthõgo ſcribit̃:ẽ quadrupes a camælea herba:cui aſſimilari dicit̃ cognomiatus:quod Pli.li.viii:naturalis hiſtoriæ deſcribens & Solinus Similiter dicũt eſſe facit quaſi lacerte:habẽs crura recta:& longa caudam in uertigine troſã:Armatos ungues:inceſſus tardos uelut teſtudinis corpus aſperũ cũ ſquamoſa cute.

color est uarius:& in momento mutabilis:adeo quod cuicunq; rei hæserit colorẽ tribuat:præter rubrũ & candidum: de quo Oui.lib.metamorphoseos:undecimo:Id quoq; quod uẽtis animal nutrit & aurã Protinus assimilat tetigit quoscunq; colores.

Chamæcyssos prima cũ.ch.aspirato:sequẽs cũ.æ.diphthongo:penultima uero cũ.c.exili: &.y. græco cõseqnte duplicato.s.scribit:genus ẽ hederæ teste Pli.li.xvi.naturalis historiæ:q nunq̃ nisi humi repit Nam dictio est composita ex χαμαι:quod infimum uel humum:& κυοσσ hedera.

Camelus cũ.c.simplici:&.e.sine diphthongo atq; unico.l.scribit.ẽ animal quadrupes turpe aspectu habens caudã asininã:pedes carnosos & molles:atq; in geminas partes fissos: licet posteriores sint parũ scissi caretq; dẽtibus in supiori mãdibula:ut descripsit Aristoteles lib.de animalibus.ii.Et ut refert Solinus bactriani camelos fortissimos mittunt:licet arabia plures gignat. Sed hoc ut ait differũt q; arabici bina tubera i dorso habẽt Singula bactriani. Veq; binis tuberibus camelũ:cũ a tõgis tpibus Italiã nõ uidisset:anno ab dominica icarnatiõe milesimoquadragẽtesimoquadragesimoquarto mense octobris uidit:qui a Iuliano Cæsarino cardinali sancti angeli uiro i toto orbe clarissimo ad Eugeniũ quartum pontificẽ maximũ & turcoq; spoliis missus in domũ meã hic Bononiæ declinauit:ubi ab ipso cardinali p theologiæ studiis relictus fuerã.Et ut deinde eũ põtifex dono dedit.Lodouico patauino cardinali Aquiliensi:& ipsius pontificis quæstori:siue ut iam dicimus camerario.Cui etiam ob singulare ingenium summam pontificatus credidisse fert.Sane a camelo camelasia deducit.de quo Martianus iurisconsultus de muneribus & honoribus camelasia inquit personale munus est. Nã rõne habita & alimẽtoq; & camelorq; certa pecunia camelariis dari debet:ut solo corporis ministerio obligentur.

Camera cũ.c.exili & unico.m.scribitur:dicitur a nostris testudo seu fornix.Et inde camurus curuatus Virgilius lib.geor.iii.Camurus hircæ sub cornibus aures.

Camilla cũ.c.exili &.i.latino atq; duplici.l.scribit fuit filia Metabi regis ciuitatis uolscorq; dicẽte Virg. libro ænei.septimo. Volsca de gente camilla fuitq; tantæ probitatis.ut in laudes eius Virgi. longa de scriptione septimũ ænei.librũ terminauerit. Verũ cũ teste Statio Tulliano de uocabulis rerũ libro.i. Tusci uocabulo Camilli præministrũ deorũ significent:unde Mercuriũ Camillũ dicũt factũ est teste macrobio: ut Virgi.Metabũ induxisset appellasse filiã camillã:quasi Dianæ ministram.Idem Pacuuius cũ de Medea loqueret:cælitũ inquit camilla expectata uenis salue hospita.Idem Seruius sup.xi. ænei.late dixit:ubi retulit Virgiliũ poeticæ dixisse camillã uolscã a matre fuisse noiatam. Romani ẽt teste eodẽ Macrobio pueros puellasq; nobiles & in uestes camillos & camillas appellant.

Caminus cũ.c.exili &.i.latinũ scribit: græcũ est & latine dicit fornax.Vir.li.æne.iii. Ruptis flãmãexpirare caminis & Horatius Oleũ adde camino: Apud nõnullos uero est strictura:quæ fũmum excipit & cũ apud græcos sit generis fœminini:apud nostros mutauit genus:& est masculini.

Camiros cũ.c.exili & i.latino scribitur:urbs fuit in regione dorica:ut ostendit Herodotus li.historiarũ .i. Alia fuit in Rhodo:ut dixit Home.li.iliados.ii.

Cancasmos prima cũ.c.exili & sequens cum.ch.aspirato scribitur dicit risus solutus: & καγχαζομαι quod est diffuse rideo deriuatur.unde cachinnus ut in ea dictione uidimus.

Candaules cũ.c.exili & au.diphthongo ante unicum.l.scribitur: fuit Myrsi filius & sardiũ cyrannus: quem teste Herodoto græci Myrsilium uocant:

Canistrum absq; aliqua aspiratione & cũ.i.latino scribitur:apud græcos uero loco.i.ponitur.a. & dicit canastrum.quod nos ni.i.conuertim⁹.

Cantharus cũ.c.exili &.th.aspirato scribitur suas erat aptum ad bacchi sacra:qd̃ habuisse ansam ostẽdit Virgi.in Sileno cum ait:Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.Sunt ẽt canthari teste Vulpiano de legatis primo per quos aquæ saliunt.

Cantharida cũ.c.exili &.th.aspirato scribit:græce tñ dicit cãtharis genus est uermis terrei:q̃ ut q̃dam ferunt humano corpore statim ut fuerit applicitur sui adustione uilicas efficit plenas hnmore.

Canobus cum.c.exili & unico.n.atq;.b.consonante scribitur:fuit gubernator nauis Menelai:quo tpe Menelaus ipse ad ægyptũ prexit:ubi ille mortuus:& in quadam nili insula sepultus : loco nomen dedit in qua eiusdẽ nois Alexãder urbẽ cõdidit. Sed ut ait Seruius sup.xi.ænei.canobus cũ.b. scribebat nunc mutata littera canopus cũ.p.scribit quod prius notauerat Quintilianus in.i. institutionum a cicerone dictum canopicarum exercitum cum.p.& non.b.scriptum.

Canopus cũ.c.exili &.p.cõsonante scribit:ẽ nili insula ut in pcedenti dictiõe uidimus & ciuitas in eadẽ insula quã teste Seruio sup.iii.geor. Alexander istar ciuitatis suæ macedoniæ:q̃ pella dicebat cõdidit: Vnde eodẽ lib.dixit Vir.Nã qua pellei gens fortunata canopi Accolit effuso stagnantẽ flumine nili Et Iuue.in.i.satyra:Cum pars niliace plæbis cum uerna canopi crispinus.

Canon cum.c.exili scribitur:dicitur a nostris regula:& inde canonicus.i regularis.

Chaonia cũ.ch.aspirato &.i.latino scribitur proprie pars est alpestris epiri:qñq; uero & pro tota epiro sumitur ut in ea dictione uidebimus.

Chaos cũ.ch.aspirato scribit:fuit teste Hesiodo in theogonia cõfusa quæhã ab initio unitas: quã principium esse dixit pductionis oium rerũ:unde Oui. Vnus erat toto naturæ uultus in orbe: Quã dixere chaos:Ex quo inchoare deductum putauit Festus.

Capaneus cum.c.exili &.eu.diphthongo in fine scribit:fuit Statio teste libro.iii.thebaidos:unus ex se

ptem regibus:qui Thebas obsederunt:superbus quoq; & deorum cõtemptor:qui non contemptu uicisse homies medijs capaneus auditur in astris.de quo Vegecius li.iiii.de re militari dixit. Qui scalis in obsidione urbium utuntur frequenter periculũ sustinent exemplo Capanei.a quo primum scalarum oppugnatio perhibetur inuenta:qui tanta mole lapidum fuit obrutus a Thebanis q̃ fluminibus dicatur extinctus.Inde ait Ouidius libro de tristibus.

Cum cecidit capaneus subito temerarius ictu.

Caphareus cũ.c.exili &.ph.aspirato atq;.eu.diphthongo in fine scribit mõs est altissimus Euboiæ insulæ ad Hellespontũ prospectans:dicente Seneca i Hercu.œtheo.Euboica tellus uertice imenso tumens.Pulsatur oĩ parte phryxeũ mare Scindit caphareus:Et subdit paulo post:Hic rupe celsa nulla q̃ nubes ferit Annosa fulgent tẽpla cenei Iouis. Ad cuius radices:uel ira Mineruæ:ut poetæ fingunt uel fraude Naupli regnantis in Euboia:& cupientis ulcisci mortẽ Palamedis filii:argiuoq; classis post troianũ excidiũ duris casibus agitata fuit.Nã nocte laborantibus tempestate græcis facẽ super caphareo monte succendit:qua illi portũ proximũ existimantes:in asperimos scopulos delati:naufragium multi dedere:dicente Seneca in Medea.Igne fallaci nocturnus agri Nauplus:& reliqua unde Virgi.libro. ænei.xi.ait Scit triste Mineruæ Sidus & euboicæ cautes.ultroq; caphareus:quasi Nauplũ nomine mõtis cognominet similiter Ouidius lib.ii.de ponto.Nõ tibi casandrus pater ẽ duruisue caphareus.

Cappadocia cũ.c.exili utrobiq; & duplicato.p.atq;.i.latino scribitur:regio ẽ cõrermina maiori armeniæ:quam ab ea euphrates diuungit:ut testis est Solinus.Et ab ea eiusdẽ nominis fluuio cognominata est:ut testat Pli.li.vi.natu.histo.Ego enim in ptolemæi geographia prospexi minorẽ illã esse armeniam.Et in appiano clarissimo historico græco legi eã partẽ esse minoris armeniæ.

Capys cũ.c.exili &.y.græco scribitur:& in genitiuo huius capys declinat:fuit troiani nomẽ: de quo sæpe Virgilius meminit.At capis cum.i.latino lingua tusca teste Seruio in decimo æneidos falconem indicabat.

Capua cũ.c.exili & uncico.p.scribit:urbs ẽ cãpaniæ a capyæ troião cognomiata:cõuersione.y.græci i .u.nostrum:& additione.a.litteræ in fine dicẽte Virgilio libr.decimo æneidos.Et capys hinc nomen campanæ dicit urbi.Quare colonos dardanos illã habere dixit Lucanus in secundo cum ait. Interea trepido descendens agmine magnus.Mœnia dardani tenuit capuana coloni.Liuius uero li.iiii.ab urbe uult eam a locis campestribꝰ dictã.in quibus sit ẽ:& in eodem libro ait uulturnũ hetruscorũ urbem quæ nunc capua est cæpere samnites.Vnde teste Seruio constat eam a tuscis conditam uiso falconis augurio:qui tusca lingua capis dicitur.& subdit: Tuscos autem omnem pene Italiam subiugasse manifestum est.

Carambi cum.c.exili &.i.latino in fine scribitur:mons est paphlagoniæ in Asia:qui teste Plinio libro iiii. naturalis historiæ per mediũ euxinũ percurrit:centum septuaginta milium passuum interuallo quæ maximæ ratio scythici arcus formam efficit.

Character prima cũ.ch. aspirato:& ultima cũ.t.exilibus scribitur:dici potest a nobis notamen: uel lineamentum:aut littera.Vnde litteræ characteres sæpissime cognominãtur.

Characterismos prima cũ.ch.aspirato aliæ sine aspiratione & cũ.i.lattino scribit.dici pt latie designatio:ut Iuue.in saty.Crispini.Et caluo seruiret Roma Neroni.i.Domitiano.Nã per caluicem & mores similes neroni Domitianus ipse describitur:ut uidebimus in dictione prologus.

Charandæi prima cum.ch.aspirato & penultima cũ.æ.diphthongo scribitur:populi sunt iuxta pontũ ut dixit Orpheus in argonautica.

Charaxes cũ.ch.aspirato &.x.cõsonante in penultima scribitur:fuit teste Herodoto li. historiæ secundo mithylenæus patria:& frater Sapus:q captus amore Rhodopis fœmiæ ex thracia miræ pulchritudinis:& meretricis famosæ.maxima pecunia illam redemit:quæ cũ Aesopo captiua fuerat:ut late idẽ auctor enarrauit.Quare de illo dicebat Sappho soror i epistola ad Phaonem: Arsit iops frater uictus meretricis amoꝝ.Multaq; cũ multo dãna pudoꝝ tulit.& subdit.Gaudet & e'nostro surgit mœrore charaxes.Frater & ante oculos itq; reditq; meos.

Cardamũ cũ.c.exili scribitur:herba est suauis odoris:quæ a nõnullis græcis cardamns uocitatur.

Cardamyla cũ.c.exili &.y.græco atq; unico.l.scribit:fuit urbs in argo propinqua pylo: & sub domino Agamẽnonis:ut testatur Homerus libro.ix.iliados.Hanc non multum a Lacedæmonia distare ostendit Ptolemæus in geographia.

Caresius cũ.c.exili &.i.latio scribit fuit teste Homero circa initiũ libri.xii.iliados: Troianus fluuius.

Caria cũ.c.exili &.i.latino scribit:regio est in minori asia inter lyciam & Ioniam:a cara rege cognominata:qui auguria ex auibus primus comperit:ut dixit Plinius libro septimo naturalis historiæ. Vnde populi cares dicuntur.

Charybdis patria cũ.ch.aspirato penultia cũ.y.græco ante.b.ultima cũ.i.latino scribitur.locus est periculosus ualde iter calabryã & siciliam.Nã a septẽtrione in astrum & e cõtrario fit fluctuum concursus:& intercæptorum quorũcunq; collisio.atq; absorbitio.Namq; teste Ouidio lib.secundo de remediis. Vt uomit epotas sæua charybdis aquas.Et Seneca i thyeste.Quod rapax hausit remouit charybdis similia Virgilius li.iii.æneidos:prius dixerat Et ut græci quidam ferunt.fuit Carybdis uetula uoracissima:q̃ quia boues Herculis furata fuerat:ab illo i id mare ꝓiecta loco nomẽ dedit: q̃ sane nunc

etiam antiquas exercet rapinas. Et deberet declinari huius charybdis: qđ nos minime seruamus: sed i genitiuo huius charybdis ut in nominatiuo declinamus ne alterna. d. in utraq; syllaba continua: ut dixit Priscianus in quarto male sonet: quod etiam græci euitare solent. Nam dicũt χαρυβδεως: & nõ χαρυβδιδος: ut exigeret regula.

Caryca cũ. c. exili utrobiq; &. y. græco scribitur: genus est ficuũ teste iulio polluce a loco sic dictarum. Apud nos uero cõmuniter pro ficca ficu accipitur: at carex caricis genus est fructicis acuti Virgil. in georgi. iii. frondibus hirsutis & carice pastus acuta.

Carcinitus absq; aliqua aspiratione & cum. i. latino utrobique scribitur: fuit teste Herodoto libro historiarum. iiii. urbs egregia scythiæ.

Carcinos cũ. c. exili utrobiq; &. i. latino scribit̃ apud nos dicit̃ cancer: quo tamẽ uocabulo Lucanus utitur in nono cum ait. Par geminis chiron: & idẽ quod carcinos ardens: ubi penultima corripit̃.

Cardiacus cũ. c. exili utrobiq; &. i. latino scribit̃ dr̃ ille q molestiã patit̃ cordis. Nã a καρδια deducitur quod apud nostros cor dicitur. Ideo ait Iuuenalis. Cardiaco nunq̃ cyathum missurus amico. Et a cardia dictũ cardinẽ quidam putãt: super quo ualuæ hostii deuoluuntur.

Carystos absq; aliqua aspiratiõe & cũ. y. græco scribit̃ insula est una & ex cycladibus in euboico mari sita imo ut quidã ferũt: cũ euboia cõiuncta quã uarii marmoris feracẽ dicunt: ut Seneca in troade Anferax uarii lapidis & Lucanus in. v. loquens de euboia insula inquit. Qua maris angustat fauces saxoxa carystos in hac teste Solino titani regnauerunt. Et inde carysteus: ut Ouidius lib. fasto. iiii. Quaq; caristeis frangitur unda uadis: & ut quidam ferunt: est etiã urbs in euboia.

Charitas si pro amore & dilectiõe sumit̃: semper prima cũ. ch. aspirato secundum rectã orthographiã scribi uidetur: penultima uero cũ. i. latino & ultima cũ. t. simplici scribitur. Nam a χαρισ quod est grã & amor prorsus descendit: Vnde charitas amoris est species: & cũ amor ad omnia spectet: charitas ad homines solũ: & quidẽ pro dignitate & qualitate personarũ. Nam maxima charitas debetur parentibus proxima filiis: & deinceps reliquis at uero caritas absq; aspirarione latinũ est: & a careo uerbo descẽdit significatq; inopiã: ut Liuius libro secũdo ab urbe: Obsidio inquit erat nihilominus: & frumenti cum sũma caritate: & libro secundo ait: caritas primum erat annonæ ex incultis per secessionẽ plæbis agris: unde & cariis in ea significatione absq; aspiratione scribitur. Quod & si gratum & amore deuictum indicet: cum aspiratione rationabiliter scribendum puto: Nec sum ignarus prædictorum quoque ab antiquis nostris absque aliqua aspiratione scribi consueuisse: ut in scriptionibus marmoreis quottidie aspicimus. Sed ut puto magis ex dictionum similitudine: q̃ ex aliqua ratione factum fuit. Cum unum a reliquo prorsus deduci nõ possit: imo & in cõtraria penitus significatione eius uidentur. Nam caritas pro inopia priuationem & indigentiam indicat: pro amore uero cum ponitur habitum & adeptionem qualitatis comprehendit: quare rationabilius ea ut diximus differenter scribi posse putamus: nẽ unum pro reliquo accipi uelit. unde & si a nonnullis dictionibus quæ apud græcos aspirant̃ nos aspirationẽ subtrahimus ut ab Aemilio quod apud illos aspirat̃: nos aspirationem abiecimus: & sine aspiratiõe in antiquis marmoribus semp scriptum aspicimus hoc tamen nullã cõfusionem inducere potuit: cum tam aspiratũ q̃ nõ aspiratũ pro eodem ab omnibus cõpræhẽdi necesse sit. At ea quæ diximus disconuenientissimam significationem habere uidet̃: & nisi differentia aliqua efferantur: confusionẽ significati magisq̃ significatum exprimunt. Vnde & similiter nos cætere: ut in ea dictiõe uidebimus sine aspiratione scribimus: quia sic quoq; ciuitatis nomen esse Romani putauerũt & ut deinde ab aspirata dictiõe differret: quæ salutationẽ indicat: priorẽ scripturã seruauerũt ex quo sane nõ cõfusio: sed necessaria quodãmõ distinctio iter ciuitatẽ & salutationẽ exprimit̃: & cõseruat̃.

Charites cum. ch. aspirato &. i. latino atq;. t. simplici absq; dubitatione a nobis etiam scribit̃: & dici possunt gratiæ. Quas Orpheus in hymnis: & pindarus in odis tres esse dixerunt: Aglæam: Thaliã & Euphrosinã: unde ait Orpheus: αγαλλιτεθα λειακαιε υφροσυνηπολυδολβε: quas Iouis filias ex Eunomia ille idem esse dixit. Pindarus uero matrem subticens: solũ dixit θεωγκρατιζουπαιδεσ hoc est maximi dei filias. eas insuper dixit in cælo iuxta Apollinis tronum degere patreq; totius olympi: idest iouem perpetuo collaudare. Et subdunt poetæ alii illas se in Acidalio fonte lauare: qui est in orchomeno boetiæ ciuitate: a quo nudas quia sine fuco esse debent: & simul connexas incedere uolunt quia insolubiles esse gratias decet. Sed unam auersam incedere. Aliæ duæ nos respicere dicuntur: quia profecta a nobis gratia duplex reuerti solet. Vnde ferũt alii illam duab⁹ aureum porrigere pomum & illas recta facie beneficam conspicientes mumera reddere duplicata: dicente Virgilio libro æneidos. i.

Nec metus officio: nec te certasse priorem.

Pœniteat. & insuper addunt illas hominibus largiri decorem. Quod Atimetus in clarissimo epithaphio suæ coniugis Homonoeæ tetigit cũ ait: Cui forma paphiæ charites tribuere decorem. Nãq; illas pedissequas Veneris esse uolunt quasi uenus & pulchritudo gratiam porrigant. Quod Virgilius tetigisse uidetur: cum ait libro æneidos. v.

Gratior & pulchro uentens in corpore uirtus.

Nãq; illas dixit Homerus li. iliad. v. elaborasse Veneri Ambrosium peplum.

Charientismos cũ. ch. aspirato &. i. latino utrobiq; atq;. t. exili scribit̃: dici põt a nostris gratificatio. Nã χαριεν: quod est gratiosum deriuatur. Et est figura cum dura dictu gratius siue mitius proferuntur

Criariophilon cum.ch.&.ph.aſpiratis &.i.latino atq; unico.l.ſcribitur:& iterpretatur χαριτων.i. gratio ſum & φιλον amicũ. Naſcitur teſte Pli.libro duodecimo naturalis hiſtoriæ in india grandius:& fragilius granis piperis. Cuius arbor fert in ſpinis piperis ſimilitudinem foliis paruis denſiſq; ramis trium cubitorum corticæ pallido:radice lata iguoſaq;.

Carithos cum.c.exili &.i.latino atq;.th.aſpirato ſcribitur:inſula ẽ una ex Cycladibus.

Charilaus cũ:ch.aſpirato &.i.latino atq; unico.l.ſcribit̃:fuit frater Mædri:ut i ea dictione uidebimus

Carneades cum.c.exili ſcribitur:fuit philoſophus cyrenæus epiconii:ut qdã ferũt:ſiue alexandri teſte Philoconio filius ſtoicorum & cryſippi diſcipulus modice reluctabat̃ & uerecũde:ita ut ſæpe diceret niſi Chryſipus eſſet: ego nõ eſſẽ. Aethice ſe magis deuouit q̃ phiſicæ. Quo circa cæſariẽ:& ungues nutriebat p̃cipua intentione ſtudiorum:ad eum quoq; audiendum otatores pergebant:mortui eſt octogitaquinq; annis.

Carmẽta abſq; aliqua aſpiratione ſcribit̃:& nõ eſt græcũ:ut quidã male putant:ſed latinũ. Nam teſte Plutarcho in uita Comuli. Nõnulli arcadis Euandri matrem fuiſſe arbitrantur rerũ futurarũ admonitricem quæ phœbo dedicata carminibus oracula ſignificabat. Vnde dicta eſt Carmenta. Nam nicoſtratæ ei gtæce nomen fuit. Quidam uero carmentæ nomen alio pacto interpretant̃:quod quaſi capreat mente carmenta dicta fuerit:ut ſolebat his euenire:quæ apollinis numine debacchabant̃. Vnde carpentũ quidam dictum uolunt ut in ea dictione uidebimus.

Caropes cum.ch.aſpirato ſcribitur:fuit troianus hippaſi filius qui teſte Homero li.xi.iliados ab Vlyxe in bello iteremptus fuit.habetq; accentum in prima.

Charopus cum.ch.aſpirato ſcribitur nomen fuit græce euntis ad troianis:& alterius epirotarum principis q̃ Quito flamineo romão conſuli uictoriam p̃buiſſe dicitur de Philippo.

Charon cum.ch.aſpirato ſcribit̃:hunc poetæ dicunt obſeruare tria inferni flumina ſeu paludes:hoc ẽ acherontem ſtigem & cocytum:quin & defunctorum animas ad aliam rippam uehere:quem ſqualoris eſſe terribilem fingunt:oculos habere igneos:amictum ſordidum:magnam caniciem:remo & uelis ad animas tranſportandas uti.

Carpathus cum.c.exili &.th.aſpirato ſcribitur:inſula eſt teſte Pompeio libro ſecundo inter ægyptum & rhodum poſita:regnum uatis Protei.quæ teſte plinio libro naturalis hiſtoriæ quarto & quinto mari charpathio nomen dedit.

Carpophorus prima cum.c.exili penultima cum.ph.aſpirato ſcribitur:dici poteſt latine fructifer. Nã componitur ex καρπος quod eſt fructus:& φορω porto. Ponitur etiam a ſuue. nomen uiri proprium in ſatyra. Crædo pudicitiam. Quanq̃ & carpophoro.

Carpis cũ.c.exili &.i.latio,ſcribit̃ fluuius eſt ſcithar:ut oſtendit Herodotus li.hiſtoriar quarto.

Carta cum.t.exilibus nomen ẽ uiri q ex darii Ducibus unus fuit:quin & illius filiam Artozoſtratã duxit uxorem:ut oſtẽdit Herodotus li.hiſtoriar quarto. At cũ.ch.aſpirato aliũ ſignificat ut uidebimus.

Cartha cũ.c.exili &.th.aſpirato ſcribit̃.urbs eſt teſte Herodoto li.hiſtoriarum.vii.inter tyrõ & biritõ: unde teſte Seruio Dido carthagienſis dicta fuit.

Carthago cum.c.exili &.th.aſpirato poſſe ſcribi uidetur: tum quia teſte Seruio a cartha oppido nomen aſſumpſit:tum quia apud græcos καρχηδων cum.c.exili in prima &.ch. aſpirato in penultima ſcribitur ita ut illud.ch.&.th.noſtrum conuerſum fuerit. Vnde teſte Liuio uocabulum punicum eſt qd̃ apud nos nouam ciuitatem deſignat. Cicero uero de natura deorum lib. ſecũdo poſtq̃ tres Hercules declarauit. Quartus inquit fuit Iouis filiꝰ:& Aſteriers ſororis Latonæ qui carthaginem filiam genuit:aqua byrſa quã Dido condidit carthago dicta ẽ. Sed undecunq; carthaginis nomen originem habuerit:urbs tamen fuit celeberrima in aphrica conſtructa primum a Didone beli regis tyriorum filia annis ſeptuaginta tribus anteq̃ Roma ipſa conſtrueret̃:ut dixit Iuſtinus libro.xviii. quæ prius a bouis corio byrſa dicta fuit.ut in ea dictione uidimus:hæc eadẽ teſte Plinio libro. xv. naturalis hiſtoriæ centumuiginti annis Romanis æmula fuit.

Charta cũ.ch.apſirato &.t.exili ſcribit̃ ponitur apud græcos pro eo quod nos librum dicimus. Quod Ouidius obſeruaſſe uidetur li.iii.de triſtibus cum ait. Nullus in hac charta uerſus amare docet. Sed cõiter pro omni folio ſuper quo ſcribitur accipi cõſueuit:ut pro papyro membrana ſeu pergameno Alii uero chartã pro ſolo papyro accipiunt:& a membrana diſtinguũt:ut eos liberos non in membranis:ſed i chartis tranſcriptos regi tradidit. Verũ ut rettulit Plini.li.decimotertio naturalis hiſto.chartam alexandri magni uictoria repertam auctor eſt. M. Varro condita in ægypto alexandriam antea non fuiſſe chartarũ uſum. Palmarum foliis primo ſcriptitatum.deinde quarundam arborum libris. Poſtea publica monumenta plũbeis uoluminibus. Mox & priuata linteis confici cœpta:aut ſcædis. Et ſubdit. Pugillarum enim uſum fuiſſe etiã ante troiana tẽpora inuenimus apud homerũ. Et poſt longum prograſſum contra Varronis ſententiam manifeſtiſſima de chartis inducit exẽpla:quæ lõge antẽ q̃ dixerit Varro fuiſſe comperta demonſtrãt:ut libri Numæ in arca compert̃:quæ reperta fuerat in agro. M. Terẽtii ſcribæ:qn & libri ſibyllæ:quos illa ad tarquiniũ ſuperbũ detulit:& duos cõburiſſe quorum tertius uſq; ad Syllæ tẽpora perdurauit. Preterea Mutianus ter conſul p̃didit nuper ſe legiſſe: cũ p̃ſideret lyciæ Sarpedonis a Troia ſcriptam in quodã templo epiſtolæ cartam:quod eo magis miror inquit Plinius:ſi etiã tunc Homero cõdente ægyptia nõ erat papyrus.hæc ex Plinio. Ex aliis cõperi

membranas inficí conſueuiſſe diuerſis coloribus: ut purpureo uiridi: quod græci eucharisteũ uocãt lutheo quo unica tantũ in parte crocari ſolebat: ut etiam Perſius tetigit cũ ait. Iam liber: & poſitis bicolor membrana capillis. Et iuuenal. Croceæ mẽbrana tabellæ. Sane charta cũ apud nos generis ſit fœminini apud græcos uero generis maſculini: ut ὁ χαρτης: ſicut & apud illos dicit ὁ κοχλιας: apud noſtros dicitur hæc cochlea: & utrunq; apud nos abiicit. s.

Carpentum abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur: nec græcũ eſt: ut quidã putant: ſed latinũ: & genus uehiculi a carmenta matre Euandri dictũ quo & illa & auſoniæ fœmiæ uehebant dicẽte Ouidio li. faſto. i.

Nam prius auſonias matres carpenta uehebant.
Hæc quoq; ab euandri dicta parente reor

Carræ cum. c. exili & duplicato. r. ſcribitur: fuerunt teſte Thucydide libro. iii. de bello pelopõneſiaco populi inſulani piratica famoſi: uicti a minoe: de qbus meminit Virgili. circa finem libri. viii. cum ait

Hinc lelegas carraſq;.

Caſia cũ. c. exili & unico. ſ. atq;. i. latino ſcribit: frutex eſt qui teſte Pli. lib. duodecimo natu. hiſto. iuxta cinnami campos naſcitur: ſed in oibus groſſiori ſarmento tenui cute uerius q̃ cortice amplitudo fruticis trium cubitorum Colus cum primum emicat candidus: pedali menſura deinde rubeſcit addito ſemipede: ultra nigrans. Et infra ſubdit alia ẽ balſamo de ſaba odore ſimili appellata: ſed amara. Ideo que utilior medicis unguentis precia nullis diuerſoria.

Carſiterides abſq; aliqua aſpiratiõe & cũ unico. ſ. atq;. i. latino ſcribit: inſulæ ſunt cõplures: quas Plini. circa finem libri. iiii. dixit eẽ ex aduerſo celtiberiæ: ſic quoq; a græcis a fertilitate ſtamni dictas. Nam καστιτεος ab iſtis ſtamnum dicit. Has ut idem refert aliqui fortũatas uocauere.

Caſpiũ mare cũ. c. exili &. i. latino ſcribit: mare illud appellat: quod inter caſpios mõtes a qbus nomẽ accæpit & hircanos imenſum occupat ſpaciũ. Nec ullũ prorſus detinet exitũ: ſed ex maximis in eum confluẽtibus fluminibus confectũ dicit ut uidebimus in dictione oceanus.

Caſpii montes eodẽ modo ſcribuntur: & ſunt in aſia boreales: a quibus mare caſpium cognominatum ẽ ſuntq; maiori armeniæ cõtermini: ubi portæ ſunt caſpiæ: hoc eſt uia quædã eoſdẽ interſecans montes. Quæ teſte Solino panduntur: itinere manufacto longo octo milib⁹ paſſuum. Cuius latitudo uix eſt plauſtro permeabilis. In quibus anguſtiis etiã illud aſperum rettulit Solinus: quod præcioſorum laterum ſaxa liquentibus inter ſe ſalis uenis exaudant humorem affluentiſſimum qui conſtrictis ui caloris uelut in æſtiuam glaciem comparatur: nec niſi hyeme acceſſum præbet. Etiam loca deſerta ſunt præſidis & ſerpẽtib⁹ conferta.

Caſius cũ. c. exili & unico. ſ. atq;. i. latino ſcribitur: mõs eſt i ſiria antiochiæ ſeleuciæ ſupereminẽs Cui⁹ teſte Pli. li. v. natu. hiſto. excelſa altitudo quarta uigilia orientẽ p tenebras ſolẽ aſpicit: breui circũactu tpis diẽ noctẽq; pariter oſtendit. ambitus ad acumẽ octo & decẽ miliũ paſſuũ eſt. altitudo p directum quattuor alter ab Herodoto li. hiſto. ſecũdo ponit in finibus ægyptii iuxta ſelbonidã paludẽ quẽ Plinius ob propinquitatẽ dixit eẽ in arabia nõ longe a peluſio nili hiſtio: ubi delubrũ Iouis Caſii: & tumulus magni Pompeii habentur. de illo Lucanus libro. x.

Lucifer a caſia proſpexit rupe: diemq;.
Miſit in ægyptũ primo iam ſole calentem:

Caſſandane cũ. c. exili & duplicato. ſ. ſcribitur fuit teſte herodoto libro hiſtoriarum primo filia Pharnaſpis: & mater cambiſæ generi aſtiagis.

Caſſandra cum. c. exili & duplicato. ſ. ſcribit. fuit Priami regis filia quam poſt euerſã Troiam ab agamẽnone micenas ductã κτειν᾽ υποι μυηϛ ραδολομητις: hoc eſt doloſa clitemneſtra iteremit ut dixit Homerus in odyſſea.

Caſſiopea abſq; aſpiratione principii: & duplici. ſ. ſcribit fuit Cephei regis ætiopũ uxor: q̃ cũ nereidibus de pulchritudie decertauit uel late poſuit ſophocles i tragœdia: cuis titulus ẽ ανδρομαχη.

Caſtanea abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur: græcũ uocabulum ẽ ſed caſtanũ ab illis neutro genere dicitur quod lopinium ab aliquibus traductum comperi.

Caſtalius abſq; aſpiratione aliqua: & unico. l. atq;. i. latino ſcribitur. fons eſt in radicibus montis parnaſi: muſis ſacer. Et a uirgie caſtalia nomen aſſumpſit: cui cũ per montẽ uaganti apollo uim inferre pararet ipſaq; fugiens a monte caderet: in ſui nominis fontem conuerſa fuit.

Caſtiamira abſq; aliqua aſpiratione &. i. latino utrobi ſcribitur apud græcos uero in penultima ẽ ei diphthougus quam nos in. i. noſtrũ cõmutamus. fuit teſte Homero li. viii. iliad. uxor priami quam ex æſimo urbe thraciæ duxit ad troiã deabus ipſis formæ uenuſtate comparanda.

Caſtor cũ. c. &. t. exilibus hoc ẽ ſine aſpiratione tam pro bruto q̃ pro homine ſcribit. Vnde ſi pro homine accipimus fuit Gemellus frater pollucis: qui filii fuerunt tyndari & ledæ: ac helenæ fratres: quos lacedæmoniæ ſepultus dixit Homerus. Et fuit caſtor equorũ domitor: pollux uero pugil: dicẽte Homero libro. iii. iliados κασορα θ ιππων δαμαοναι πυξαγαθον πολυλευκεα. Idem Ouidius libro faſtorum quinto Tyndaridæ fraeres hic eques ille pugil. At Virgilius libro georgicorum tertio unum pro reliquo more poetico poſuit: cum ait: Talis amiclæi domitus pollucis habens Cyllarus: & quorum graii meminere poetæ. Si uero pro bruto caſtor accipitur: eſt etiam dictio græca: quã q̃ nõnulli latinã cõtendant: & a caſtrando deriuatã uelint: quod prorſus fieri nõ põt cum faciat accuſatiuũ in a quod lingua

latina in masculinis aut fœmininis penitus abhorret. Vnde Iuue. in satyra Natali coruine die ait. Imitatus castora q se eunuchũ ipse facit cupiẽs euadere dãno Testiculi: adeo medicatũ intelligit inguem.
Catabathynon prima & secunda absq; aspiratione: penultima cũ. th. aspirato &. y. græco scribit: dici pt demersum aut decline. Salu. ea fines hẽt ab occidente fretũ nostri maris & oceani: ab ortu solis declinatione latitudinẽ quẽ locũ catabathinõ icole appellãt. Nã ex κατα & βαθυνον. qd ẽ ꝓfundũ cõponitur.
Caracrisis quod sine aliqua aspiratione &. i. latino scribit: dici potest a nostris cõdemnatio uel diiudicatio. Nã componitur a κατα. & κρισις: quod sic quoq; scriptum iudiciũ dicit.
Catachresis prima & secũda absq; aspiratiõe: penultima cũ. ch. aspirato &. e. absq; diphthongo scribit: dici põt a nobis abusio uel usurpatio. Nã cõponit ex κατα: qd aliqñ dicit contra & χρησις usus q si sit cõtra usum: & dicit figura cũ usurpatur aliud nomen: q̃do ꝓpriũ deest: ut patricida ille dicit q patrem occidit. Vir. lib. geor. ii. Faciẽq; simillima lauro: dixit de arbore: cũ soli hoi facies cõpetat. Piscina ẽt p hãc figurã dicit q pisces non hẽt. Vnde opportune ait Quinti. Multa sunt græce & latine non denominata. Nam & qui iaculũ emittit iaculari dicit: qui pilã aut sudẽ appellatione priuatim sibi assignata caret. Et ut lapidare qd sit manifestũ ẽ: ita glebarum testarumq; iactus non habet nomen. Vnde abusio quæ κατακρισις dicit necessaria ẽ. Et sic adhanc Quinti. formulã nõ aliter nauẽ uelociter eũtẽ: & auem uelociter uolantẽ currere dicimus: q̃ iaculari sudẽ Vnde inepte iudicio meo exposuisse: Vir. uidet Nonius q̃do ait: Cursuq; per auras Dirigite in lucũ. i. uolatus. Nã tot significata eidẽ dat nomini Nonius: ut si ad illũ modũ exponere uelimus infinita pene exẽpla erũt. Vnde nõ ẽ credendũ auctores uni dictioni tot significata: & qdẽ ꝓ se quenq; noua dicere uoluisse: tanq̃ linguã ipsam cõfundere cuperent.
Catachrestícos sola antepenultima cum. ch. aspirato scribit: dici potest latine abusiue. Vir. lib: ænei. x: An sese mucrone ob tantũ dedecus amens induat: pro feriat abusiue dixit.
Cataclysmos absq; aliqua aspiratiõe &. y. græco scribit: dici põt apud nos diluuium uel inundatio.
Catarytus absq; aliq̃ aspiratõe & unico. r. atq;. y. græco scribit: dici põt latine irruguus. Nã ut ait Pli. li. v. natu. histo. Hipponẽ oppidũ aphircæ Cararitu a græcis dictũ pp aquaq; irrigua. Nam componit ex κατα: quod ẽ secundũ: & ρυαξ riuus: quasi secundũ uel iuxta riuos esse dicatur.
Cataracta absq; aliqua aspiratione & cũ. c. ante. r. scribitur: quidã cæli fenestras: aliqui nubes: & alii subterraneas specus uocãt. Nonnunq̃ uero secundum uim uocabuli: quod a descendendo deducitur propendulis portis ponitur. Liuius: Pendulas & recidentes porras catarectas.
Catarrus absq; aliqua aspiratione & cũ duplicato. r. scribit: dici potest a nostris distillatio. Nam descendit a uerbo κατα ῥεω: quod est distillo: quod sane componitur κατα ꝓpositione: & ῥεω: qd est defluo. Ita q; dum humores a capite indigesti ad inferiora descendũt. si ad nares perueniunt: uocari consueuerũt reuma: si ad fauces bronchon: ad thoracem uero uel pulmonem ptisis dicitur.
Catalogus absq; aliqua aspiratione & unico. l. scribitur: dicitur a nostris sermo ille aut scriptura. q̃ ordinem & numerum monstrat.
Cathartica sola antepenultima cum. th. aspirato scribit: nec antepenultimam. c. apponitur: dicit a nostris purgatiora deducta scilicet a καθαιρω: quod est purgo.
Cataphrattus sola penultima cum aspiratione ipsius. ph. scribitur: atq; in fine ipsum. t. duplicat. interp̃tari potest undiq; munitus. Nam κατα præpositio cum augmentum indicat: pro undiq; sumi potest & phrattus munitus dicitur. Vnde a φραττω uerbo græco: quod est munio descendit. Ideo dixit Seruius in undecimo æneidos. Cataphratti eqtes dicuntur: qui & ferro muniti sunt: & equos similit munitos: habent. Salustius. Et sequebantur inqt equites cataphratti.
Catatyptosis absq; aliqua aspiratione: & in antepenultima cum. y. græco scribit: dici potest secundum figuram. Et dicitur tropus cum aliquit iuxta alterius formã describit: ut Vir. lib. quarto ænei. Omnia Mercurio similis uocemq; coloremq;. Et crines flauos. & membra decora iuuentæ.
Catascopium absq; aliqua aspiratione scribit: genus est nauiculæ
Cathedra cum. c. exili &. th. aspirato scribitur: dicitutur latine sedile: cuius sane compositionem oẽm i præceptis quibusdam explicamus.
Cathegoria cum. c. exili &. th. aspirato scribitur: dicitur a nostris prædicamentum: & deriuat a κατηγορω: quod est prædico.
Catexochen prima & secũda sine aspiratione ultima cũ. th. aspirato scribit: dici põt latine p excellẽtiã: ut Vir. lib. georgi. primo: boues p excellentiã noiauit: cũ dixit. Quæ cura boum: quis cultus habendo Sit pecori. Et in eodem libro: Victum dodona negaret: ut in dictione dodona uidebimus
Catholicus cum. th aspirato scribitur: interpretari ualet uniuersalis: cuius compositionẽ supra in quibusdam præceptis ostendimus.
Caucasus absq; aliqua aspiratione scribit. mons ẽ Indiæ: ex eo latere quo ad septentrionẽ ẽ cõtermina Scithiæ: ut testis ẽ Pli. libro. vi. naturalis histo. Ob qd Seruius. montẽ esse scitaq;: qa scithis est ex latere septentrionali cõterminus. Hũc dixit Hero. lib. historiꝑ primo esse oium montiũ altissimum.
Caula cum. c. exili ac unico. l. scribitur: dicitur latine stabulum. Sane apud græcos absq; c. scribitur: uidelicet αυλη: quod non solum artium uel aulam: sed etiam stabulum: & ouium septa designat: & in numero singulari & plurali pro eodem ponitur.
Caulon cum. c. exili & unico. l. scribitur: mons est teste Seruio super tertio æneidos Calabryæ Vnde di

xit Vir. Cauloniſq; arces: in quo teſte igino de ſitu urbium italicarum olim oppidũ fuit. Et id idẽ eſſe putant: quod ab Horatio in odis rõne metri aulon dicitur: cum dixit, Et amicus aulon fertili Baccho minimum phalernis inuidet uinis. Nam non ſtaret uerſus caulon: eſt enim ſaphicus.

Caunii cum. c. exili &. i. latino ſcribitur: populi fuerunt ex Creta.

Ceadus cum. c. exili &. e. abſq; diphthongo ſcribitur: fuit teſte Homero libro ſecundo iliados uir thrax & troezeni pater: ex his ſcilicet: qui auxilia troianis miſerunt.

Cebes cum. c. exili &. e. abſq; diphthõgo ſcribitur: fuit thebanus philoſophus: & Socratis diſcipulus: & ut refert Laertius dialogos tres ſcripſit: quoꝝ unus pulcherrimus & eloquẽtiſſimus apud me ẽ. In quo per modum tabulæ: & cuiuſdem picturæ uniuerſam hominum uitam depinxit.

Cebriones cum. c. exili &. i. latino ſcribitur: fuit teſte Homero libro iliados undecimo priamo filius.

Cecrops cũ. c. exili utrobiq; ſcribit̃: hic teſte Euſebio de tpibus primus athenienſiũ rex regnauit i attica a quo uſq; ad troiæ captiuitatẽ fluxiſſe dixit ãnos. li. lxxv. Et inde cecropius q̃ſi atticus dicit̃. Vir. li. ge. iiii. Cecropias inates apes amor urget habẽdi. i. atticus: ut Oui li: de ponto: Omichi dulcior illo Melle qđ in cæris attica ponit apis. Inde ẽt cecropis patronimicũ fœminiñ. Vt Iuue. in ſaty. Credo pudici tiã. De ſulmonẽſi mera cecropis. Inde ẽt cecropidæ atheniẽſes dicti ſũt. Vir. in. vi. Tu pẽdere pœnas Cecropdæ iuſſi. Sic theſidæ idẽ a Theſeo dicunt̃. ut idẽ. iii. geor. Et cõpita circũ Theſide poſuere: ut ſi mili mõ rõani æneadæ: & romulidæ ab ænea & Romulo ſũt uocitati. Virg. lib. ænei. i. Defeſi æneadæ: q̃ pxima littora curſu Contẽdunt petere. Et lib. viii. Subitoq; nouũ conſurgere bellũ Romulidis.

Circus erat.Habebant ergo prius curuos colles ꝑ sessilibus gradibus:q̄ quidē populi cōsessus teste serui⁹ in eundē librū cauea uocabat:dicēte Vir. in eodē lib.Hic totū caueæ cōsessum ingētis.Et ora prīa patrū magni clamoribus īplet.Et li.viii.Cōsessu caueæ magnis circēsibus actis:Quin & id eē dixit Seruius qd Iuue.ait Oibus ad podiū spectātibus:q̄si podiū cū cauea idē eē uelit:Mihi uero uidet ex iisdem auctoritatibus podiū cauea magis totū circū:q tm̄mō cōcessū designare:ita ut recte posse dicere uideamur gradus sessiles in podio & cauea:hoc ē in circo degere. Quin & in ipso circi medio :ut apud Constātinopolim:& Romæ cōspeximus:atq ex approbatis auctoribus accæpimus locabant obelisci:ut in ea dictiōe uidebimus:sepulchra nobiliū uiroꝝ:& res aliæ spectatiōe dignæ circū q̄s hoc ē int eas res sic p ordinē ī medio dispositas eq decurrebāt.Dicebat ēt circus stadiū:& locus ubi cursus erat equoꝝ curriculū stadii:ut ex multis auctoribus cōstare pōt:& Gelli p̄cipue circa initiū noctiū atticaꝝ. At locus ille unde eq ipsi primo mittebant.oppidū teste Varrōe de linga latia.Neuius appellauit.Postea ut ait dicti sunt carceres eo qd coerceat equi:ne inde exeāt:añq magistratus signū misit: iuxta quē sensū Vir. in fine primi geor.ait. Vt cū carceribns sese effudere quadrigæ: Addunt in spacia:& frustra retinacula tendens.Fertur equis auriga:nec audit currus habenas:Et lib.iii.Ruūtq effusi carcere currus Sane Octauianus teste Suetonio in illius uita:in circo aurigas cursoresq & cōfectores belluaꝝ ex nobilissima iuuēture ꝓduxit:Sed & Troiæ ludū edit frequentissimum.maiorū minorūq pueꝝ prisci decorisq moris existimās claræ stirpis indolē sic notescere.Similiter.C. Calicula:ut idē in eius uita rettulit edidit circenses plurimos a māe usq ad uesperam interiecta mō aphricanoꝝ uenatiōe:mō Troiæ decursione.Nec ullis nisi ex senatorio ordine aurigātibus Ludus troiæ q̄lis erat:& unde originē hūit: late & eloquētissime mōstrauit Vir.li.ænei.v.Veꝝ circos in urbe fuisse tres:& nō plures diuersis in locis legimus Et primū circū maximū cognoiatum fuisse:scdm flāmineū: q & appollinaris ē dictus.Tertiū Neronis circū in uaticano:de maxio logt Liuius li.i.ab urbe:cuius locū a Tarquinio designatū ostēdit cum ait

Primũ circo q̃ nũc maxius dicit̃:designatus ẽ locus:diuisa loca patrib⁹:eq̃tibus urbis spectacula sibi ut q̃sq; facerẽt fori appellati. Nã eos foros uocauere:qđ opus erat maximũ. Vnde romanus populus spectabat q̃ in circo munere edabant̃:hæc ille: Seruius uero sup.iiii.æne.i eũ Virgil.locũ implessent̃q; foros flãmis inqt foros eẽ tabulata nauiũ.ab eo qđ incessus ferãt:& genus masculini numero tm̃ plurali: Nec aliud q̃ tabulata intelligere uoluit Liui.nã ut ꝓpriet̃ spectauere furcis duodenos ab terra spectacula alta sustinẽtibus pedes. Ludicrũ fuit eq pugilesq; ex hetruria maxie acciti solẽnes:sed ut oñdit Pli.li. xxxvi. natu.hi. fuit postea circus maxius a Cæsare dictatore extractus:longitudine stadioꝝ triũ latitudine unius:sed cũ ædificiis iugeꝝ q̃ttuor: Corne.uero Taci.incendiũ id describẽs quo Nerõis tpe rõana urbs pene cõflagrauit. Initiũ inqt in ea pte circi ortũ. q̃ palatino cælioq; mõtibus cõtigua ẽ hæc ille ostendens eũ circũ fuisse.cuius uestigia inter palatinũ & a uentinũ.ẽt nũc cõspiciunt̃.hũit circus maximus ꝑclarissima quæđã circa se ædificia. In primis ædẽ Veneris:quã teste Liuio li.ab urbe.x. Fabius Gurges cõsulis filius aliquot matõris stupro dãnatus ex eo mulctaticio ære cõstruxit fuit ẽt teste Pli.li. xxxv.apud circũ maximũ ædes cereris. Liui⁹. itẽ de bello macedonico dixit. Cn. Liciniũ duũ uirũ ædẽ iuuẽtutis i circo maxio dedicãsse. Oui.ẽt li.fastoꝝ scribit tẽplũ Mercurii circũ maximum spectasse:ubi ad illũ dixit. Tẽpla tibi posuere patres spectãtia circũ idibus ex illis ẽ tibi festa dies:Idẽ li.vi. oñdit colũ nã breuẽ marmoreã post sũmẽ circũ fuisse:ad quã romãi ꝓfecturi ad bella hastã eã ptẽ uersus in q̃ iturí erãt ꝓpicere cõsueuerãt:ait.n. Prospicit a tergo summũ breuis area circũ. Est ibi nõ puæ pua columna rotæ. Hinc solet hasta manu belli ꝓnuncia mitti. In regẽ & gentẽ cũ placet arma capi.

Erat ẽt in parte circii Herculis quoddã templũ:qđ Sylla iussu Sibyllæ constructit. Vnde ait Ouidius.

Altera pars circi custode sub Hercule tuta est. Quod deus euboico carmine munus habet.

Et subdit. Si titulos quæris filla ꝓbauit opus. Nã aliud erat Herculis tẽplũ in foro boario: in quod teste Pli.li.x.na.hi.nec canes nec muscæ intrare poterãt eo qđ post primas tẽpli ualuas Herculis calua locata fuit:cũ q̃ eo in tẽpli loco Cacũ occiderat:cuius odore & nõ imerito absterrerent̃ canes. Circus flaminеus iõ dictus ẽ:qđ in pratis flãmineis cõstructus fuit. Vñ Liuius itaq; inde cõsules: nec criminatiõi locus esset.in prata flãminea ubi nũc ædes Apollinis ẽ.iã tũ apollinare appellabãt.aduocauere se natũ Et in eodẽ lib.ea inqt oia in pratis flãmineis cõcilio plæbis acta:quæ nũc circũ flãmineũ appellãt:ex q̃bus nõnulli certissime affirmare uolunt eũ flãmineũ circũ fuisse:q nũc quoq; agon uocitat̃:iuxta quẽ teste Pandulpho lateranẽsi ecclesiæ hostiario Hadrianus primus romanus ponti.in æde Apollinis ecclesiã cõsecrauit Apollinaris martiris & ꝓsulis Rauẽnatis:ut nois similitudine memoriã idoloꝝ cõfunderet. Nãq; in eo circo apollinaria inhonorẽ Apollinis celebrari cõsueuerãt: dicẽte Macro.de saturnalibus:bello punico,apollinaris ludi ex sibillinis libris primũ sunt instituti suadẽte Cornelio Ruffo decẽuirio:& infra subdit. Inq; eã rẽ duodecim milia æris ꝓtori:& duas hostias maiores dari decẽuiris ꝓceptũ ut græco ritu hisce hostis sacrũ facerẽt Apollini boue aurato: & capris duabus albis auratis. Latonæ fœmina aurata:ludos in circo populus coronat⁹ spectare iussus Corne.ẽt nepos teste Prisci.in.ix. dixit ædes Martis ẽ in circo flãmineo architectata ab Hermodoro salaminio. Circũ aũt Neronis in uaticinio fuisse ostendit Plinius libro.xxxvi.natu. histo.de quo in dictione obeliscus uidebimus.

Chiragra cum.ch.aspirato &.i.latino scribitur:dici põt manuũ dolor. Nã cõponit̃ ex χεῖρ qđ manus & αγρα dolor atrocitas uel aspera infirmitas:& simili modo cõponit̃ podagra: uidelicet a podos.i. pedis & agra dolor:quam incurabilem dixit Ouidius li.i.de ponto cum ait.

Soluere nodosam nescit medicina podagram: Nec formidatis auxiliatur aquis.

Idest rabidis hominibus qui more rapidorum canũ licet acriter sitiant aquã abhorrent & timent:unde Lucanus lib.vi. Non spuma canum quibus unda timori est.

Cyrene absq; aliqua aspiratione uel diph.& cũ.y.græco scribit̃:fuit uirgo miræ pulchritudinis filia penei regis Arcadiæ:siue ut poetæ dicunt Penei fluuii. Vir. li.geor.iiii.ad Cirenẽ locutus ait tristis aristeus penei genitoris ad undam Stat lachrimãs:hanc Apollo e monte pelio Thessaliæ rapuit. Et illam in finibus libiæ ad iuga montium ægipto adiacentium deduxit:quæ teste Iustino lib.xiii.quattuor illi filios peperit Aristeum Nomium Antæum & Argeũ:quo in loco Batus cirni filius ex solutis linguæ nodis Apollinis respõso ciuitatem cirenem constructit:regnante Romæ Anco Martio. a qua tractu tpis libia ipsa cirenæa uocata fuit:& scribitur cireneus cum diphthongo in penultima.

Cirnus cũ.c.exili &.y.græco scribit̃:fuit rex terapnes.i.corsicæ:a quo insula cognomẽ cirne añq̃ corsica uocarẽt̃ accæpit:& fuit pater Batti qui cirem urbẽ libiæ cõstruxit:ut in ea dictione uidimus.

Cyrne cum.c.exili &.y.græco scribitur:insula ẽ in ligustico mari:quã hodie corsicã uocamus dicta: primum therapne. Deinde cirno rege cirne cognominata. Vnde cirnæus cum.æ. diphthongo. Virg. in Meri. Sic tua cirenæas fugiant examina taxos.

Cyrinus prima cum.c.exili &.y.græco:sequens cum.i.latino scribitur:nomen est uiri ꝓprium.

Chirographum prima cum.ch.aspirato &.i.latino:q̃q̃ apud græcos sit ei diphthõgus:& ultima cũ.ph. aspirato scribitur:dici potest manus inscriptio.

Chiromantia prima cũ.ch.aspirato &.i.latino:ultima cum.t.simplici &.i.latino scribit̃.dici põt manuum diuinatioi Nã componitur ex Χειροσ:quod est manus:μαντια diuinatio.

Chironomos p.ch.aspiratũ &.i.latinũ scribit̃:ẽ cõis generis:& dicit̃ ille uel illa:qui quæue manibus gesticulat̃ & ludit. Nam cõponit̃ ex χειροσ:quod est manus:& νομοσ lex. Vnde Iuuena.in satyra Credo

pudicitiã: Chironomõ lædã molli saltãte bacillo: & ide chironomãs tis. Vt idẽ in Satyra. Si te ꝓpositi i
qt Structorẽ interea nequa indignatio desit. Saltantẽ spectas: & chironomanta uolanti Cultello.
Chironomia mõ cõsimili scribit & cõponit: q ut ait Quinti. in noie ipso declarat lex gestus: q ab tpibus
heroicis orta fuit. Et sũmis græciæ uiris: & ab ipso ẽt Socrate probata. A Platone quoq; in pte ciuiliũ
posita uirtutum & Chrysippo in ꝓceptis de liberoꝝ educatione compositis non omissa. Nam ut subdit
Quinti. lacedæmonios qdem etiam saltationẽ quendã tanq; ad bella quoq; utilẽ habuisse inter exerci
tationes accæpimus. Neq; ut ait id ueteribus Romanis dedecori fuit.
Chirodita eodẽ mõ scribit: tunica ẽ teste Gellio li. vii. noctiũ atticarꝝ: plixa ultra bracchia: manus totas
ac ꝓpe digitos opiens: unde nomẽ assumpsit: quã ferre Romæ atq; in oĩ latio indecoꝝ fuit: Vnde. P.
Aphricãus uerba hæc in. P. Supplitiũ gallũ hoiem delicatũ obiectauit. nã q quotidie unguẽtatus aduer
sus speculũ ornet: cuius supcilia radunt: q barba uulsa fœminibusq; subuulsis ãbulet q ĩ cõuiuiis adole
scẽtulus cũ amatoꝛ cũ chirodita tunica iferios accubuerit. q nõ mõ uinosus: sed uirosus quoq; sit: eũ ne
qsq; dubitet qn idẽ fecerit: qd cinædi facẽ solẽt. simile Vir. Et tũicæ iqt mãicas: & hẽnt redimicula mitre
Chiron cũ. ch. aspirato &. i. latino licet apud græcos sit. ei. diphthõgus scribit: fuit Saturni filius ex phil
lyra Oceani filia: cum qua Saturnus cũ cõcũberet: & Opes eiꝰ uxor aduenire: i equũ cõuersus chironẽ
cẽtaurũ genuit: ꝓ dimidio hoiem: & reliquo dimidio equũ. Vnde ait Vir. li. geor. iii. Talis & ipse iubã
ceruice effudit equa. Cõiugis aduentu pnix Saturnus: & altũ Pelion hinnitũ fugiẽs impleuit acuto ara
tus uero nil de aduẽtu uxoris cõmemorans dixit Saturnũ q̃rentẽ ꝓ Thraciã filiũ louẽ in æquũ conuer
sum cu Phillire cõcubuisse: & Chironẽ ut diximus ꝓgenuisse q ab ipsa phillire phillirides cognomina
tus est. Vt Vir. li. geor. iii. Phillirides chiron amithaoniusq; melãpus. At ipse chiron nõ mõ centauros
sed cũctos hoies sui tpis bonitate & iustitia supauit: dicente Germanico in arateo. Hic erit ille piꝰ chi
ron iustissimus oẽs inter nubiginenas & magni doctor achillis. Nauigauitq; teste Orpheo cũ argonau
tis: dicẽte ἔνθα δὲ χειρὼν λικαιοτατος κενταυρων. Quẽ & iudicẽ illoꝝ & medicũ fuisse dixit. Nã ut uidi
mus in dictione Hippocrates: medicinã & herbaꝝ bonitates ẽt adinuenit quã postea docuit Aesculapi
um & Achillem. Idem cum argonautis te Orpheo ἀλλοτε δ' αὐφοιβω κηφαρην μετὰ χερσ' ἰναρα οω.
Hoc ẽ nõnunq; Phœbo citharã manibus personabat: quã Achillem similiter pulsare docuit Adhuc in
pelio monte cũ semel diuerteret Hercules: & sagittas ipsius Herculis: in sanguine hidræ intinctas Chi
ron manibus contrectaret: admiraretur q̃ quẽadmodum immania centauroꝝ corpora illius interfe
cisset. una e manibus dilapsa pedem ferit: & illum in maximas angustias coegit. Sed deoꝝ miseratiõe
post. ix. dies ad astra sublimatus est dicente Ouid. lib. fastoꝝ. v.
Nona dies aderat cum tu iustissime chiron. Bis septem stellis corpore ciuctus erat.
Chirurgia cũ. ch. aspirato &. i. latino utrobiq; scribit: sed apd græcos in prima ẽ ei diphthõgus: q̃ ut sup
uidimus in. i. nostrũ cõmutata fuit. Nã cõponit ex χεὶρ: quod ẽ manus: & ἔργια opatio: sed in cõpositi
one mutat. r. añ penultima in. ου. diphthõgo. & dr χειρουργια. Sane ex ei diphth. q ẽ in pria qdã abii
ciũt: e. & detinet. i. ac dicũt chirurgia: Q uidã ecõtrario abiiciũt. i. detinẽt. e. ac dicũt cherurgie. Itẽ nõ
nulli similit ex diphthõgo. añ penultimæ abiiciũt. o. ac retinẽt. r. & in. u. nostrũ cõuertũt: & dicunt chi
rurgia. alii uero ecõtrario abiiciũt. r. & retinẽt. o. ac dicũt chirogia: q̃ in oĩbus manuũ opatiõe indicat.
Cirtiscus absq; aliqua aspiratione &. i. latino utrobiq; scribit: fluuius ẽ teste Hero. memorãdus ĩ scithia.
Cyrus cũ. c. exili &. y. græco atq; unico. r. scribit: fuit rex Persarꝝ potẽtissimus: & primo ab Actyage auo
materno expositus: q a pastore regii pecoris cõptus: & enutritus: cũ puer effectus inter pastores impe
rio uteretur Ciri: hoc est domini nomen accæpit: ut dixit Iustinus li. sui epitomatis. i. Nã κυρίος græ
ce latine dominus dicit: ipse deinde apud massagetas in prælio occidit.
Cirrha cũ. i. latino & duplicato. r. atq; secundo aspirato scribit. est mons seu collis pnasi alio nomine he
licon uocitatus: fuitq; appollini sacer: unde Martialis: Q uid tibi cũ cirrha: quid cũ ꝓmessidos unda: Et
inde cirrhæus: ut Iuue. in satyra: Exemplo quodcũq; malo inquit. Et cirrhæi spicula uatis.
Cyrillus prima cũ. c. exili &. y. græco: sequẽs cu. i. latino & duplicato. l. scribit: nomen est uiri proprium.
Chilo cũ. ch. aspirato &. i. latino atq; unico. l. scribit: fuit philosophus lacedæmonius: patre Demageto
unus ex septem sapientibus græciæ. hunc Pli. li. vi. natu. histo. eius sententiæ auctorẽ fuisse dixit: quæ
in tẽplo Apollinis litteris aureis scriptura fuit γνῶθι σαυτον. cognosce te ipsum. Idem teste Laertio
elegiã scripsit aduersus ferme ducentos in qua dicebat futurorũ ꝓuidẽtiã rõne posse cõprædi ꝓuir
tute uiri hunc eundem Herodo. li. histo. i. cum Hippocrate in olympia conuenisse ostẽdit. Fuit idem
in loquendo breuis: ob qd Aristogoras melesius eum breuiter loquendi modum chilonium appella
uit. Senuit circa primã & qnq̃gesimã Olympiadem: quo tpe uiguit Aesopus. obiit ipæ ãplexus & oscu
latus filium q fuerat in olympia coronatus. Defunctum aiunt ex imodica lætitia & in ꝓbecili senio.
Cius cum. c. exili &. i. latino scribit: fluuius est Thraciæ: q teste Herodo. li. histo. iiii. expæonibus & rho
dope monte profluens: medium scindit æmum. & in istrum defluit.
Chius cum. ch. aspirato &. i. latino scribit: insula est in mari ægæo: habẽs aruisium ꝓmontorium: a quo
aruisia uina deducebant. Vir. in daphni: Vina nouum fundam calathis aruisia nectar. Et hẽt chius in
primitiuo penultimam breuẽ: ut Luca. in. viii. Q uas asine cautes: & quas chius aspat undas. At in deri
uatiuo producit: ut Hora. lib. ii. sermonum: Cecuba uina ferens alchon coium maris expers.
Cisseus cũ. c. exili &. i. latino atq; duplicato. s. &. eu diph. scribit: fuit teste Vir. li. ænei. y. rex Thraciæ di

cente Aenea.
Cratera impreſſum ſignis:quæ thracius olim
Anchiſæ genitori in magno Munere ciſſeus
Ferre ſui dederat monumentum & pignus amoris:
Fuit & pater Hecubæ uxoris priami: ut oſtendit Euripides ἔκαβα cum ait: πολυλοῤῥοσ ἑκαβησ παῖς γέγος τις κῖττεῶσ. Ex quo patronymicum fœmininum proficiſcitur ciſſeis. Vir. lib. æneï. vii. Ciſſeis pregnans ignes enixa iugales.
Cyſſus cum. c. exili &. y. græco atq; duplicato. ſ. ſcribit: genus eſt hederæ: quæ teſte Plinio lib. xvi. naturalis hiſtoriæ ſola omnium generum ſine adminiculo ſtat.
Cithara cũ. c. exili &. i. latino atq;. th. ſeqnte. a. uocali ſcribit: inſtrumentũ ẽ muſicũ: qđ ẽt lyra dicitur.
Citharœdus prima cum. c. exili &. i. latino: ſequẽs cum. th. aſpirato: & penultima cũ. œ. diphthõgo, ſcribit. Nam componitur ex, cithara & ᾠδος cantor: ubi diphthongus ex. ω. mega &. ι. paruo conuertit: in. œ. diphthongum noſtrum quemadmodum ſupra uidimus: cum de illa tractauimus. Mulier uero dicitur apud Terentiũ cithariſtria ſicut a cimbalo cimbaliſtria: at cantrix ſeu cantatris dicitur apud eũ dem pſaltria a pſalmo uerbo græco: quod apud nos eſt canto.
Cythera prima cum. c. exili &. i. græco: penultima cũ. th. aſpirato ſequẽte. e. abſq; diphthongo ſcribit: fuit teſte Heſiodo in theogonia ciuitas Cypri: a qua Venus ipſa cognominatur. Eadẽ litteratura ſcribit inſula: quæ ultima ex cycladibus ponitur. Laertius uero Laconiæ inſulam dixit: quæ prius porphiris dicta fuit: ut in ea dictione uidebimus. Sed ob celebratum Cythereæ templum: Quod in illa erat cythera neutri generis & tantũmodo in plurali cognominata fuit. Virg. in primo æneidos: Hunc ego ſopitum ſomno ſuper alta cythera Recondam: & libro decimo. Eſt paphos idaliumq; tibi ſunt alta cythera: ſicut hæc ſolemnia & hæc artaxata in plurali ſimili mõ tantũmodo declinantur: ut Iuuẽalis. Sic prætextatos referunt artaxata mores: de quibus in ſuis dictionibus uidebimuſq;.
Cytherea prima cum. c. exili &. y. græco: ſequens cum. th. aſpirato &. e. uocali tam in penultima q̃ ante penultima abſq; diphthongo ſcribit: ſane apud grecos in penultima ẽ. ei. diphthongus: ob quod dixit Seruius ſuper. vi. æneidos dici cytheream pro cytheriam: hoc eſt uoce græca: ubi illa diphthongus ſic ſonat. Et eſt cytherea Veneris cognomen a cytherea urbe cypri: ut in præcedenti dictione uidimus. Vnde uocabulum cythereia & cythereus per diuiſionem. ei. diphthõgi deducit: ut Oui. li. metamorphoſeos. xiii. Fert humeris uenerabile onus cythereius heros.
Cythereis ut ſuperior dictio & cum. i. latino in fine ſcribit: nomen fuit libertæ Volumni. Quam Gallus amauit. & licorin in ultima ægloga: quæ gallus inſcribit Virg. nominauit.
Cithæron prima cum. c. exili &. i. latino ſequens cum. th. aſpirato &. æ. diphthongo ſcribit. Vnus eſt ex iugis Parnaſi montis Boetiæ: non longe a Thebis: quem Lactãtius dixit libro primo diuinarũ inſtitutionum ſic quoq; dici: quia frequenter ſuper ipſo cantu cytheræ Orpheus perſonaret. Quod Oui. li. metamorphoſeos tertio prius confirmaſſe uidetur cum ait.
Vadit ubi electus facienda ad ſacra cytheron.
Cantibus & clara bacchantum uoce ſonabat.
Nam in eo per fancte colebat Bacchus. Quin & in illo pentheus atq; orpheus dilaniati fuerunt.
Cytorus prima cum. c. exili &. y. græco: penultima cum. t. &. o. uocali ſcribit: mons ẽ teſte Solino minoris Aſiæ in paphlagonia porrectus in ſpatium trium & ſexaginta milium buxo fertilis: quæ ut ait: uento mota æſtus imitatur undarum: dicente etiam Virgilio lib. georgicorum ſecundo.
Et iuuat undautem buxo ſpectare cytoron.
Cytiſus prima cum. c. exili &. y. græco: ſecũda cum. t. ſimplici &. i. latino: quin & unico. ſ. ſcribit: frutex eſt teſte Plinio circa finem libri. xiii. naturalis hiſtoriæ ab Antilomacho atheniẽſi miris laudibus prædicatus pabulo ouium: quo modico pinguescunt & quadrupedia: aut iumenta hordeũ ſpernunt: hæc ille. Quare dixit Theocritus.
αἰξὸν κυτῖσον ὄλυκοσ ταναὶ γαλίωκέι
ἀγέρανοσ τὸρὸτρὸν ἐγὸ λἔῶῖτιν με μάναμαι
Et quibus ex tranſtulit Vir. quando dixit in corydone. Torua leæna lupum ſequitur: lupus ipſe capellã. Florentẽ cytiſum ſequitur laſciua capella. Et ſubdit Pli. ad ea quæ ſupra dixit. Nõ ex alio pabulo lactis maior copia aut melior: Et infra ſubſequitur inuentus hic frutex in cytiſo inſula inde tranſlatus i omnes cyclades: mox in urbes græcas caſei puentu: hæc ille: ideo dixit Seruius ſuper. ii. geor. ab ea inſula: in qua abundat nomen aſſumpſiſſe. Et pergit Plinius propterea quod maxime miror rarum eſſe Italia nõ æſtuũ: nõ frigoꝝ: non grandiuũ: aut niuis iniuriã expaueſcit. Adiicit Iginus: ne hoſtium quidem pp nullam gratiam ligni: nec formam eius fructicis faciem ue declarat: ut reliquorum fecit.
Cytrapos prima cum. ch. aſpirato &. y. græco: ſequens cum. t. exili ſcribitur: dicitur ille tripos qui chytram. i. ollam ſuper ignem detinet. Et ſequitur ultimæ dictionis declinationem quæ eſt pos podis: Vt Oedippos & ſimilia.
Cyzicus prima cum. c. exili &. y. græco: ſecunda cum. z. conſonante &. i. latino: ultima cũ. c. exili ſcribit ciuitas fuit Aſiæ nobiliſſima ſita in cheroneſo maris propontidis mœnibus arce & turribus marmoreis: quaſi altera roma: ut ſcripſit Florus lib. iii. Vnde ait Ouidi. lib. i. de triſtibus.

Huncq; propontiacis hærentem cyzicon oris:
Cyzicon æmoniæ nobile gentis opus.

Clanius cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:fluuius eſt Cãpaniæ prope Neapolim fluens:& Acerras dictus a κλανιο:quod eſt uiola:qua illius ripæ abundare dicuntur.

Clarium cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:oppidũ eſt teſte Seruio ſuper tertio æneidos in confinio colophoniorum. Vnde appollo clarius dictus eſt:quod non longe ab Ephuſo quidã eſſe referũt: Vbi Iuppiter Neptunus & Pluto mundi imperia ſibi inuicem ſunt ſortiti. Vnde Plinius lib.quiuto natu.hiſto. cum de Epheſo loqueretur inquit. Inde Apollinis clari phaunum lebetos fuit.

Claros cum.c.exili ſcribitur:inſula eſt una ex cycladibus:a qua ut nonnulli putant Apollo clarius dict9 eſt quod Homerus in Hymno Apollinis aſſerere uidetur.

Clarius cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:cognomen ẽ Apollinis:uel ab oppido in cõfinio colophonioq; Vel ab inſula claros:in qua ut dicunt claria eſt urbs:in qua religioſiſſime colebaꝫ clarius deus dictus.ẽ Ouidius libro ſecundo de arte.Et clario delos amata deo. Idem circa initium libri faſtorum. Et clario miſſa legenda deo.

Claſſica cum.c.exili & duplicato.l.ſcribiꝫ:ſunt teſte Petronio grãmatico cornua tubæ:quæ cõuocandi cauſa facta erant:& ut ait a calãdo claſſica dicta ſunt de quo in dictione calendæ uidimus.

Clazomene cum.c.exili in prima &.z.conſonante in ſecunda ſcribitur:urbs eſt in confinio Aeoliæ: & ioniæ quam ſub lydia nonnulli hiſtorici quandoq; poſuere.

Clearchus prima cum.c.exili & ultima cum.ch.aſpirato ſcribitur:quaſi cleos.i. gloriæ: & archos princeps:fuit philoſophus ſolenſis.

Cleantes cũ.c.&.t.exilibus ſcribiꝫ:fuit Aſius philoſophus & phanii filius: & teſte Antiſthene pugi primum deinde profectus Athenes cũ quattuor drachmis diſcipulus factus ẽ Zenonis. Fama eſt ipſum laborioſiſſimũ fuiſſe:adeo ut inopia cogente ſe mercenarium faceret:ac noctu quidẽ i hortis hauriret aquas. Interdum opera ſtudiis liberalib9 daret:Pinſebat ẽt ſæpe farinas:Ingeniũ obtuſum diligẽtia ui cit:cõpoſuit libros pulcherrimos de tpe:de ſenſu:de arte:de appetitione:de antiqrate:de diis.de hime næo de gigantibus:de arte amatoria:de politicis:de legibus:& alios q̃plures. Timuit illi gingiua ac putruit:medicoq; ſnia biduo ſe a cibo abſtinuit:conualeſcente ipſo & medicis ſibi cõſueta permittentib9 iterum ſponte ſua fecit abſtinentiam qua cõſumptus eſt:& extinctus: Alii dicunt amore alterius uitæ manũ ſibi iniæciſſe.audito a ſe Zenonis annis.xix.cuius annos:hoc nonageſimum æquaſſe dicit. Et ille idem eſt qui cloantes cum.o.poſt.l.a Iuuenale dicitur cum ait in ſecũda ſatyra.Et iubet archetipos pluteum ſeruare cloantas. A t cloanthus cum.th.aſpirato:alius fuit ut in ea dictione uidebimus.

Cleobolus cũ:c.exili & unico.l.in ultima ſcribiꝫ:fuit lindius Euagoræ filius unus ex ſeptẽ ſapientibus. Græcæ:cuius genus plæriq; ad Herculem refetunt:dicuntq; illum petiiſſe Aegyptũ percipiendæ philoſophiæ gratia.Natamq; illi filiolam clebolinam:quam exametrorũ ænigma tum uatem aiunt. Fuit hic tempore Solonis:ad quem epiſtolam direxit: obiit annorum.lxx.

Cleombrotus cum.c.&.t.exilibus ſcribiꝫ:fuit teſte Plutarcho uir lacedæmonius:& Pauſaniæ filius.

Cleoſtratus abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:fuit nomen cuiuſdam uiri athenienſis.

Cleomenes cum.c.exili & abſq; aliqua diphthongo ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriaꝝ tertio uir ſua ætate iuſtiſſimus.

Cleone cum.c.exili ſcribitur:urbs eſt Arcadiæ in Nemæa regiuncula:

Cleonymus cum.c.exili &.y.græco ſcribitur:nomen fuit uiri proprium.

Clericus abſq; aliq̃ aſpiratiõe & cũ.i.latino ſcribiꝫ:dici põt q̃ſi ſortitus. Nã a κλαροσ:qđ ẽ ſors deducit

Clepſydria prima cũ.c.exili:ſecunda cum.y.græco:& penultima cum.i.latino ſcribiꝫ. Vas eſt quodam in fundo crebris & minutis foraminibus perforatũ:quin &.e.latere ſuperiori latiori quodã foramine a pertum:quod ſane uas cum aqua impleꝫ:& inde ſuperius foramẽ digito claudiꝫ: ne uacum deꝫ:continetur aqua interius nec effundi poteſt. Sed cũ aperitur qua aer uices eius quod euacuaꝫ ſupplere põt: per rimas ipſius fundi ſparſum defundiꝫ. Sane nonnunq̃ ſimili uaſe deſignabanꝫ apud antiquos horæ Et a κλεπτω:quod eſt furor:& υδρια:quod eſt uas aqueum componitur:quaſi aquam furetur.

Climax cum.c.exili &.i.latino ſcribiꝫ:dicit latine ſcala:qđ tam in plurali q̃ in ſingulari:dem ſignificat & in utroq; numero comperitur.Eſt etiam climax figura cum de uerbo ad uerbũ fit gradatio:ut Virin Alexi: Torua leæna lupum ſequiꝫ:lupus ipſe capellam:Florentem cytiſum ſequitur laſciua capella:& illud:Mars uidet hanc:uiſamq; cupit:potiturq; cupita. Vnde Aphricanus modo conſimili aiebat.Ex innocentia naſcitur dignitas:ex dignitate honor:ex honore imperium: ex imperio libertas.

Clymene cũ.c.exili &.y.græco & abſq; aliqua diphthongo ſcribiꝫ fuit teſte Heſiodo in theogonia nympharum una Oceani & Tethios filia de qua Vir.lib.geor.iiii.Inter quas curã clymene narrabat inanẽ Fultq; mater Phætontis:de qua Oui.lib.metamo.primo.Et tulit ad climenen epaphi conuicia mater Altera fuit miniſtra Helenæ decoris oculis redimita:ut dixit Home.lib.iliados.iii.quã unã & Aethrã: alteram comites in patria habuerat. Vnde ait Oui.in epiſtola Helenæ ad Paridem.

Cætera per ſocias clymenem æthramq; loquamur:
Q uæ mihi ſunt comites cõſiliumq; duæ.

Clio cum.c.exili &.i.latino ſcribiꝫ:fuit muſarũ una a cleos:quod eſt gloria cognominata:ut uidebimus

in dictione muſæ.de qua Ouidius libro faſtorum quinto:clioq; & curuæ ſcita Thalia lyræ.
Clitemneſtra prima cum.c.exili &.y.græcos:ſecunda cũ.t.exili &.æ.diphthongo:penultima cũ. m. ante.n.in eadem ſyllaba &.e.abſq; diphthõgo:ultima cũ.t.exili ſcribit. Quanq; inſcit qdam modernio-res ſcripturã eius dictionis prſus coruperunt.fuit Tyndari filia ex Leda:uxorq; Agamemnonis & mater Horeſtis.quæ cum adulteraſſet cum Aegiſto Thyeſtis filio: Agamemnonem a bello troiano redeuntem teſte Iuuenale media inter pocula interfecit.
Clitomacus prima cum.c.exili &.i.latino:ſequens cũ.t.ſimiliter exili ultima cum.ch.aſpirato ſcribitur fuit philoſophus carthaginẽſis:& lingua patria Haſtrubal uocat in q ẽt philoſophari cœperat. Venit Athenas.xl.ãnos natus:audiuitq; Carneadẽ:q hois induſtriã admiratus:eum curauit ſtudioſe doceri: euaſitq; ita clarus:ut Carneadi ſucceſſerit uerſatus ẽ in tribus ſectis a cademica: pipatetica:& ſtoica.
Clinias cũ.c.exili &.i.latiuo utrobiq; ſcribit:& nõnunq; ſine.s.finali apud græcos in pria ei diphthõgo: fuit teſte Plutarcho pater Alcibaidis: Alius fuit cretenſis:de quo Plato in legibus meminit.
Clypeus cum.c.exili &.y.græco ſcribendũ eẽ oñdit Pli.li.xxxv.natu.hiſto. oſtendens γ αυτῶ:quod eſt ſculpto deriuari:qſi γλυπτοσ:hoc eſt ſculptus. Ita ut.γ.mutet.c.noſtrũ ſicut cõtra ob uicinitatẽ litterarũ:ut in antehabitis oñdimus. Vnde ait ſic Pli. Scutis.n.qlibus apud Troiã pugnatum ẽ:cõtinebant imagines.unde & nomẽ habuerũt clipeoq;.Nõ ut puerſa grãmaticoq; ſubtilitas uoluit a cluẽdo deduci:hæc ille eluere.n.antiqui pugnare dicebãt.Et ſubdit:Pœni ex auro factitauere clipeos ſculptis imaginibus:& ſecum in caſtris tulere. Quare nomẽ clypeoq; κλυφω:quod eſt ſculpto habere uoluit.
Clyſtrum prima cum.c.exili &.y.græco ſcribit:inſtrumentũ eſt ad purgandum uentrum.
Clytius pria cũ .c.exili &.i.græco:penultia cũ.t.ſimplicit nõ aſpirato &.i.latino ſcribit: fuit teſte Ho.filius Laomedõtis:& frater Priami. Alteq; poſuit Vir.li.xi.ænei.cũ ait.
Et Clitium & lidem & amicum cretea muſis.
Clitor abſq; aliqua aſpiratione & cum.i.latino ſcribitur:dici poteſt inuitator:& inde clitorius.
Clitorius cũ.c.&.t.exilibus atq;.i.latio ſcribit:ẽ Arcadiæ fons:q ſemel potus odiũ facit uini:ut uidebius i dictiõe Prætus:de eodẽ Oui.matamor.xv. Clitorio qcuuq; ſitim de fonte leuauit Vina fugit & reliq
Clitũnus pria cũ.c.exili &.i.latio penultia cũ.t.exili & ultima cũ.m.añ.n.ſcribit.Et ut græci qdã fuerũt dicit qſi clitor:hoc ẽ iuitator amnis. Sic.n.in hiſtoricis dionis de ſcdo bello punico p fonte Vmbriæ poſitũ cõpi.Nſi uero dictũ eẽ i ualle ſpoletana apd radices mõtis:cui treuiũ oppidũ immiet: & fluuiũ ex ſe effundere apd ueuaniã & ſpoletũ:q tandẽ topino fluuio iũctis in tibrim cadit.Ex huiꝰ aq ſi bos biberit:& cõcepit:nõ ſolũ grãdes tauros:ſed penitus albos pducit.quod Vir.lib.geor.ii.tetigit cum ait.
Hinc alibi clitumne greges & maxima tauri
Victima:ſæpe tuo perfuſi flumine ſacro:
Romanos ad templa deum duxere triumphos.
Cloãthus pria cũ.c.exili:ultia cũ.th.aſpirato ſcribit:nomẽ fuit troiani cuiuſdã æneæ comitis: cõpoſitũ ex cleos:q ẽ gloria:& ανθοσ flos:qſi gloria ſit floris:& pp altiorẽ ſonũ magis.o.quã.e.in prima retinuit
Clonus cum.c.exili ſcribitur:nomen fuit uiri propriũ aurifabri:deductum a κλω:quod eſt frango:& inde κ ωνδοσ ramus:de quo Virg.lib.æneidos.x. Quæ clonus eurytides multo cælauerat auro.
Cloníus cum.c.exili ſcribitur:&.i.latino fuit unus ex quinq; ducibus boetiorum:qui cũ qnquaginta nauibus ad troiam nauigauerunt:ut oſtendit Homerus libro iliados ſecundo.
Clotho cũ.c.exili &.th:aſpirato ſcribit:hẽtq; apd græcos accentũ in fine:una ẽ ex pcis:ut uidimus i dictiõe atropos. Altera eodẽ noie fuit nympha marina:una ex filiis Nerei:de q Vir.lib.æneí.ix.ait
Magniq; iubebo æquoris eſſe deas:quales nercia clotho.
Et galatea ſecant ſpumantem pectore pontum.
Cloaca abſq; aliq aſpiratiõe a noſtris ſcribit:atq; græcã eẽ dictionẽ nõnulli affirmãt. Ita ut a cochlea cõmutatis qbuſdã litteris deriuet:qa eos ſubtextus cõmeatuſq; hẽre uideat:quos hẽt cochlea. Alii latinã dicũt:& a coládo deducta eſſe uolũt:dicẽte Vlpiano de cloacis:cloaca ẽ locus cauus:p quẽ colluuies qdam fluit. Feſtus uero dixit cloacã a cloacare:qd ẽ inqnare deduci:ſed ſubdit Vlpianus:cloacæ ãũt appellatiõe & tubus & fiſtulæ continent. Et inde ſequtur ad ſalubritatẽ ciuitatũ:& ad tutelã ptinet:ut cloacæ purgent & reficiant. Nam & cælũ peſtilens & ruinã minant immũdiciæ cloacaq;. Sane Liuio teſte libro.ii.ab urbe. Tarquinius foros in circo faciendos & cloacam:quæ maxima recæptaculũ oium purgamentoq; ſub terra agendam:quibus ut ſubdit operibus uix noua hæc magnificentia quicquam adæquare potuit.Et Pli.lib.xxxvi.natu.hiſto.cũ romana quædã ædificia cõnumeraſſet: ſub pterea cloacas operũ oium dictu maximũ ſuffoſis montibus atq; urbe penſili ſubtuſq; nauigata. Et ſubſequtur id. M. Agrippa fecit in ædilitate poſt conſulatũ:cornicatis ſeptem amnibus curſu pcipti torrentũ mõ rapere.atq; auferre oia coactis. Et plura admiranda q de huiuſcemõi rebus idẽ auctor proſequit.
Chlamis pria cũ:ch.aſpi.& ultima cũ.y.græco ſcribit:idumẽtũ ẽ militar & comicũ ut dixit Iu.Pollux.
Chlena prima cũ.ch. aſpirato ſeqnte.l.&.æ.diphthongo ſcribit. Genus ẽ ueſtimẽti:qd deſup alia portabat. Vt Lucilius lib.xx.a Parthenio inducit: qui ait chlænam deſup indutam fœdauit. Sic Homer. lib.ilia.ii: Vlyxem inducit dicentẽ cõtra Therſitem:ſi offendero te iteq; talia facientẽ phendam: & denudatũ omnibus ueſtibus nõ mõ tibi auferam χλαιναν τιδε χιθωνα:hoc eſt chlænam & tunicam: ſed ut ſubdit etiam ea quæ pudenda regunt. Idem lib.x. αμφιδαρα χλαιναν τε ρυηοατο. At Virgi.libro

æneí.iiii.ſine.ch.tantummõ læna dixit cum ait:ardebant murice læna:ut in ea dictione uidebimus.
Choloris cũ.ch.aſpirato &.i.latino ſcribit:fuit una Amphionis Orchomeni regis filia: uxorq; Nilei & mater Neſtoris atq; alioꝝ undecim filioꝝ:altera ab Ouidio dea floꝝ ponit:q̃ cũ nympha eſſe nõ igno bilis:& Zephyro nuberet:quaſi dotis loco id muneris a marito accepit:ut floꝝ omniũ ptãtem haberet unde inqt ipſa apud Oui.lib.faſtoꝝ.v. Chloris eram quæ flora uocor corrupta latino Nominis eſt no ſtri littera græca ſono. Huius ſacra floralia dicebant inſtituta:teſte Pli.lib.xviii.natu.hiſto.urbis anno ꝙngenteſimoſextodecimo ex oraculis ſybillæ:ut omnia bene defloreſcerent. Nã ut idem auctor rettu lit:tria tempora fructus metuebant:pp quos inſtituerũt ferias dieſq; feſtos rubiginalia floralia:uinalia Rubiginalia Numa conſtituit anno regni ſui.xi.quæ nunc aguntur ad.vii.calen.maii.quoniam tunc fere ſegetes rubigo occupat. Diem uero floralium Varro determinat: Sole tauri partẽ.xiiii.obtinẽte Ita ut ſi in eo quatriduo inciderit plenilunium fruges & omnia quæ florebunt lædi neceſſe erit. Vina lia nono calendis martii deguſtandis uinis inſtituta:quæ nichil ad fructus attinent.
Chloelia cũ.ch.aſpirato &.o.atq;.e.ſepatis apud græcos atq; unico.l.ſequẽte:&.i.latino ſcribit. Virgi. amen.o.&.e.cõiunxit in uerſu ut infra uidebimus:fuit uirgo romana:de qua late Liuius libro.ii.ab ur be ſcripſit. Hæc porſene Hetruſcoꝝ regi cũ pluribus allis romanis utriuſq; ſexus obſes data fuit: Vt ſi Porſena hoſtes a ianiculo remoueret:romani agros dudum ueientibus ablatos reſtituerẽt. Sed illa cũ liberatũ ab hoſtibus ianiculũ conſpexiſſet:dux caterue uirginum effecta inter hoſtiũ tæla cum illis au fugiens natando Thybrim pertranſiuit. Et uirgines oẽs ꝓpinquis ſuis reſtituit: De quo Vir.lib.æneí. viii. Et fluuiũ uinculis innatet chloelia ruptis. Quam ſolam cum Porſena reſtitui ſibi oio expoſceret: admiratus uirginis uirtutẽ ptem aliam obſidum quos impuberes illi ellegit ei largitus eſt:& honoratã remiſit. Vnde Iuue. Quod miraret cũ coclite mutius:& quæ impii fines thyberinũ uirgo natauit.
Cnidos cum.c.exili ſequente.n.in eadẽ ſyllaba &.i.latino ſcribit:una eſt ex quinq; ciuitatibus Doricæ Græce:ut oſtẽdit Herodotus libro hiſtoriarum primo: In hac teſte Pli.libro naturalis hiſtoriæ.vii.tem plum fuit Veneris & ſimulachrum ſculptum a Praxitele neutiquam a libidinoſo complexu tutũ. Vn de conterraneus meus Carolus aretinus in elegia ad poggium.
Praxiteleſq; cnidi rurſus te marmore ſignet.
Pulchra uenus:quod ſit nobilis ipſa cnidos:
Deniq; lyſippus figat ſpirantia ſigna:
Omnia mercurio cædere uiſa meo. De qua Venere late uidebimus in dictione Praxiteles. Sed ut ait Plinius libro.xxxvi. naturalis hiſtoriæ ſunt in Cnido & alia ſigna marmorea illuſtrium artificum liber pater Bryaſidis:& alter Scopæ & Minerua:
Cnoſus cum.c.exili ſequente.n.in eadẽ ſyllaba ſcribitur: urbs fuit in Creta Minois regia:unde cnoſius cnoſia cnoſium deriuat:quæ ob uicinitatem litteraꝝ moderniores cum.g.ſcribunt. Virgilius lib. ge orgicoꝝ primo. Gnoſiaq; ardentis decedat ſtella coronæ:quam a Vulcano fabricatam Ariadne filia Minois dono accæpit:ut in dictione Ariadne uidimus.
Coaſpis cum.c.exili &.i.latino ſcribit:fluuius eſt medorum:qui apud perſas in Tigrim decurrit. Huius aqua teſte Solino adeo dulcis ẽ:q; q̃diu reges perſarum in regno erant: ex eo ſibi pocula ſemper uole bant & ſi peregregraderentur ſecum deferebant.
Cocytus abſq; aliqua aſpiratione & cũ.y.græco ſcribit:habetq; apud noſtros accentũ in penultima: flu uius dicitur infernalis:qui ex Styge palude naſcitur:& a poetis ſæpius decantatur.
Cochlea prima cum.c.exili & ſequens cum.ch.aſpirato ſcribit:teſtã ẽ limacæ:quæ & nõnunq̃ pro ipſa limaca ponitur.ut Plinius libro.xviii. Limacæ inquit naſcuntur in uitia:& aliquando e terra cochleæ minutæ mirum in modum erodentes eam.
Cochliarium prima cum.c.exili:ſequens cum.ch.aſpirato ſequẽte.l.&.i.latino utrobiq; ſcribit:& a co chlea ob eius ſimilitudinem deriuatũ ẽ.
Cocche ut in antiqſſimis & emẽdatiſſimis codicibus nr̃is cõpi:prima cũ.c.exili utrobiq;: & ultima cum ch.aſpirato ſcribit. Nã apud græcos nuſq̃ dictionẽ hanc legi:quã tñ quidã græcã eſſe contendunt:nec illius deriuationẽ exqrere ualui:& ut q̃dã putant unum corruptũ deſignat:qđ indicare uidet Iuuena. cum ait in ſatyra Vimbritii. Cuius aceto. Cuius cocche tumes:nec ſtare põt concha ut q̃dam ſyllaba rum ignari male legunt. Sed ſtare põt cõche pro piſce.qđ inueniri nõnulli affirmant in Martiale.
Cocles cũ.c.exili utrobiq; ſcribit:fuit teſte Herodiãno grãmatico tractauit de noie apud antiqſſimos co gnomen habentiũ unũ oculũ:uñ oculũ a latinis primo tractatũ quidam uolunt. fuit itaq; apud roma nos cognomen Horatii cuiuſdã inclyti & fortiſſimi ciuis:dicente Plinio de uiris illuſtribus.cum porſe na primo impetu cæpiſſet ianiculũ. Horatius cocles illo cognomine quod in alio ꝓlio oculũ amiſerat pro ponte ſublicio ſtetit:quẽ fuiſſe ligneũ dixit Seruius ſup.viii.æneid. Et tãdiu hoſtium impetum ille ſolus ſuſtinuit:quãdiu pontẽ poſt ſe confractũ fuiſſe a ſuis pſenſit. Et inde prout erat armatus in Thy berim ſe cõiæcit:atq; ad ſuos enatans magna cũ gloria euaſit:dicente Virgilio libro octauo æneidos. Illum indignanti ſimilem:ſimilemq; minati. Aſpiceres pontem:qui auderet uellere cocles.
Codrus cum.c.exili ſcribit:fuit teſte Seruio in Dalphnim dux athenienſiũ:qui orto bello inter lacona & atheniẽſes:cũ reſpondiſſet oraculum illos poſſe uincere:quorum dux periiſſet. habitu humili profe ctus eſt ad hoſtium uicina tentoria:& illic iurgio eos ĩ cædem ſuam inſtigauit. Quare a nullo cognitu

& interfectus fecit locum oraculo: Vnde teste Iustino libro secũdo hostes cognito Codri corpore per anulum: quem gestabat sine prælio discesserunt.

Cœmiterũ absq; aliqua aspiratione & cum .œ. diphthongo in prima atq; .i. latino utrobiq; scribit. Et a græco uerbo deducit: quod est κοιμωμαι: id est dormio: cum mortui eo in loco dormire dicantur.

Cœnobium prima cum .c. exili &. œ. diphthongo: penultima cum .i. latino scribitur: locus dicit: in quo communis uita ducitur. Nam componitur a κοινος: quod est communis: & βιος uita.

Cœna cum .c. exili &. œ. diphrhongo scribitur. Nam a κοινη: quod est cois transfert: quia plures semp i cõmune cœnare consueuerant. Vnde reprehendit eos. Iuue. in prima satyra: q cõtra maiorũ consuetudinem secreto cœnabant: & ut ita dicã contra uocabuli institutionẽ agerent: cum dixit: Quis fercula septẽ Secreto cœnauit auus? Et i eadẽ satyra: Optima syluarũ interea pelagiq; uorabit Rex horũ: uacuisq; toris tantũ ipse iacebit. Nam ut ait Festus id olim erat cœna: quod dicitur: prãdiũ: ab ea hoium comunitate cœna dici potuerit: & sic quoq; a poetis nostris pro utroq; obseruatum uidetur.

Cœnaculũ cum .c. exili utrobiq;: &. œ. diphthpongo scribit. Et a cœnando nomen assumpsit: locus ẽ superior domus ad cœnãdũ aptus: hoc ẽ sine inferiore taberna & officina. Vnde nõ tã pro loco cœnandi q̃ pro parte domus superiore dicit: accipitur dicente Varrone: Vbi cœnabãt cœnaculũ uocitabãt posteq̃ in superiori parte cœnitare cœpunt. Superior domus uniuersa cœnaculũ dicta accipit ẽt a poetis nostris nõnuq̃ significatione diminutiua pro loco ubi paupes & inopes cœnare cõsueuerũt. Iuue. in satyra Oibus in terris inqt: Tpibus diris igitur: iussuq; neronis Longinũ & magnos senecæ pdiuitis hortos Clausit: & egregias lateranorũ obsidet ædes Tota cohors: rarus uenit in cœnacula miles.

Cœnatio cum .œ. diphthongo similit scribit: & a cœnãdo deducit. Ponit a nostris poetis p loco ad cœnandũ: sed in imo domus. Iuue. in satyra. Et spes & ratio inqt: Et algentẽ rapiat cœnatio solem.

Cœlum ut quidã uolunt cum .œ. diphthongo scribitur. Et deducunt a cœlo uerbo: quod est sculpo: uerbum uero a κοιλον: quod est concauũ: quia in sculptura id necessario exigi dicunt. Et inde celebs oĩa cum .œ. diphthongo scribunt. Aliis uero magis placet cum .æ. diphthongo scribenda hæc esse: secundum quod latius uidebimus in dictione diphthongus.

Cœlesyria prima cum .c. exili &. œ. diphthongo: ante penultima cum .y. græco: & penultima cum .i. latino scribitur: uocabulum est: quo quidam ex nostris antiquis usi sunt: indicantes per illud cauam syriam Nam ex κοιλη: quod est caua: & συρια componitur.

Coeus cum .c. exili &. œ. diphthongo scribitur: fuit gigas filius Titani & Terræ: qui in Cæa insula supbissime regnum tenuit: a quo insula traxisse nomen dicitur: de quo meminit Vir. libro geor. i. cũ ait: Coeumq; Iapetumq; creat: scæuumq; typhoea.

Colaphizo cũ .c. exili & unico .l. atq; .i. latino &. z. cõsonãte scribit: idẽ est qd̃ apud nos alapam incutio.

Colaphus cũ .c. exili & unico .l. scribitur: a nostris quibusdam alapa dicitur: & descendit a κολαφιζω qd̃ est alapam incutio. Iuuenalis in satyra Scire uelim ait. Nos Colaphum incutimus lambenti crustula seruo. Terentius: Plus quingentos colaphos infrægit mihi.

Colyma cum .c. exili & unico .l. atq; .y. græco scribit: dici pt a nostris uetatio: quo uocabulo usum Afranii dicũt in menæchinis cũ ait: Colyma a lenone sancitũ ẽ. Nã deriuat a κολυω: qd̃ est ueto: qd̃ i ptes rito facit uetui: & in supino uetitũ: inde uetatio & nõ uetitio. Nã noia q̃ ueniũt a uerbis primæ cõiugationis positionẽ supini hẽntibus in itũ uel in ictũ: pter cæterorũ uerborũ legẽ exeũt i atio nõ i itio nec in ictio: *ut pſto pſtiti: pſtitũ pſtatio nõ pſtitio: cubo cubui cubitũ: cubatio nõ cubitio: domitũ domatio non domitio: ſonitũ ſonatio nõ ſonitio: crepitũ crepatio non crepitio: tonitũ tonatio nõ tonitio:* licet dicamus sonitus crepitus tonitus: nõ sonatus crepatus tonatus. Frictũ fricatio nõ frictio: & ita in cæteris. Sectio tamẽ crebrius repit q̃ secatio. Lauo & poto nõ hẽnt supina neq; in atũ neq; in itũ neq; ctũ sed in otũ. Idẽ formant noia sua lotio & potio. Vnde sunt lotor & potor noia uerbalia: & lotiũ pro urina prima tamẽ breui nõ longa. Aliq̃do repit lauatũ & potatũ: unde sunt lauatio & potatio: lauatorq; & potator. Iuuo uero alio mõ format deriuatiuũ: uidelicet iutũ. Cæteq; ex alio supino iuuatũ facit iuuatio ab illo fit iutor: seu potius adiutor. Ex cæteris ãt pauca sũt noia uerbalia ior: ut domitor & nõ domator Et sector q significat uẽditorq; bonorũ exulis: & ut aliq uolunt emptorẽ. Et sectio ipsa hæc actio.

Colyphiũ prima cum .c. exili: sequẽs cum .y. græco: & penultima cum ph. aspirato &. i. latino scribit. Et apud quosdam poetas græcos: uti apud nostros pro cibo: quo luctatores utebant: ut Iuuenalis in satyra Vltra sauromatas. Luctantur paucæ: comedunt colyphia paucæ.

Colica cum .c. exili utrobiq;: & unico .l. atq; .i. latino scribitur: passio est intestini: quod græce colon dicitur. Vnde nomen assumpsit.

Coboliũ cũ .c. exili & unico .l. atq; .i. latio scribit Vestis erat sine mãicis: & descẽdit a κολοβος q; ẽ breuio

Colocasia cũ .c. exili utrobiq;: & unico .l. atq; unico .s. & .i. latino scribit. Est teste Pli. li. xxi. natu. hi. nobilissima herba i Aegypto: quã cyamõ aliq uocãt: spectabilis foliis & latissimis ẽt si ad arbores cõparent q̃ cũ aq̃ in uasis sæpe iplexa gratissimã potationẽ reddũt: pducitq; fabã in arenoso solo decoctam: quæ gratũ ẽt ad nos traducta saporẽ reddit. hæc ille: Vnde ẽt esse puto quã fabã ægyptiã uulgo uocamus.

Colocynta absq; aliqua aspiratione & cum .y. græco scribitur: ut quã nostri transcribere in penultima cum .q. consonante consueuerunt: ac conuertentes .y. græcum in .u. & superaddentes .i latinum dicunt colo quinta: & est teste Diascoride agrestis cucurbita.

Colchos prima cum.c.exili & ultima cum.ch.aspirato scribitur:regio est iuxta Pontum ex parte Asiæ: quæ regnum fuit Oetæ regis.
Colla cum.c.exili & duplicato.l scribitur a nostris dicitur gluten.
Collirĩ prima cũ.c.exili:sequẽs cũ.y.græco:& penultima cũ.i.latino scribĩt:medicamẽ ẽ oculoꝝ. Vti Iuue.in satyra Credo pudicitiã ait:Et prurit fractus ocelli Angulus inspecta genesi collyria poscit.
Colophon cũ.c.exili & unico.l.scribĩt:urbs ẽ in Lydia:quã qdã nobilẽ ferũt ex oraculo clarii Apollinis
Colon cũ.c.exili & unico.l.scribĩt:dici pt a nobis artus membꝝ & internodiũ:Estq; ẽt nomẽ intestini.
Colossus cũ.c.exili & unico.l.atq; duplicato.s.scribĩt:græcũ uocabulũ est:& a κολον: quod ẽ mẽbrum deducitur.Itaq; pro mẽbrosa & alta statua ponitur.Vnde ait Pli.lib.xxxiiii.natu.histo. Moles quippe excogitatas uidemus statuaꝝ:quas colossos uocant turribus pares:talis est i capitolio Apollo trãslat⁹ a Lucculo ex Apollonia Ponti urbe.xxx.cubitoꝝ quingentis de talentis factus: Talis in cãpo martio Iuppiter a Claudio Cæsare dicatus:q decorat põpeiani theatri uicinitate:talis & Tarenti factus a Lysippo.xl.cubitoꝝ.Refert ẽt Apion græcus historicus.q Plistonices cognominat: & Paulo ante Plinĩ fuit adhuc tũc i labyrintho Aegypti colossum esse Serapis:e smaragdo cubitoꝝ.ix.Sed ante oẽs teste Pli.in admiratione fuit Solis colossus Rhodi:quẽ fecerat Clares Iyndius Lysippi supradicti discipulus: qui.lxx.cubitoꝝ altitudinis fuit.Q ui post quinquagesimũ sextum annum terræ motu ꝓstratus:iacẽs quoq; miraculo est.Pauci pollicẽ eius amplectunt.Maiores sunt digiti q̃ plæraq; statuæ:uasti specus hãc defractus mẽbris.Spectantur intus magnæ molis saxa:quoꝝ pondere stabiliuerat illud cõstituẽs. xii.annis tradunt effectũ trecentis talentis:q̃ cõtulerant ex aparatu regis Demetri relicto.Sunt alii cẽ tũ minores in eadẽ urbe ubicunq; singuli fuissent nobilitaturi locũ.Fuit & in Galliæ ciuitate aluernis Mercurius oẽm ãplitudinẽ eius generis statuaꝝ ea ætate uincẽs q̃ Xenodorus fecit.Is postq̃ satis artẽ ibi approbauerat.Romã accitus ẽ a Nerone:ubi destinatũ illius principis colossum fecit centum.xx. pedũ:de quo uidebimus in dictione Roma.Nã ab eo amphitheatꝝ ꝓpinquũ colosseum uocatum est De quo Martí.li.primo epigrãmatum inqt:Hic ubi sidereus propius uidet astra colossus Et crescunt dægmata celsa uia:hoc ẽ ãphitheatꝝ ubi pægmata.i.ludi exercebant.Et pgit: Inuidiosa feri radiabãt atria regis:idest Neronis.Nã ibi domus eius aurea fuerat:Vnaq; iam tota stabat in urbe domus.
Collyiusta cũ.c.exili & duplicato.l.seq̃ute.y.græco:& cũ.i.latino i penultima scribĩt:dr a nostris nũmularius:& minutus mẽsarius:q & idẽ forte ab illis trapezita uocatur:cũ & collyiusta trapezas habeat.
Colpus cũ.c.exili & p.nonnunq̃ qdẽ exili nonnunq̃ uero aspirato scribitur:dicitur a nostris sinus.
Coma cũ.c.exili & unico.m.scribĩt.Et si habeat prima breuem capilloꝝ ornatum indicat. Nam tunc quoq; a græcis cum.o.paruo scribitur.Si uero habeat illam lõgam uillam designat:& cum.o.magno apud græcos scribitur:Et differt secundum aliquos coma a cæsarie.Quia a cedẽdo cæsaries dicta fertur.Et coma capillos non cæsos indicat ἀπο τοῦ κοπτω κατα την αντίφρασιν.
Comma generis neutri cũ dup'icato.m.scribĩt:& dicit apud nos partẽ. Nã deriuat ἀπὸ του κοπτω.
Comarus cũ.c.exili & unico.m.scribĩt:dicĩt teste Pli.li.xv.natu.hi.a nostris arbutus:est ẽt genus mori.
Comata absq; aliqua aspiratione:& cũ unico.m.scribitur:nomẽ est pastoris:de quo sæpe Theocritus quin & gallorum regionis cognomen:ubi grandem illi deferunt comam.
Cometes absq; aliqua aspiratione scribitur:& deriuatur a coma:quã habere uidetur.ob qd̃ teste Pli.li. ii.natu.histor.crinita latine dicitur:& infra subdit:Cometes in uno totius orbis colo colitur. In tẽplo Romæ admodũ faustus diuo Augusto indicatus ab ipso qui inspiciente eo apparuit in ludis:quos faciebat Veneri genitrici:non multo post obitũ patris Cæsaris in collegio ab eo istituto. De quo Vir. intellexisse puto cum ait:Ecce dionæi ꝓcessit cæsaris astrũ.Maxime cũ nõ multo post dicat Pli. eo fidere significari uulgo creditur Cæsaris animã inter deorum immortalium numina recæptã. Q uo nomi id insigni simulachro capiti eius:quod mox in foro cosecrauimus adiectum est.
Comœdia cum.c.exili &.œ.diphthongo in antepenultima atq;.i.latino in penultima scribĩt: cõponiturq; p modũ:quo supra in generalibus ꝓceptis late ostẽdimus.Sane fuit comœdia apud græcos duplicis generis antiq̃.s.& noua.Antiq̃ qdẽ teste Q uintiliano cum sinceram illã sermonis attici gratiã prope sola retinet:tũ facundissimæ libertatis in uitiis insectandis est ꝓcipua.Q ua quidẽ & pro nostra satyra græcos usos fuisse demonstrat.Fueruntq; in ea ꝓcipui Aristophanes Eupolis & Cratinus:ut in dictione Prologus late demonstrabimus.Noua uero comœdia eadẽ uia qua & nostra incedit:in q̃ nos claudicasse Q uintili. dicit.& ut ait uix leuem umbrã græcoꝝ sequimur:adeo ut sermo ipse romanus nõ recipere uideatur illã solam concessam atticis Venerem in quo genere eodẽ teste ꝓcipuus & admirandus fuit Mæander:ut in ea dictione uidebimus:apud nos uero plures fuerunt:sed soli iam restant Terentius & Plautus.De quo Varro Epistilonis sententia musas plautino dixit sermone locuturas fuisse:si latine loqui uellent.Sed habuimus olim Cæcilium:Neuium:Lucinium:Attilium: Turpiliũ: Trabeam:Lucetium:Ennium.De quibus Iulianus sedicus teste Aulo Gellio hos uersus edidit.

Multos incertos certare hanc rem uidemus: Plautus secundus facile exuperat cæteros.
Palmam poetæ comico cui deferant. Deinde Neuius:qui seruet precio in tertio:
Cum meo iudicio errorem dissoluam tibi: Si erit quod quarto detur dabitur Licino.
Vt contra si quis sentiat:nil sentiat: Post insequi Licinium facio Attilium.
Cælicio palmam statuo de comico. In sexto sequitur hos Terentius.

Turpilius ſeptimum: Trabea octauũ obtinet. In nono loco eſſe facile facio Lucetium.
Decimum addeo antiquitatis cauſa Ennium. Quã ſane ſententiã cõfirmare uidetur Gellius: ſed non plane Cicero & Quintilia. Vnde ait ille ad Atticum li. octauo epiſtola tertia: ſecutuſq; ſum non dico Cæcilium inane: ut ex portu in Pyræo: malus. n. auctor latinitatis eſt. Sed Terentiũ: cuius fabellæ pp elegãtiã ſermonis putabantur a. C. Lelio ſcribi. Heri aliquot adoleſcẽtuli coimus i Pyræũ: Quintilia. in. x. in comœdia maxime claudicauimus: ſic Cæciliũ ueteres laudibus ferant: licet Terentii ſcripta ad Scipionem aphricanum referãtur. Quæ tamẽ ſunt in hoc genere elegantiſſima: & plus adhuc habitura gratiæ: ſi intra uerſus trimetros ſtetiſſẽt: Sane a comœdia comicus deducitur. Et is dicitur q comœdiam cõpoſuit: ut Cæcilius: Plautus: & reliqui. Comœdi uero ſunt repſentatores actoreſq; comœdiarum: ſicut tragicus qui tragediam confecit: & tragedus repſentator actorq; tragœdiarum.
Concha prima cũ. c. exili: & altera cũ. ch: aſpirato ſcribit̃: genus eſt piſcis ex cãcroꝝ genere carẽtis oculis ut dixit Pli. li. ix. natu. hiſt. quæ teſte Solino potiſſimæ ſunt in mari indico: iqbus ut ait reperit̃ margarita genus lapidis pcioſi. Quin & in eadẽ orthographia uolunt pro uaſe capi & tuba. Alli uero pro his latinã dictionẽ uolũt: & ſine aſpiratione ultimæ ſcribendũ dicunt: ita ut dicatur quaſi concaua.
Conchylia prima cũ. c. exili: ſequens cũ. ch. aſpirato &. y. græco: penultima cum unico. l. &. i. latino ſcribitur: genus eſt piſcium in mari aſſyrico & indico: ex quorum inciſis conchis lachrime emanant q̃bus purpura tingitur. Idem murices dicuntur & ſarræ: ut Virgilius in qua to æneidos Ardebat murice læna: & libro georgicoꝝ ſecumdo: Vt gemma bibat & ſarrano dormiat oſtro. Quare Iuuena. in tertia ſatyra de adulatoribus græcis loquens inquit, Horum ego non fugiam conchylia: id eſt purpuras adulationes uenena: ut Virgilius libro georgicoꝝ ſecundo: Albaneq; aſſyrio fucatur lana ueneno.
Threiciamq; samon:quæ nũc Samothracia fert:& reliqua quæ ibidẽ habent:& ab ipso Dardano dardania uocitata fuit regio in Phrygia:quæ postea Troia cognominata ẽ:ut uidebim⁹ in dictione phrygia:& in dictione Priamus:ac dictione Troia.

Daridæus cũ.i.latino:&.æ. diphthongo scribit:rex erat Persarũ tpe apollini Tyanæi:hoc est tpe Tiberii Caii & claudii imperatorũ:ut ostendit Philostratus in eius uita.

Darius cũ.i.latino scribit:fuit primo nobilis persa filius Hystaspis hic teste Herodoto li.histo.iiii. quũ cognouisset Smerdim fratrẽ Patizitis magi regnũ Persarũ dolo occupasse:ut in dictiõe Smerdis:& in dictione Praxaspes late uidebimus:facta cõiuratione cũ sex aliis nobilibus Smerdini iã regẽ & fratrẽ eius Patizitẽ magnũ trucidarũt:atq; ita inter eos de Persarũ regno cõuenerunt:ut cuius cor̃ equus sequenti die prius in ortu solis hinnitũ ante regiã emitteret.ille Persarum rex esset:quod Dario Oebaris stabularii sui solertia contingit.Nã dimissa manũ in genitiuã partẽ equæ : cum ad determinatum locum uentum esset:naribus equi admouit:quo odore ad uoluptatẽ irritatus: ante omnes hinnitum dedit atq; ita Darius persarum rex creatus est.Nomina uero eor̃ qui cũ Dario in magũ cõiurauerũt & quæ solum in Herodoto li.iiii.historiarum legi:hæc sũt.Oanes.Intaphernes.Gobrya. Megabyzus Aspithies.Hydarnes:quor̃ orthographiam in suis locis comperies.Et regnauit Darius triginta sex annos:ut idem ostendit Herodotus circa initium libri septimi.cui Xerxes filius ex Atosa filia Cyri successit in regno.

Dastylus cũ.t.exili &.y.græco atq; unico.l.scribit fuit teste Herodoto li.historiarũ Primo Gygis pater

Dates cũ.t.exili scribit:fuit unus ex duabus Darii qui teste Herodoto li.historiar̃.vi.duro bello apud Marathona deuincitur.

Daurises cũ.i.latino scribit fuit teste Hero.circa finẽ li.vi.unus ex ducibus Darii q̃ in Cariis ceciderũt

Deiphobus per.i.latinnm & per.o.purũ ante.b.& nõ Deiphœb⁹ per.œ.diphthongũ uel cũ.e. ante.b. scribit.Nã sic quoq; a græcis Δηϊφοβος cum prima lõga & penultima breui annotat:quod Virgi.ob seruauit quũ ait in.vi.Filiusex Hecuba uxore hic post obitũ Paridis Helenam duxit uxorem: de quo Virgilius præfato libro scripsit.

Deiphobe eodẽ mõ cũ.o.puro ante.b.scribit:sic enĩ apud græcos:uidelicet ΔΗφοβΗ notatur fuit nympha quædam filia Glauci. Virgilius:Deiphobe glauci.

Demetrius cũ:t.exili &.i.scribit fuit unus filius Seleuci filii anthiochi magna:de quo uidebim⁹ ĩ dictiõ ne Seleucus. Alius fuit Phalerius cũ unico.l.cognomiatus.Est teste Laertio fuit Phanostrati filius genere nõ satis illustris.Hoc teste Cic.circa initiũ libri primi de officiis:disputator fuit subtilis orator partũ uehemẽs dulcis tñ ut Theophrasti discipulũ possis agnoscere.Fauorin⁹ uero dixit illũ fuisse ex Zenonis familia:& Lamiæ amicæ cõgredi.Idẽ ob uirtutes eximias apud atheniẽses pfuit annis.x. æreisq; statuis trecẽtis sexaginta honoratus ẽ:quar̃ plures erãt eqstres:& ĩ curibus seu bigis stabant: Sũmoq; studio itra quadrigẽtos dies fuerũt cõsumate.Ciuitatẽ auxit redditibus & ædificiis: deide absẽs sniam de morte a qbusdã iuidis passus ẽ:qn & illius imagines dirutæ:parti uẽditæ sũt.parti submersæ : & partim ĩ frustra cõfractæ. Vna tantũmodo ĩ arce seruata ẽ.Et ĩ ea accusatiõe par̃ abfuit:qn Alexãder comicus capitis sniam exciperet:nõ ob aliud nisi q⁹ erat illius amic⁹. Quẽ Thelesphorus eius gener purgauit.Demetrius uero ubi cõpertũ habuit atheniẽses suas imagines euertisse ait:uirtutẽ nõ uerterũt cuius gr̃a illas erexerat:nec ulli plures unq̃ statutæ Pli.li.xxxiiii.natu.histo.dicatæ fuere q̃ ipsi Demetrio phalereo.Dicebatq; tm̃ in repu.ualere eloquẽtiã : quãtũ in bello ferrũ.Circa huius tempora teste Quintiliano li.ii.de institutione oratoria:institutum fere cõstat fictas ad imitationẽ fori consiliorũq; materias apud græcos dicere.An uero ab ipso ipsum genus exercitatiõis sit inuetum parum compertum esse dixit.Sed ne hi quidem:ut ait qui hoc fortissime affirmant:illo satis idoneo auctore nitunt. Latinos uero dicendi pceptores extremis .L.Grassi tpibus recepisse Cicero auctor est.Quorum insignis maxime Plocius fuit idem Hieronymus de uiris illustribus ait.Plocius.Gallus primus Romæ latinã rhetoricã docuit de quo Cicero memoria teneo pueris nobis primũ latinã docere cœpisse Plocium quẽdam.Sed ut ex diuersis collegi.atq; Laertio plures fuere demetrii.Vnus fuit ex Alexandri magni ducibus: qui occiso Alexandro filio Cassandri: qui omnẽ magni Alexandri stirpem dele-

uerat:& Græciam ac Macedoniã occupauerat:fuit Macedo rex creatus. Alius fuit eius Philippi Macedoniæ regis filius:qui cum romanis plurima bella geſſit.de quo Liuius libro.x.de bello macedonico:& Iuſtinus libro:xxxii.ſcripſerũt: Alius fuit Seleuci filius:& frater Antiochi Epiphanis. Alius chalcedonius fuit orator. Alius Bizantius philoſophus pipateticus. Alius ſtatuarius:qui teſte Quint. lib. xii.de inſtitutione oratoria:tanq̃ nimius in ueritate ſeu ꝓprietate reꝑhendit. Nam ut pgit fuit ſimilitudinis q̃ pulchritudinis amantior. Alius fuit Aſpendius Appollini diſcipulus: Alius calantianus.qui de Aſia & Europa libros ſcripſit.xx. Alius Bizantius :qui Gallorũ aduentũ ex Europa in Aſiã ſcripſit Alius ſophiſta moratus Alexãdriæ:q̃ artes oratorias ſcripſit. Alius tramineus grãmaticus appellatus Ixion:qa iunonẽ iniuriis i aliquo affeciſſe uidet. Alius Cyrenæus grãmaticus uir magni ꝓcii. Alius ſe pius uir diues & ſtudioſus. Alius Erythræus grammaticus. Alius bithynius filius Panætii rhodii alius orator ſmyrnæus:& hi omnes proſam ſcripſere. Alii etiã poetica ſcriptitauer. Vnus ueterem comœdiam ſcripſit. Alius fuit Epicurus:qui cõtra iudeos ſcripſit. Alius ex Tarſa ſatyricus. Quartus iãbicus auarus uir. Quintus Erythræus uanus ſcriptor. Vnde etiam hiſtoricos & oratores cõſcripſit libros.

Demaratus cum unico.t.& illo exili ſcribitur:fuit teſte Liuio li.primo ab urbe cõdita corinthius negociator diues:& pater Tarquini priſci romanoꝝ regis:hic quũ ob ſeditionẽ corintho ꝓfugus eſſet:& forte Tarquiniis cõſediſſet uxore ibi ducta duos genuit filios. Lucumonẽ ſcilicet: q̃ deide fuit romanoꝝ rex:& dictus Taqnius:& Arũta:alter uero Demaratus fuit rex ſpartanus qui ob indignatiõe a patria diſcedens:ad regem Perſaꝝ diffugit:de quo Iuſtinus nõnulla & Herodotus plura ſcripſere.

Deiphyle antepenultima cum.i.latino:& penultima cum.y.græco ſcribit:fuit Adraſti regis filia:& Tidei uxor:cui Diomedem peperit.

Deiphylus eodem modo ut ſuperior ſcribitur:fuit teſte Homero libro Iliados quinto Stheneli filii Capanei in bello Troiano amicus obſequentiſſimus.

Deipites cũ.i.latino utrobi:&.t.exili ſcribit:fuit teſte Hom.uir Troianus:quẽ Vlyxes i bello interemit.

Deiopeia cũ.i.latino i ãtepenultima. Veꝝ penultima apud græcos hẽt ei diphthõgũ:q̃ nos in.e.aliq̃do lõga cõmutãus.q̃doq; uero diuidius:& ſedam uocalẽ i cõſonãtẽ cõmutamus:ac dicim⁹ Deiopeia Vir. li.i.æne. Quaꝝ quæ forma pulcherrima Deiopeiã. Cõnubio iũgã ſtabili. Nã græce Δηιοπεία ſcribit

Deipyrus cum.y.græco in penultima ſequẽte.r.in ultima ſcribitur:fuit teſte Homero libro octauo Iliados unus ex principibus iuuentutis græcorum.

Deioces cum.i.latino &.c.exili ſcribitur:fuit teſte Herodoto Phraortæ filius:& medorum rex.

Delphinius cũ.ph.aſpirato:&.i latino ſcribit:piſcis eſt:de quo Plinius & ſolinus plurima rettulerunt. Quin & delphin.nis.dici poteſt:ut Titan titanis uel titanos.& Titanus titani:Elephas elephantis uel elephantos:& elephanthus elephãti. Arabs arabis uel arabos:& arabus arabi.

Delphi cum ph.aſpirato:&.i.latino in fine ſcribit:quo ſane uocabulo non ſolũ oppidani: ſed ẽt oppidũ ſic in plurali deſignat. Idq; non ſolũ noſtri:ſed etiam græci obſeruauerunt: ut apud Thucydidẽ & Liuium ſæpe cõperimus:ſimiliter leontini pariter pro oppido & oppidanis accipitur.

Delos cũ.e.abſq; diphthongo:& unico.l.ſcribit:inſula eſt in mari ægæo cãtatiſſima a poetis ob Apollinis & Dianæ natiuitatẽ:& a δῆλος quod eſt manifeſto nomen aſſumpſit. Nam teſte plinio libr. quarto naturalis hiſtoriæ Ariſtoteles ita appellatã tradidit:quoniam repente apparuit enata. Macrobius uero libro ſaturnalium primo dixit eam ſic uocitatam:quia ortus & quaſi partus luminum omnia facit: δῆλα.ideſt aperta clareſcere.eãdem Agloſthenes teſte eodem plinio Cynthiã prius dictam fuiſſe retulit. Alii Ortygiam de qua in dictione Orygia uidebimus.

Democedes cũ.c.exili & abſq; aliquo diphthongo ſcribit:fuit teſte Hero.li.hiſt.q̃rto crotoniata medicus illuſtris:q̃ cũ inter Darii captiuos eẽt:& Darius ipſe ob iuerſum pedẽ grauiter ægrotaret. ita ut ſẽ ſeptẽ dies in ſomniis egiſſet:nec a medicis ſuis uel parũ iuuaret:ductus in mediũ Democedes: uictus cõpedibus Dariũ penitus liberauit:Et deide maximo in honore apud regẽ habitus eſt & oẽs Perſas.

Democritus abſq; aliqua aſpiratione:& cũ.i.latino ſcribit:fuit abderites philoſophus Aegiſtrati filius ſeu ſecundũ alios Athenocriti:uel ſecundum alios Damaſippi.hic teſte Herodoto libro hiſtoriaꝝ.vi. magnos quoſdã & chaldæos primo audiuit Xerxe rege patre illius q̃do apud illum hoſpitatus eſt:ꝑceptores relinquente:a quibus theologiam & aſtrologiam didicit: quum adhuc puer eſſet.Is deinde Demetrio & Antiſthene teſtibus in ægyptũ iuit:ut geometriã peciperet:& in Perſidẽ ad rubrũq; mare & Chaldeos diuinaꝝ reꝝ cognitione auidus perrexit. Diuiſitq; duobus fratribus ſuis ſubſtantiã minoreq; partem ꝓ ſe tenuit:quæ ſcilicet illi peregrinati ſufficeret. Venit Athenas & in deſpectum gloriæ noluit agnoſci. Et quũ cognouiſſet ipſe Socratem ignoratus eſt ab ipſo. Tandẽ in patriam a peregrinatione reuerſus:a fratre ſumma inopia nutritus eſt. Nã relicto omni patrimonio in hortulis qbuſdã iuxta ſuæ urbis muros ſe ad ſolas reꝝ naturas cõtẽplandas cotraxit. Et ut in epiſtolis Hippocrtis habetur:quocunq; fortunæ caſu & mutabilium rerum audito in riſum ſoluebat dicente etiam Iuuenale in ſatyra:Omnibus in terris perpetuo riſu pulmonem agitare ſolebat Democritus. Et ſubdit. Tũ quoq; naturam riſus iuenit:ad oẽs Occurſus hoĩum. Et ſubdit. Ridebat curas:necnõ & guaudia uulgi. Interdũ & lachrymas. Quare creditus in inſaniã uerſus:ab abderitis cũ ciuibus ſuis cõuocatus fuit Hippocrates ꝓ illius cura. Qui quum hominis altiſſimam ſapientiã cognouiſſet eruditionẽ ſe ab illo receſſiſſe faſſus eſt:ut in Hippocratis epiſtolis ſcriptum comperi:tandem teſte Cicero.li.qnto, Tuſculanarũ

quæstionũ:& Gellio libro.x.noctiũ atticarũ quod nullibi apud græcos legi seipsum obcæcauit:qđ ideo fecisse dicunt ut naturæ secreta subtilius rimarer̃ ratus uarias imagines p corporeas oculos i animam irruentes:frequenter acumen cogitationũ obtũdere. Eius mors uarie ab auctoribus ferr̃. Agebatq; cẽtum & nouem annos quum mortuus est teste Hipparcho:dixit omnia ex atomis fieri: & plures esse mundos ac corruptibiles. Multa uolumia reliqt:utputa de medicina:de naturalibus:de carmine de uersibus Homeri:de poesi:de uenustate carminis:de agricultura: de mortalibꝫ & alia complura Vnde Timon prætulit eum cæteris.& monuit legendum:Fuere Democriti sex. Primus hic. Secũdus chius q fuit musicus i& Illi contẽporaneus. Tertius sculptor. Quartus q de tẽplo ephesiæ Dianæ scripsit. Quintus epigrãmatũ poeta clarus. Sextus pergameus orator clarus:

Dercyllus cum.c.exili &.y.græco atq; duplici.l.scribitur:fuit teste Plutarcho unus ex præfectis Pirrhi: & inde dercyllidas deducitur.

Dersæi cum.æ.diphthongo in penultima scribitur:populi sunt græcorum i litoribus Thraciæ:ut ostẽdit Herodotus libro historiarum septimo.

Derusiæi cũ.i.latino in antepenultima&.æ.diphthongo in penultima scribitur:fuerũt teste Herodo.li.histo.i.oratores pfici:similiter apud eosdẽ germani & pãtialei cũ.th.aspirato &.i.latino.

Deucalion cũ.eu.diphthõgo &.c.exili atq; unico.l.&.i.latino scribit̃:fuit Promethei filius ex mr̃e Clymene:ut græcorũ plurimi attestantur. Hesiodus uero dixit Perynoe cũ.y.græco. Nõnulli aũt alii Hesiõe cui adulto. Epimetheus patruus Pyrrham filiã dedit uxorem. Quorũ tpe sæuũ diluuiũ in Thessalia factũ ẽ:ita neminẽ præter illos duos poetæ euasisse canat:ut uidebimus in dictione Pyrrha:fuitq; teste Iustino octingentesimodecimo ãno ante urbẽ conditã:quo tpe regnabat Amphion apud Thebas:apud Atenas uero Granao:uel ut alii putant Cecrops. Ante hoc itaq; diluuiũ aliud fuisse scribũt historici sub Ogygio in Achaia & Boetia uastatiõe pene totius prouinciæ: sed quũ particulares hæ fuerint inundationes aquarũ:illa uniuersalis fuit sub Noe:quam sacræ attestantur.

Demosthenes cum.th.aspirato scribit̃:cuius uocabuli cõpositionem in ante habiti explicauimus. Nã ex Δῆμος qui popul⁹.& σθένος robur cõponit̃ quasi robur populi. fuit omium græciæ oratorũ princeps. cuius uitã Leonardus Aretinus conterraneus meus ex græcis ad latinos transtulit: Et auctoritate Hermippi osteudit patrẽ in officina gladiorum fuisses Vnde teste Iuuena.in satyra:Omnibus in terris.Preter Demosthenẽ ardentis massæ fuligine lipus A carbone & forcipib⁹ gladiosq; parante incude:& Luteo Vulcano ad rethora misit.quod ultimũ nõ plene cum his quæ Leonardus noster scripsit cõcordare uidet̃:quũ longe post mortẽ patris hoc sibi asumpsisse officiũ referat: Sed q; id sit teste Iuuenale Sæuus & illũ exitus eripui. Nã fractus patriæ rebus:ne ueniret i manus stulti populi sæuientis:se ueneno affecit inter satellites:Nequibat enim patriæ ferre salutẽ ut solebat.

Demodocus cũ.c.exili scribit̃.fuit citharœdus:quẽ Homerus libro odysseæ.viii.inducit cõuiuio Alcino regis Phæacũ:in quo Vlyxem excepit citharã pulsare & una canere ut similiter apud Virgiliũ in conuiuio Didonis:Cithara crinitus iopas personat aurata. Vñ inquit Alcinous in eo conuiuio apud Home.καλὸς ἀοιδὸς δημόκου ἀοιδοῦ δημιολόκου:hoc ẽ uocate diuinũ cãtatorẽ Demodocum. Cecinit que ut late psequit̃ idem Homerus Veneris Martisq; dolos:& dulcia furta:& componit̃ Demodocus ex δῆμος qui est populus & δοκίος ἀstimatio:quasi populi æstimatio diceretur.

Democoon cũ.c.exili seqnte duplicato.o.i pleno noie hoc ẽ absq; synæresi scribit̃ fuit teste Ho.li.iiii. ilia.nothus Priãi fili⁹:q uelõcissimos pris equos apd Abydũ custodiebat:hũc Vlixes i bello iteremit.

Demophoon sequẽte.o.duplicato in pleno:hoc ẽ absq; synæresi nomine scribit̃:habetq; accẽtum acutũ in penultima:quia naturã græcã in declinatione græca etiam apud nostros conseruat:ut late uidebimus in dictiõe Prosedia. Sane per synæresim illa duo.o.quoꝝ primũ est breue: ultimum uero longum in unum.o.longum:tam apud græcos q̃ nostros conuertuntur:ut dicit̃ Demophon: ubi habet accentũ circũfluxum in ultima. Fuit teste Iustino libro secũdo Thesei ex Phædera coniuge filius hac cum Antigono fratre auxilia græcis cõtra troianos tulit Tandem ilio deruto dũ ad patriã rediret tẽpestate furente in Thraciam delatus ẽ:ubi a Phyllide Lycurgi regis filia nõ tantũ regno:sed hospitio & lecto receptus est. Et quum aliquamdiu cum ea stetisset:audito de fratre Menestheo Athenarum rege q; agitatus procellis ad Melos iusulam deuenisset.ibiq; diem clausisset extremũ.impetrata ad breue tempus licentia a phyllide:& ab eadẽ instauratis nauibus Athenas rediit. Vbi rex effectus: cũ teste Ouidio ultra pmissum tẽpus tardaret & phyllis amoris furẽtis impatiens laqueo se suspendit:& in ficam amigdalũ cõuersa fuit:quæ quũ post Demophoontis reditũ ab illo amplexaret̃ folia emisit:quæ deinde ab illa cognominata sunt phylla:quũ teste Seruio petalia prius dicerentur.

Deus cũ.e.absq; diphthongo scribit̃ ut omnes asserunt a uerbo græcõ descẽdit. Sed quidam dicunt a θέω qđ est uideo & speculor deriuari. Alii uero a δέος timeo.& inde δέος timor.eo q; omnibus sit timendus. Vnde ait Statius:primus in orbe deos fecit timor. Itaque Saturnes quum potentissimus rex esset:ad retinẽdã parentum fuorum memoriam.eorum nomina cælo terræq; indidit. Quare patrem dixit οὐρανον:qđ cælum latine indicat Matrem uero γαίαν:quæ terta dicitur.& Vesta interpretatur:eo q; rebus omnibus uestiatur:ut quibus-iam placet:seu quis ui sua stat.ut dixit Ouidius libro fastorum sexto:ubi ait:Stat ui terra sua ui stãdo Vesta uocatur. Fuit etiam alia Vesta uirgo ppetua:cui uestales uirgines sacrificabant:& Vestæ præfatæ neptis:hoc ẽ Saturni fila ex Ope:ut late ostẽ

dit Ouidius eodem libro faſtorum ſexto: ubi tandem de hac ipſa concludens dixit.

Nec tu aliud ueſtam: quam uiuam intellige flammam.
Nataq; de flamma corpora nulla uides.
Iure ergo uirgo eſt quæ ſæmica nulla remittit,
Nec capit: & comites uirginitatis habet.

Saturnus uero a nobis eſt appellatus: qa ſaturet ānis: ut refert Balbus apud Cicero. li. ii. de natura deorũ. A græcis uero cronus dicit: qđ apud nos tps deſignat: ut ſupra in ea dictiõe uidimus. Nã quũ Celi filius dictus fuerit: fingebant poetæ natos ſuos oẽs deuoraſſe ſolitũ qua fictione oſtendere uoluerũt oĩa ipſo tpe cõſumi: & annis inſaturabiliter expleri. Oĩa ergo uertunt: ut dixit Propertius. Et thæbeæ ſteterant altaq; troia fuit. Nec ſemper barbã memphys pyramidum miraculis gloriabitur. Sed aliquando annorum ſerie peribunt. Quam ſentẽtiam Ouidius elegãtiſſime expreſſit quum ait.

Tempus edax rerum: tuq; inuidioſa uetuſtas.
Omnia deſtruitis uitiataq; dentibus æui
Paula tim nigra conſumitis omnia morte.

Saturni uxor dicta fuit a græcis Rhea a ῥεῖν quod eſt fluo: quũ deorum multitudo ab ipſa fluxerit. Alatinis uero dicit Ops: ut in ea dictione uidebimus. Ex hac filius nalus Iuppiter a nobis dicit: quaſi iuuãs pater a græcis uero ζεύς: a uerbo ζῆν: quod eſt deductũ: quia ut aiebant uitæ dator erat: & inde Zenobius quaſi ζῆνὸς βίου. i. Iouis uita: uel etiã beatitudo: nam utrũq; βίος deſignat: ſed teſte Balbo in ꝓfato libro conuerſis caſibus Iouẽ a iuuãdo appellamus. A poetis uero pater diuum atq; hominum dicitur a maioribus autem noſtris optimus maximuſq;: hunc ẽt antiqui nõnunq; ætera dixerũt. ut Euripides cuius. i. latine ad poetæ ſententiam traduci uerſiculi poſſunt.

Vides ſublime ĩ moderatum ætera.
Qui terram tenero circũuentu amplectitur.
Hunc ſummum habeo diuum: hunc perhibeto Iouem.

Eius ſoror & coniunx fuitq; ut refert Cicero ẽt a iuuando nominata credit. Nam græce Ἥρα dicitur. Vnde nos heram dicim?: hoc ẽ dominã: hanc ſtoici pro aere ſumunt eo ꝙ ſimilitudinẽ habeat cũ ætere: & coniunctionem magnam cum eo quod Virgli: geor. li. ii. tetigit cũ ait.

Tum pater omnipotens fœcũdis imbribus æther.
Coniugis in gremium lætæ deſcendit: & omnes
Magnus alit magno cõmixto corpore fœtus.

Ex Iouis uero fatribus unus fuit Neptunus quẽ idẽ Balbus apud Ciceroẽ ꝓfato libro a nando paululũ primis litteris imutatis dictũ aſſerit: is græce ποσειδων nominat: quẽ a ποσις: qđ ẽ potius cognominatũ dicũt: eo ꝙ oĩbus potũ exhibeat. Alter fuit Iouis frater dictus ab illis Pluto a nobis uero hic Dis: & hic Ditis: qa ut ait Balbus terræna quæq; uis aut natura dat patri dedicata ẽ: eo ꝙ diuitiæ oẽs e terris oriunt: & ĩ terras recidũt. Nã πλουτος græce latine diuitiæ dicit Quintilia. uero ĩ primo de inſtitutiõe oratoria a cõtrario iterpretat: qa minime diues ẽ. At Plutõi Proſerpinã poetæ cõiungũt qđ uocabulũ ex græco περϛεφονη trãſlatũ eſt: quã ut ait Balbus: frugũ ſæmẽ eſſe uolunt: abſcõditãq; quæri a matre fingũt quæ latinæ dicta ẽ Ceres: quaſi gerens hoc ẽ agerẽdis frugibus appellata: prima ſcilicet lĩa immutata: ut idẽ rettulit Balbus. Vñ a græcis dicit δημητρα: quaſi γημητρα hoc ẽ terre mater. At uero Seruius ſuper primo geor. Cererẽ a creando dictam uoluit. Vnde alma Ceres dicit qa nos alit. hæc fuit Iouis ſoror: quæ quum illi placeret Proſerpinam ex eo peperit. Ex Ioue uero & Iunone: ut quidam uolunt natus eſt Mars. Alii uero ex ſola Iunone: ut Ouidius libro faſtorum ꝙnto. At Mars per epenteſim mauors dicitur: ſic quoq; teſte Balbo latine dictus quia magna ſit uertens: nam is græce ἄρης nominatur ab ἀίρω: quod eſt occido deductũ. Ex Iouis uero capite Minerua naſcitur quæ ſic quoq; latine appellatur: quaſi uim minetur: uel a minuendo: ut in ea dictione late uidebimus. Nã græce ἀθηνᾶ uocatur. Sane Iouis & Latonæ filii fuerunt Apollo & Diana. Apollo quidem græcum eſt uocabulum: quem ille etiam φοῖβον: hoc eſt ſolem appellant. Et Diana ſimiliter: quaſi Iouis filia nuncupatur: quæ etiã alio nomine ab illis ἀρτεμις dicitur. quam & Iunam putant: eo ꝙ noctu luceat. Nam ut ait Balbus Sol dictus eſt ꝙ ſolus ex omnibus ſyderibus eſt tantum. Vel quia quum ẽ ortus obſcuritis omnibus aliis ſolus appareat: dicit ꝙ græce λιος. Lunam uero a lucendo dictam uoluit quæ græce ϛελήνη nuncupatur. Eandem eſſe Lucinam dicunt. Itaq; ut quæ apud græcos Diana a nobis Lucifera: & Iuno Lucina dicatur: quam ſane in pariendo inuocant. Vnde Virgi. in pollione Caſta faue lucina tuus iã regnat apollo. & Cicero Timæũ quendã refert q cũ hiſtoria dixiſſet: qua nocte natus Alexander eſſet: eadem Epheſiæ Dianæ templũ deflagrauiſſe: adiunxit id minime eſſe mirandũ qđ Diana cum in partu Olympiadis adeſſe uoluiſſet abfuiſſet domo. Namque ob hoc teſte Seruio ſup tertio æneidos tũc quoq; a parturientibus inuocabat: quia primum nata parturienti mri Apollinẽ obſtetricis officiũ exercuiſſe dicebat. Alia fuit dea Iouis filia latine Venus teſte Balbo appellata: quia ad res omnes ueniret. At ex ea potius uenuſtas q̃ Venus ex uenuſtate dici uoluit. Et cũ deus ldeaq; & deab? auctoribus noſtris dicat diuus diua diuabus non dicit. Quod in quibuſdã aliis cõtingit. Nã dicitur filius filia filiabus: & nõ priuignus priuigna priuignabus: natus nata natabus: & nõ genitus genita genitabus. ꝓ ut Valla dixit. licet Priſciãus dubitet utrũ natabus a bõis auctoribus cõperiat: equus equa

equabus:mulus mula mulabus:& nõ asinus asinina asinabus:nec iuuencus iuuenca iuuencabus: non ceruabns nec lupabus:nõ libertabus.nõ patronabus:nõ cõcubinabus:nõ pediſſequabus: nõ ſeruabo nõ famulabus nõ domiabus:nõ ẽt animabus. Tã &ſi ex poſterioribus quidã his duobus ultimis utũt. Cicero tamẽ ad uxorem & filiam ſcribens duabus animis ſuis dixit nõ aiabus. Et curtius de matre: & uxore Alexandri dominis & nõ dominabus dixit. Quare dominabus & animabus magis per licẽtiã q̃ recto modo loquendi quoſdam uſos fuiſſe Laurentius meus Vallenſis putat in elegantiis ad me miſſis:quẽadmodũ & nõnulli ueteres dextrabus dixerunt pro dextris:& eabus pro eis. Sed de recte loquẽdi uſu magis q̃ ab uſu tetigimus.

De xithea cũ.i.latino &.th.aſpirato ſcribit̃ fuit teſte Plutarcho in uita Romuli Phorbantis filia.

Diabolus cum.i.latino & unico.l.ſcribit̃:quã q̃ a uerbo cũ duplici.l.ſcripto deriuetur.uidelicet aΔιβαλλω.qđ eſt criminor:unde diabolus græce latine criminor dicit̃ & componit̃ Διαβαλλω ex Δ α præpoſitione quæ pro dicit:& βαλλω iacio.

Diadema cum.i.latino ſcribitur:habetq; apud noſtros accẽtũ ih penultima:apud græcos uero in ante penultima ut in diuerſis aliis contingit.

Diæreſis prima cum.i.latino:& ſequens cũ.æ.diphthongo ſcribitur dici põt a noſtris diuiſio: unde figura tũc quædã dicit̃:quũ una ſyllaba in duas diuiditur.Ouidi.li.metamor.primo. Tertia poſt illam ſucceſſit ænea gles:ubi &.a.&.e.diphthongus diuidit̃:Horati.diueſq; deducũt iouẽ nũc mare nũc ſiluæ:ubi ſiluæ teſte Priſciano triſſyilabũ eſt in ſcanſione. Vir.ſimiliter libro æni.tertio:Aulai in medio libabant pocula bacchi:ubi.a.&.i.diphthongus græca diuidit̃.

Diæra cum.i.latino &.æ.atq;.t.exili ſcribitur.

Diagoras cum.i.latino ſcribit̃:fuit philoſophus cognominatus athenos.i.negans deos:ut in ea dictione uidimus:Nam teſte Cicerone libro tertio de natura deorum cum Samothraciam ueniſſet: atq; ei quidam amicus dixiſſet:tu qui deos putas humana negligere:nõne aduertis ex tot tabulis pictis q̃ multi uotis uĩ tempeſtatis effugerint:in portumq; ſalui peruenerint:Itaq; fit inquit. Illi enim nũq̃ picti ſunt qui naufragia fecerunt in mariq; perierunt.

Dialectica cũ.c.ante.t.abſq; aliqua aſpiratiõe atq;.i.latino ſcribit̃:dici põt a nobis diſputatrix. Nam a Διαλεγομαι deriuat̃: quod ẽ diſputo unde ẽt dialagus.dialegome uero a Δια ꝓpoſitione: quæ dicit p & λεγομαι:quod eſt ſermocinor.quia p ſerm ocinationẽ diſputatio ipſa proſequitur.

Dialogus cũ.i.latino & uuico.l.ſcribit̃:dici põt a nobis diſputatio:unde a Δια quod & p & λογος ſermocinatio:quæ & ſermonẽ & rationẽ cõprehendit cũ per ſermocinationẽ diſputatio eõficiat̃. Sane differt oratio cum proprie accipitur a ſermõe qđ hic ſedatior remiſſior pſſior ac tenuior:qualis philoſophorũ:oſo uero in qua ornamẽta affectuſq; inſunt popularibus accõmodata auribus. Ideoq; oratores uocãt̃:q; hoc genere utuntur:philoſophi uero magis ſermocinatores.

Dialyton prima cũ.i.latino penultima cum.y.græco ultima cũ.t.exili ſcribit̃ dici põt latine diſſolutum:nam deſcendit a uerbo Διαλυω quod ẽ diſſoluo.Et eſt figura cum ſine coniunctionibus puncta tim dictiones proferunt̃. Vt ite:ferte citi ferrũ:date uella:impellite remos. Similiter iuſticia prudentia fortitudine me ſuperaſti.Et eſt eadem figura cum illa.quã aſyntheton dixim⁹.

Diana cum.i.latino.& unico.n.ſcribit̃:dictio eſt ab Διοσ.i.Ioue deducta:quaſi Iouiana. Vnde licet plures fuiſſe Dianas Cicero de natura deorum referat:illa tamen nominatiſſima eſt:& cui omnia attribuũtur:quæ Iouis filia ex Latona eodem partu cum Apolline nata dicit̃:hæc ob uirginitatis amorẽ hominum fertur conſortium aufugiſſe.& ut a ſe libidinis pruritum abdicaret:uenãdo icolebar ſyluas ac montium ſaltus Quare cum arcu & pharetra illam inceſſiſſe ferunt: quam uirgines plures ſimili propoſito ſequebant̃:dicente Virgilio libro æneios primo.

Qualis in eurotæ ripis:aut iuga cynthi.
Exercet diana choros:quam mille ſecutæ
Hinc atq; hinc glomerantur horeades:illa pharetram
Fert humero:gradienſq; deas ſupereminet omnes.

Idem longo & inſigni uerſu Claudianus poeta cũ de laudibus Stilichonis egeret explicauit:cuius primã Vir.produxit cũ ait:Exercet Diana choros: Quã reliqui poetæ corripere conſueuerunt.Ouid.lib.tertio metamor.Nomine gargaphyæ ſuccinte ſacra Dianæ:& alio libro. Vidi ſine ueſte Dianam Iuuenalis in tertia ſatyra:Me quoq; ad eluinam Cererẽ:ueſtramq; Dianã.item in ſatira.Oibus in tetris Pulchra gaudet Latona Diana hãc Actæonẽ in ceruũ mutaſſe ferunt poetæ:qa Ipſam lauantẽ ſe nudã uiderat:Eandẽ Orionẽ occidiſſe ſcribit̃:quia uim ſibi inferre uoluit.Eidẽ in tautica regione ex humana hoſtia ſacra fiebãt:ut in dictiõe Ephigenia uidebimus.Illa eadem tẽplũ habuit apud Epheſum ad mirandũ:& magna cũ religione a ſageſtanis in Sicilia colebat̃:a cretẽſibus ſimiliter quã Britomartẽ eoæ lingua cognominatã dixit Solinus:quod uocabulũ ut ait ſermone noſtro uirginẽ dulcẽ ſonat ab eiſdẽ græce Dyctinna dicta fuit:ut in ea dictione monſtrabimus:hãc eãdẽ refert Homerus in ili.iratam fuiſſe:qđ ſibi Thaleſia pro frugibus Oeneus rex Calydoniæ non feciſſe:cum cæteri omnes dii ſacrificii ſuſcepiſſent honorẽ.& illa ſola inhonorata remãſiſſet:uel quia oblitus fuerat:uel quia illi non putarat agẽdũ:quare terribilẽ ſetis ac dentibus imiſit aprũ:qui regionẽ Oenei totã uaſtaret:ut uidebimus in dictione Meleager:ſed cur Diana a parturientibus inuocaretur:uidimus in dictione deus.

Dianœa cum .i. latino in prima: & i penultima cum .œ. dihpthongo ſcribitur: dicitur a noſtris mens intellectus: unde ét ab oratore pro quadã figura ponitur: q̃ ſenſum magis q̃ uerba deſignat: dicẽte Quintiliano in primo de inſtitutione oratoria figuras quæq; lexeos quoq; dianæas uocantur.

Diaſyrmos penultima cum .y. græco ſcribitur: dici poteſt diſtractio: nam a Διασυρω: quod eſt diſtraho deducitur. Vnde & figura ponitur quando una dictio ad duo diuerſa ſignificata diſtrahitur. Virgilius in buc. Interſtrepere anſer olores. i. malus poeta inter bonos. Ob quod eam etiam tunc figuram eſſe dicunt quando quis magna uerbis comminuit: & minima extollit.

Diaſtaſis cum .i. latino utrobiq; &. t. exili ſcribitur: dici poteſt latine diſtantia. Nam ex Δια componitur quod nonnunq̃ ob & longe deſignat: & ſtaſis quod eſt diſtantia.

Diaſtole cũ .i. latino &. t. exili atq; unico. l. ſcribitur: dici poteſt a nobis diſtinctio uel dilatio. Q d̃quidẽ fit cũ una dictio uel ſententia ab alia diſtinguitur: uel cũ breuis ſyllaba producitur: ut Vir. lib. ænei. primo Et uerſa puluis inſcribitur haſta. Idem libro ſecundo. Luctus ubiq; pauor & plurima mortis imago.

Dicæarchus prima cum .i. latino: ſequens cum .c. exili: &. æ. diphthongo: ultima cũ .ch. aſpirato ſcribit quaſi iuſtus iudex. Nam Δικαιος iuſtus dicitur: & archus princeps: eſt etiam uiri nomen proprium.

Dictamus & dictamum utrunque comperitur: & utrunque cũ .i. latino: &. ct. exilibus ſcribitur: herba eſt medicinalis: de qua Virgilius libro duodecimo meminit: quum hæc uerba ab Venere in medelã uulneris in Aeneam illati deportat: ait enim: Dictamum genetrix cretæa carpit ab ida Puberibus caulẽ foliis & flore comantem purpureo.

Dictynna prima cum .i. latino ſequens cum .ct. exilibus: &. y. græco: quin & cum duplicato .n. ſcribitur: dicta fuit a cretenſibus lingua græca Diana: quia cum uirgo quædã cretenſis quã Britonem Lactantius grãmaticus uocauit. Solinus Britomartem uirginitatem ſuam Dianæ dicaſſet: & a Minoe tunc rege opprimi ad uirginitatem pdendã cogeretur: ſemelq; uideretur aſtringi: cũ nõ alia illi fuga dari poſſet: in mare ſe p̃cipitem dedit: cuius cadauer cum retibus a piſcatoribus forte cõpertum eſſet: dictynna deinde ab ipſis retibus cognominata fuit. nam Δικτυον græce: latine rete dicitur: ſed cum grandis peſtis ob id in Creta ſequeretur habito reſpõſo ut ædem Dianæ conſtruerẽt. Dianã ipſam cognomine uirginis dictynnam uocauere: dicente Tibullo in elegia ad Priapum. Perque ſuas impune ſinit Dictynna ſagittas. Quare & mons ubi ſita fuit ædes dictynnus modo conſimili dictus fuit. Quæ Sane ædes teſte Solino manus Dædali oſtendit: & quam nemo nudus ingredi licite poterat.

Dictæus prima cum .i. latino: ſequens cum .ct. &. æ. diphthongo ſcribitur: cognomen eſt montis cuiuſdam in Creta: & a dicte nympha: quæ teſte Seruio ſuper tertio æneidos illic colebatur cognominatus Virgilius libro georgicorum. Dictæo cæli regem pauere ſubantro.

Didyme prima cum .i. latino. & penultima cum .y. græco ſcribitur: inſula eſt una ex æolis in freto ſiculo

Didymus prima cum .i. latino: ſequens cum .y. græco ſcribitur: dici poteſt a nobis gemellus. Eſtq; uiri nomen proprium.

Didymaon prima cum .i. latino: ſequens cum .y. græco ſcribitur: fuit armorum artifex eximius: de quo Virgilius libro quinto æneidos meminit cum ait. Et clypeum efferri iuſſit Didymaonis artes.

Didrachima cum .i. latino &. ch. aſpirato ſcribitur: dicique poteſt apud nos hiſdrachima. nam ex Δισ apud nos eſt bis: & Δραχμη componitur.

Dies cum .i. latino ſcribitur. & a Διοσ hoc eſt ioue græca dictione deducitur. Nam eodem mõ ut noſtri iouem adiutorem: ita græci: Δαϝονιον & nos diem adiutorem accipimus: & inde Dieſpiter quaſi iuuans pater: qui lingua oſca teſte Seruio lucetius dicitur. Virg. libro nono æneidos. Aliqui uero diẽ p̃prie ſignificare deum contendunt. quod ſi ſic eſſet a Δεοσ: quod eſt timor: ut ſupra uidimus deducere tur. Et teſte Priſciano in quinto tam maſculini q̃ fœminini generis in ſingulari numero inuenitur: ex quo diminutiuum ſit dieçula. Teren. in Andria: Eo impudens non ſatis eſt: q; tibi dieculam addo pro dilatione aliqua temporis. In plurali uero ſemper maſculinum inuenitur: & dicitur dies feriarum teſte Varrone a ferendis in ſepulchra epulis.

Dieſpiter cum .i. latino utrobiq; &. t. exili ſcribitur: de quo uidimus in præcedenti dictiõe: quo ſane uocabulo cum alii plures ſint uſi: tum Horatius in primo carminum: Nanq; dieſpiter igni coruſco nubila uidens: plærunq; per purum tonantes egit equos uolucremque currum.

Digamma cũ .i. latino & duplicato .m. ſcribitur: & ſignificat bis aut duplex gãma: quæ tertia eſt alphebeti græcor̃ littera: unde .f. noſtrum digamme uocabatur: qui figurã duplicis gãmæ detinebat.

Dynaſtæ cum .y. græco & t exili ſcribitur. dici poteſt latine potentes. quo uocabulo utitur nonnunquã Cicero & a Δυναμαι quæ eſt potentia deducitur.

Dindyma cũ .i. latino ſeq̃nte .n. penultima cum .y. græco & ultima cum .m. littera ſcribit. mõs eſt Phrygiæ matri deum ſacer. declinaturque tantummodo in plurali. Vir. libro ænei. ix. Ite per alta dindyma.

Dimocrates cũ .i. latino: & abſq; aliq̃ aſpiratiõe ſcribit: fuit Alexãdri magni architectus: de cui⁹ forma corpore & ingenio Vitrubius in proemio libri .ii. de architectura plura ſcribit: hic teſte eodẽ Vitrubio Alexandro in ægypto Alexandriã metatus eſt: & inſtaurationi tẽpli epheſiæ Dianæ p̃fuit. idẽ teſte Pli. libro .vii. naturalis hiſtoriæ iperatori. Alexan. dixit. Ne quis ipſum alius q̃ Apelles pingeret q̃ Pirgoteles ſculperet: q̃ Lyſippus ex ære duceret. quæ artes pluribus inclaruere exemplis.

Diocles cum .i. latino &. c. exili hoc eſt abſq; aſpiratione ſcribitur: nomẽ eſt uiri proprium: qd̃ interp̃

tari ualet Iouis gloria: hoc est Διὸς quod est Iouis. & κλεδὸς gloria: hic teste Plutar. i uita Romuli Peparethius cognominatur & laudatur historicus.

Diocleus cum. i. latino &. c. exili scribitur: habetq; accetum in penultima: hoc est super. e. & fuit Orsilochi filius: ut in ea dictione uidebimus: hic teste Homero libro quinto Ilia. habitabat i Phæta loco sane insigni: uir rebus omnibus ad uitam idoneis circũfluus: & genus ducens ab Alpheo fluuio: quod li. xv. odysseæ idem poeta confirmauit Δ ὀκλῆϊ σ ϖο τι Δωυαῆοσ ὲρχ ίλοχοιὸ τογαλφείδσ τεκέϖαλα. Et interpretari ualet: Διὸσκλεὸσ: hoc est Iouis gloria.

Dion cũ. i. latino scribit: fuit syracusanus nobilis Hippatini filius: & utraq; Dionysio tranniyde cõplicatus: Nanq; superior ille Dionisius Aristomachẽ Dionis sororẽ matrimonio habuit. Ex qua duos filios Hipparinũ & Nisæũ ꝑcreauit. Totidẽq; filias unã noie Sophrosynẽ: alterã Aretẽ. Quaꝝ priorẽ teste Aemilio probo Dionysio filio eidẽ cui regnum reliqt neptuni dedit. Alterã ipsi Dioni: Hic ꝑter nobilẽ ꝓpinquitatẽ & generosam maiorꝝ famã multa alia ab natura bona recepit: ut ingenitũ docile come & ad optimas artes aptũ: magnam corporis dignitatẽ: magnas itẽ diuitias a patre relictas: quas ipsi tyrãni muneribus auxerat. Ideo a deo Platonẽ amauit. ut se eidẽ totũ traderet. Nec minus eo Plato delectareť. Is deinde a Dionysio filio Syracusis eiectus. Corinthũ cõfugiens: fretus non tam suis copiis: q̃ odio tyrãni maximo aio duabus onerariis nauibus quinq̃ginta annoꝝ imperiũ munitũ quingentis lõgis nauibus decẽ equitum centũq; peditũ milibus profectus: post diẽ tertiũ q̃ Siciliã attigerit: Syracusas introit: & demũ fraude Callicratis cuiusdã athenienſis: qui cum eo ex Peloponneso uenerat interfectus est. Alter fuit Dion Prusæus orator eximius: cui ob eloquentiã Chrysostomo cognomen. fuit.

Diogenes cũ. i. latino scribit: & dicitur quasi Διὸσ: hoc est Iouis genus: fuit teste Diocle sinopæus icesii mensarii filius: quem fugisse aiunt: cum pater eius publice mensam haberet. ac falso pecuniam signaret Eubolides uero in lib. de Diogene dicit ipsum hoc fecisse. s. monetæ falsã signationẽ. Alii putãt eũ sponte patriã reliquisse: Hic ueniens Athenas: ibi Antisthenẽ competit: a quo cũ non reciperetur in disciplinã: nam statuerat neminẽ recipere: pseuerantia illum uicit. Palliũ primus duplex habuit secudũ aliquos: & peram in qua cibos ferebat: Omniq; utebatur ad oia loco: & prãdens: & dormiens: & loquẽs Cum scripsisset cuidã ut sibi cellam pararet: faciente id illo tardius: doliũ pro domo habuit. Aestate in feruida arena se uolutabat. hyeme coopertas niue statuas amplectebatur: parans se his modis ad laborum tolerantiam. Idem quum uidisset puerꝝ concaua manu bibentem abiecit uile uas: quod hẽbat dicens puer me uilitate superauit. Idem cum alium uidisset puerum perfracto uase pane concauo lẽticulam suscipientem: abiecit catinum. Dicebat omnia esse deorum: & sapientes deoꝝ amicos: huius disceptationes cũ Aristippo describit Horatius epistola decimaseptima. Inerat illi teste Laertio suauissimus sermo: acerq; in despiciendis aliis. Nã scholam Euclidis dicebat esse bilem Platonis: auditorũ cõsumptionẽ: dionysia certamina: magna miracula stultorꝝ: Oratores ẽt urbe ministros grãmaticos admirari se dicebat. qui cum Vlyxis mala requirerent: sua ignorarẽt: musicos mordebat: q; cũ lyræ chordas aptarent. animi inconcinnos motus haberent: Mathematicos carpebat: q; solem: lunam: & sydera intuerentur: quæ uero erant ante pedes non curarent: oratorem itidem: q; studerent iuste dicere: non ãt facere. Et alia cõplura: quæ longum esset referre: huic ad solem sedẽti: cum diceret Alexander: pete quid uis: ait noli mihi umbram facere. Et fama fuit referente Laertio Alexandrũ dixisse se uelle eẽ Diogenẽ nisi esset Alexander. Hic deinde cum in Aeginã nauigaret: a piratis cõprehensus fuit: quoꝝ priceps fuit Cerpalus: & Cretam deductus est: ut uenderetur. Cum ãt iterrogaretur quid sciret agere: dixit se scire uiris imperare. Atq; ad ꝑconem inquit prædica quisnam dominũ sibi uult emere. Sedere ꝓhibitus: inquit nil refert: nam pisces quomodocunq; iaceant emuntur. Et cum uideret corinthiũ quẽdam ꝑclara effigie. & habitu ingenuo Xenidem nomine: inquit huic me uẽde: hic domino indiget: eũ digito denotans. Quem Xenides audito & inspecto uiro libentissime emit. Et eum Corinthũ secũ ádducens: filiis suis præceptorem dedit: & omni præfecit domui: ille autem Xenidi eũ sibi parere oportere: quanuis esset seruus: quum & medico & gubernatori quanuis seruis sæpius pareatur: cuius clarissima præcepta ita cõprobauit Xenides: ut sæpe diceret bonus dæmon domum meã intrauit. At ipsi⁹ Xenides filios teste Eubolo in libro qui inscribitur Diogenis uenditio: post reliquas disciplinas. docuit eqtare: arcus intendere: fundas rotare: atq; iaculari: in palæstra tum eos exercebat: gratia tãtũ roboris comparandi & bonæ ualitudinis. Tenebant pueri multa ex poetis & aliis. Tum ex ipso memoriter omnẽ illis Diogenes rationẽ doctrinæ: ut facile memoria tenerẽt breuiter collectam i simulabat domi eos ministrare docebat: leui contentos cibo: ac uili pane & aqua: ad cutem illos tondere faciebat: deducebatq; incompositos: ad uenationes aliquando exercebat. Et quum teste Cleomene in libro de pedagogis necessarii illum redimere uoluissent: fatuos appellauit: dicenes leones nutrimentum nõ esse seruos: sed illos magis leonum. Senuit apud Xenidem: ut Eubolus tettulit: obiitque annorum nonagita & a filiis Xenidæ sepultus fuit: quũ multi alii eius corpus põstulassent. Sed de illius morte uatiæ fuerunt sententiæ: illa tamen magis approbatur: quod desiderio migrãdi uita continendo spiritũ animã exhalarit: De illius sepulchro in dictione Cynicus uidimus. Illius clues æreis eum statuis honorauere: ita subscribẽtes: Senescet tẽpore quidẽ hoc æs: sed tua sane Diogenes gloria obsolescet sæculis. Nã uitæ gloria mortales illustrati per te sunt: facilemq; uiuendi gloriam prætulisti: ferunt quidam dialogos illum fecisse nonnullos: tragœdias septem: & alia pauca. At satyrus quidem affirmat non esse eas Dio

genis. Fuerunt Diogenes quinque. Primus apoloniates physicus eloquens sapiens & Anaximenis auditor: fuitq; tpibus Anaxagoræ. Secundus sycionius: qui peloponesiaca scripsit. Tertius hic. Quartꝰ stoicus ex seleucia: qui babylonius ob uicinitatẽ dictus fuit. Quintus tarsensis quæstionũ poeticarum scriptor: sed de quo intellexit Iuuenalis in satyra quæ incipit. Oibus in terris: quũ dixit Diogenem hominũ errores semper deflere consueuisse: cum democritus contra soleret semper ridere id dubium facere potest: q; apud auctores græcos de cynico nusquam comperi: & forte stoicus fuit.

Diomedes cũ. i. latino scribit: fuit rex Aetoliæ: Tidei & Deiphiles filius: a quo cum apud Troiã uictus fuisset Aeneas: uocauit illũ apud Vir. li. ænei. i. fortissimum danaum. Nã ut dicunt poetæ Aeneã peremisset: ni Venus mater se illius ictibus opposuisset: quæ ab illo uulnerata dicitur ut late rettulit Homerus libro. v. iliados: quod apud Virgilium libro. xi. æneidos: Diomedes ipse fassus est: cum ait.

Hæc adeo ex illo mihi iam speranda fuerunt
Tempore: cum ferro cælestia corpora demens.
Appetiit: & Veneris uiolaui uulnere dextram.

Ver; cum post captã Troiam ad propria rediret: compissetq; Aegialem uxorẽ hortatu Naupli patri Palamedis Cylleboro filio Stheneli hæsisse: uel uerecundia concitus ut quidam ferunt: uel qa ab ea receptus non fuerit: ut alii asserunt nauigio ductus secessit in Apuliã: ubi teste Festo cũ Dauno regni partem sortitus est: dicente Ouidio. li. fastorum. iiii. Et genus œnidum appule daune tuum. Nã Oeneus Tidei pater fuit. Tandẽ excedens. Italia Diomedes in insula propinqua: quæ ab illo diomedea dicta fuit sepultus est. Alter fuit diomedes truculentus rex thracum: qui equos suos aduenarum carne ĩ Tyrida oppido depascebat. Sed tandẽ ab Hercule mactatus iumentis suis in pabula datus est dicente hæc Seneca in Hercule furentẽ. Suisq; regem pabulum armẽtis datum. Ouidius uero libro. ix. metamorphoseon dixit Herculem diomedem mactasse & equos Vnde apud eum dicebat Hercules.

Quid q; Thraces equos humano sanguine pingues.
Plænaq; corporibus laceris præsepia uidi: Visaq; deiecit: dominumq; ipsoq; peremi.

Sane id quoq; ultra rer; historiam aduertendũ est oia nomina græca in es terminata quæ genitiuum pplœnam elocutionẽ: hoc est absq; synaresi in eos mittunt: cũ in illo fit synaresis: In us genitiuũ terminat ut Diomedes hnius diomedios: & per sinaresim huius diomedus: similiter huius Demosthenes: & p sinaresim Demosthenus: faciunt datiuum deinde in ei diuisas syllabas: & p sinaresim in diphthongo cõiunctas: ut Diomedei: & p sinaresim diomedæi cũ diphthõgo. similiter demosthenei diuisis syllabis: & p sinaresim demosthenæi cũ diphthõgo. Accusatiuũ plena elocutione in ea mittunt: ut diomedea demosthenea: q; duæ uocales p sinaresim in unã. e. conuerterũt. Nã apud græcos trãsferunt ĩ. н. sane litterã nos. e. transferimus: ut demosthenea: & p sinaresim apud græcos Δυμοσθενη. Hos demosthene dicimus similiter: diomedea: nos p sinæresim diomede dicimus: quod Virgilius teste Seruio obseruauit: cũ ait libro. xi. Vidimus o ciues diomede argiuaque castra. Nã si diomedem cũ terminatione in n. dixisset: nec latinũ ptulisset: nec græcum. nec uersus staret & cũ nunq; ecthlipsis per. n. litterã fiat Sin uero cum. m. dicat diomedẽ. latinus accusatiuus est: & stat uersus: quia fit ecthlipsis: ut multum ille & terris: Sed obstãt teste Seruio antiqui textus: qui diomede cum solo. e. habẽt: quod rectissime stare potest seruata declinatione græca: cuius Virgilius sæpissimæ obseruãtissimus fuit.

Diomeda cum. i. latino: & absque aliqu diphthongo scribit: fuit teste Homero li. ix. iliados Phorbantis filia. quam lesbo Achilles dum esset i bello troaino adauxerat. hæc eodem teste post ablatam ab Agamemnone Briseida cum illo dormire consueuetat.

Dyomeropus cũ. y. græco &. o. ante. p. scribitur fuit teste Homero li. ii. iliados Adrasti pater & amphii

Dione cum. i. latino scribitur: fuit teste Hesiodo in theogõia una ex nymphis filia Oceani & Thetyos. quæ teste Seruio cum puella esset formosissima a ioue dilecta & compressa fuit. Illique Venerem peperit. Idẽ Homerus libro. v. iliados confirmare uidetur: cũ illo referente Venus eam matrem semper appellet: atq; itidem illa Venerem filiam. Sed id confundẽtes poetæ pro Venere sæpe eam posuerũt dicente Ouidio libro fastorum. v.

Hyppollite fœlix uelles coluisse dionem.
Cum consternatis diripereris equis.

Et a dione dionæus cum. æ. diphthongo deducitur. Virgilius in bucolicis. Ecce dionei processerir cæsaris astrum: & Vir. li. iii. æneidos. Sacra dionææ matri. i. Veneri.

Dyonisius prima & ultima cũ. i. latino: antepenultima uero cũ. y. græco scribitur fuit Bacchi ppriũ nomẽ: & cõpositũ ex dios & nysa urbe inter Arabiã & ægyptũ: q; iouis nysius. Nã ut ait Diodorus siculus libro historiar; quinto: Barbari quidẽ huius sibi dei genus uẽdicauere: ut ægyptii: qui illũ Osiridẽ deũ suum fuisse asserũt: quem & oẽm circuisse orbem: & docuisse plantare uites: & uini repertorẽ fuisse dicunt: atq; deinde a græcis dionysium uocitatum: Indi similiter apud senatũ fuisse cõtendunt. Sed græci ex Semele filia Cadmi natum dicunt: quæ cũ ex ioue pregnãs esset: rogauit illum ut secũ prout cũ iunone assueuerat coiret Iuppiter maiestate dei assumpta cũ tonitribus ac fulgure ad eã descendit illa uero pgnans: Cum neq; tontrui neq; fulguris uim ferre posset filiũ aborsa igne expirauit. Infantẽ Iuppiter Mercurio dedit ad antrum Nyse urbis ut dixit Homerus in hymnis quod inter Arabiam nilumque est deferendum: a nymphisq; omni studio curaque educandũ: unde a ioue nysaque Dionysiũ

dixerunt. Itaq; nutritū a nymphis aiunt: uini uineæq; extitisse auctorē. Orbem quoq; ferme p ambulā tem: multas regiones addidisse domesticas ac pterea maximis apud oēs honoribus celebratū: nā quo rū regio uites ferre non posset: potū exordeo docuisse conficere non multū a sapore uini distantē. Ad dūt & teste pfato Diodoro illū peragrādo orbē exercitū secum duxisse nō tātū uiroꝝ sed etiam mulie rū Vñ & multis græcis urbibus triennio bacchides mulieres cōueniūt: apud ꝗs de more uirgines thyr sum ferunt in honorē dei bacchantes: eiq; p cœtus sacrificantes: postremo memoriam menadū q̄ ferū tur: illi deo astitisse hymnis & cātu renouāt: Sustulit eodem auctore Diodoro & oēs impios qui i orbe erant: sed maxime Pentheū atq; Lycurgum: dicitur ēt primus boues ad iugū iūxisse: quoꝝ opera ube riorem & nitidiorem frugē semina produxisse: q̄ ex re illū cum cornib⁹ poetæ fixerunt: ferunt & illum deliciis deditū molli corpore ac pcæteris decoro: tradūtur & musas uirgines cū eo pfectas doctas psal lere: & bonis artibus eruditas: quibus deus ipse oblectabatur: secutusq; est illum Silenus pedagogus il lius ac nutritor: optimorumq; institutor studioꝝ. Plurimum Dionysio ad uirtutē & gloriam, resq; belli cas profuit: armis bellicis. i. pugna utebatur: & pardalorum pellibus pacis tpe & diebus solennibus: ue stes gerebat floridas delicatas atq; molles: & multa de illo Diodorus diuersis i libris pſequtur. Sed hæc rantū tetigit: q̄ a poetis nostris tangi non consueuerunt. Alius fuit Dionysius Siciliæ tirannus: qui sy racusanus cognominatus est: cuius quidem origo ab historicis: quos legi subticetur: hic teste Corne lio nepote manu fortis & bello peritus fuit: & id quod in tyranno nō facile reperitur minime libidino sus: nō luxuriosus: non auarus: nullius rei deniq; cupidus: nisi singularis perpetui imperii: obeāq; rem crudelis. Cuius filius similiter Dionysius in tyrānide succesſit: uir omni turpitudi e repletus: qui tandē teste Cicerone li. iii. quæstionū tusculanaꝝ Syracusis pulsus: Corinthi pueros docuit: sicq; imperio ca rere nō potuit. de quo Ouidius libro. iiii. de ponto ait.

Ille syracusia modo formidatus in urbe. Vix humili duram reppulit arte famem.

De quo Iustinus li. xix. sui epitomatis tractauit.

Dipelus cum. i. latino & unico. l. scribitur: fuit Scyli frater: & ambo teste Pli. in creta insula geniti medis imperantibus: hoc est prius q̄ Cyrus in Persas regnare inciperet Olympiade circiter quinquagesima ii. eodem Pli. teste primi omnium marmore sculpendo inclaruere.

Dipsas cum. i. latino sequente. ps. scribitur apud nos dicitur sitis: & ponitur a græcis & latinis pro serpē te e genere aspidum: cuius morsu incredibilis inducitur sitis. Vnde Lucanus li. ix. In mediis sitiebant dipsades undis: de quo plura habentur in eodem libro.

Diphthongus prima cum. i. latino: sequens cū. ph. &. th. aspiratis scribitur: & est diphthongus duaꝝ uo calium uim suā seruantium in eadem syllaba complexio: ut æs: præs: & similes. Nam si iudex aut uolo dicimus: cū nec. i. in prima nec. u. in secunda sonū suum conseruet: diphthongū non fecimus: & com ponit̄ diphthōgus ex dis q̄ nobis dicit̄. & φθογγος qui uocalis est sonus. Sunt igitur latinæ eloquē tiæ diphthōgi quattuor: quibus nostri auctores in scriptura nostra usi sunt. uidelicet. au. æ. eu. œ. pter nōnullas græcas: quas quinq; scripserūt: ut in pceptis ostendimus: ex barbaris uero acceperūt: nōnulli poetizātes ai: ut Cainaldus raimūdus Aimo. Itē uo: ut Voldericus. Itē ui: ut Vilielmus Vido: qbus mo derniores. g. pponere consueuerunt: ac dicere Guilielmus Guido: sed his omissis solū ad eas: qbus an tiq poetæ linguæ nostræ patroni utuntur: redeundū duximus. Ex illis igit̄ qttuor hæ duæ. au. eu. nullā in scribendo ambiguitatē ingerunt: sed litteris suis ut proferunt̄: sic quoq; & scribūtur. Sed id sane du bium nōnunq̄ efficit: qd̄ diphthongus in illis litteris aliq̄do esse uidetur cū diuisæ sint & seperatæ syla bæ: nec ulla mihi est diphthōgus: ad qd̄ utiq; discernēdum hæc subiici regula ualet: Vbicūq; .a. uel. e. i oibus ātē us finalē repiunt̄: fere ubiq; .a. &. u. uel. e. &. u. ab iuicē sunt diuisæ: ut Nicolaus Archelaus: al ueus cæreus. excipiunt̄ in latinis dictionibus laus: fraus: heus: ī quibus diphthōgus est. In græcis uero ro dictionibus nōnunq̄ mutatione illoꝝ in similibus dictionibus diphthongos i fine habemus: ut Or pheus. Virgilius ī bucolicis: Orpheus in siluis: inter delphinas orion. Simili mō Tydeus. Et hæc de au & eu diphthongis dicta sufficiant. Porro de. æ. &. œ. diligentius differendum est. Nā cū hæ diphthōgi prolatione discerni neq̄ant: scribuntur. n. & nō nisi sono ipsius. e. proferuntur: difficultatē non paruā q̄doq; cum in scriptura hoc est q̄do scribi diphthōgus: uel nō scribi debeat: tum ēt in tpe igerunt: hoc est an longæ sint uel breues esse possint. Sed de scriptura primitus prosequentes de tpe in fine tracta turi huius differemus. Ois igit̄. æ. diphthongus aut principalis est dictionis syllaba: ut æquor: aut fina lis ut musæ: aut media ut coæuus. de principali uero & media hoc est diphthōgo signari habēt: genera lis regula dari nō potest. At de finalis quoq; regula datur. Ois genitiuus singularis nominis in pria de clinatione: datiuus singularis & nominatiuus: ac uocatiuus pluralis. æ. diphthongo terminātur. Quæ sane regula nunq̄ falit: & hæc de. æ. diphthongo at de. œ. hoc quoq; generaliter annotari potest. Nullā sane: dictionem. œ. diphthongo scriptura recta aut probatione terminari posse: sed supra ī medio: aut principio dictionis compiri. De qbus diximus cum generalis regula dari nō posſit latinas quasdam di ctiones per alphabetū annotabimus: quæ in initio uel medio suo ordine diphthongantur Nā græcaꝝ quoq; dictionū orthographiā in toto nostro uolumie explicabimus. Nec ex græcis hoc i loco nisi pau culas illas tātummodo cōtingemus: quæ in frequentiori latinoꝝ usu habentur. Ae diphthongus an te. a. in latinis dictionibus comperi non potest. In græcis uero reperitur: ut æs: quod nomen est propri um fluuii: ut supra uidimus: similiter ante. b. &. e. eadem diphthōgo nō utimur. Nec ante. f. reperitur.

Non etiam ante.h.i.k.&.p.nec etiam ante.o.i latinis dictionibus illã habemus.In græcis uero utimur Aeolus:& ab eo descendentia. At ante alias litteras comperiri ualet:ut per ordinem ostendemus:

Aedes cum.æ.diphthongo scribitur:& ab edo uerbo,quod sine diphthongo ẽ teste Varrone & Seruio trahitur:eo ꝙ in illa sacrificantes edere consueuerint.Nam teste Seruio super secundum georgicorũ quædam sunt nomina quæ in initio diphthonganť:& a uerbo non diphthongato descẽdunt:ut ædes & æsculus:quæ cum.æ.diphthongo scribũtur:& ab edo uerbo.cuius prima breuis est:& sine diphthõgo scribitur:descendunt.Similiter cælatum quod est absconditum cum.æ.diphthongo scribi dicit: & a celo celas sine diphthongo asserit deriuari.Significat autem ædes i singulari templũ:ut Cicero Philippicarum libro primo ex eo inquit die'qno in ædem Telluris conuocati sumus:in quo templo quantum in me fuit ieci fundamenta pacis.In quo templo dixit id est in qua æde Telluris:& fere semper cũ adiectione profertur:ut in æde Iouis:Mercurii:Mineruæ:in æde Concordiæ:Telluris:Honoris: Virtutis in æde sacra. At in plurali secundum adiectionem :& priuatã domum significat:& tẽplũ:ut ædes meas :ædes Marcelli nõ aliter quam pro domo mea:& domo Marcelli accipere possumus:etiã si egregias aut pulchras ædes:aut absolutæ ædes nos dicimus domum tantũmõ designare solemus:Vt Vir. libro georgicorũ primo: Mane salutatum totis uomet ædibus undam.Si uero addimus aliquid ad religionem spectans:ut si i purali etiam dicimus sacras ædes:aut deorum ædes:aut nympharum ædes: templa plura annotamus.Lucretius de Ioue loquens sic ait:Ipse suas ædes disturbat:quod perinde ẽ ac si dixisset.Iouis diuersas ædes.Horatius uero in tertio carminum:pulchre significauit dicẽs delicta maiorum immeritus lues Romanæ donec refeceris ædesq; labẽtes deorum & fœda uirgo simulacra fumo. Quare dixit Paulus iurisconsulto titulo de ruina incendio & naufragio ædium appellatione oẽs species ædificii continentur.Sane edo uerbum a quo deductam ædem diximus:sine diphthongo scribi notauimus :siue græcum illud sit:& tunc idem quod comedo significat:siue latinum esse dicatur:& tũc ex e præpositione & do componitur:nec comedere sed extra dare siue præbere designat. Vnde libros edere dicimus cum illos publicamus.

Aedituí simili modo scribitur:& ab ædibus sacris quas tuentur appellati sunt:non a priuatis.

Aeditimus cum.æ.diphthongo scribitur:& cum.m.ante us scribiť:uerbum quoq; latinũ est teste Gellio libro.xii.noctium atticarum:& uidetur ea forma dictum qua finitimus & legitimus. Et is dicitur q ædibus præest:sicut claustritimus a Prothesilao dictus est qui claustris ianuæ præest. Vnde i exemplaribus fidelissimis.M.Tulli in Verrem scriptum se inuenisse dixit Gellius æditimi: custodesq; mature sentiunt:licet in uulgaribus libris æditui comperiri dicat.Et inde uerbum æditimor Põponius in atellana:Quipostquam tibi appareo atq; æditimor in templo tuo.

Aedituentes:Lucretius teste Gellio libro.xii.in carmine suo pro æduitis appellat.qui illis curãdis ꝓpositi erant:q̃ a priuatis.Vnde Pomponius iurisconsultus de origine iuris iquit:Aediles duo explebe cõstituti sunt qui ædibus præessent:in quibus omnia scita sunt plebs deferebat:& ab eo deriuata eodem modo scribuntur:ut ædilitas:ædilitius & similia.

Aedifico & ædificium simili modo scribuntur.

Aeger cum.æ.diphthongo scribitur.& ab ago uerbo cata antiphrasim deduci perhibetur:eo qđ ægrorum fit actione uacare:uel potius ab eo quod acrius agit ex infirmitate. Quin & ab eo descendentia simili modo scribuntur:ut ægroto ægrotus ægritudo.

Aedepol cum.æ:diphthongo scribitur:& aduerbium ẽ iurandi:quasi per ædem Pollucis.

Aegi cum.æ.diphthongo scribitur:& est præteritum ab ago formatum.

Aemulor cum.æ.diphthongo scribitur:& ab amo oriri:ac ab eo primam uocalem diphthongi trahere perhibetur:quod sane iure factum uidetur:quum pro amare ponitur:Sed cum pro inuideo uel sequor poni dicitur:cata antiphrasim ab amo deriuatur.

Aeneus cum.æ.diphthongo in prima scribitur:& ab ære trahitur:de quo in sua dictione uidebitur.

Aenũ diphthongũ similiter exigere posse uidetur:quia ab ære mõ consimili deriuatur:Sed diuisis litteris semper a nostris poetis & tota ꝓfertur:Horatius:Sub noctem gelidam lignis calefactat ænũ. Nãq uas est æreum in quo aqua calefieri seu bulire dicitur. Virgilius libro georgicorum secundo. Aut foliis undam tepidi despumant aheni. Quod Gellius per interpositam aspirationẽ uidelicet aheni a Virgilio emendatum fuisse refert:ut in sequentibus uidebimus:cum de media aspiratione uidebimus.

Aequus.i.iustus & planus cum.æ.diphthongo scribitur:& ut quidam perhibent ab aquæ similitudine tractum fuit:eo ꝙ elementum illud supra cætera æquam habere superficiem uideatur. Vnde æquitas æqualitas & æquo æquas uerbum:atq; ab eo composita cum diphthongo scribũtur:ut æqueparo.æqualeo.& similia. At equus quod animal est absq; dubio sine diphthongo prorsus scribitur.

Aequor cũ.æ.diph. scribitur:& modo consimili ab aqua originẽ ducit. Sed teste Varrone ꝓpterea per æ.diphthongũ notatur:quod æquam habet superficiẽ. Vñ dicimus æquora cãpi:& æquora põto.

Aequinoctium cum.æ.diphthongo scribitur:quia ex æqualitate noctium dicitur.

Aero æras uerbum cum.æ.diphthongo scribitur.& ab obliquis eius nominis:quod est æs æris descendit Vnde etiam est aliud uerbum subæro subæras :quod simili modo cum.æ. diphthongo scribitur. Persius in satyra Vatibus hic mos est inquit.Nequa subærato mendosum tinneat aurum.

Aerariũ cũ.æ.diphthongũ scribiť:& est æris repositoriũ:hoc est nũmoꝝ simulq; reꝝ ꝑciosaꝝ atq; opũ:

de quo late in dictione Rõa uidebimus. Et ide ærarii tribuni: q̃ teste Festo a tribuẽdo æri sũt appellati
Aeripes licet ab eo quod est aer & pes cõponatur: a Virgilio tamen illud. a. & illud. e. in diphthongo coniunguntur: cum ait libro æneidos. Fixerit æripidem ceruam: licet aut erymanthi.
Aes æris cũ. æ. diehthõgo scribit̃: qđ. M. Varro abesse: alii ab auri similitudie dictũ putãt. Nõnulli a græco αἰα: qđ est terra: Sed a quouis horũ oriat̃: liquet quod ab eo primã uocalẽ diphthongi contraxit.
Aestas & æstus: æstiuus q̃: & uerbũ æstuo cũ. æ. diphthongo scribuntur: & ab areo ueniunt: a quo primã diphthongi uocalẽ assumunt. Accipit̃ tamen aliquando æstas pro uere: ut Virgi. li. georgi. iii. Incipiens tabulis edico ĩ mollibus herbas carpere oues: dum mox frondosa reducit̃ æstas. Sane æstus: qa cõmotionem quandam inducit factum fuit: ut etiam commotionem quandam aquarum designaret.
Aesculus cũ. æ. diphthõgo scribit̃: arbor est grãdifera cui⁹ fructu cũ ĩ priæua ætate hoies uescerent̃: ab e qđ ẽ comedo: licet sine diphthõgo primã hẽat & breuẽ deducit̃: ut supra uidius ĩ dictione ædes.
Aetas æternus & æternitas cum. æ. diphthongo scribunt̃: & oriri ab æuum Apulegius grammaticus at testatur & per sincopam dicitur ætas quasi æuitas.
Aeuum cum. æ. scribi in dictionibus græcis ostendimus. Atq̃ teste Apulegio ab ἀεὶ latini traxerũt. u. quoq̃ interiectãtes hiatus causa.
Amœnus cum. œ. diphthongo in penultima scribitur: & teste Festo ab amãdo deducitur. Vnde amœna inquit loca sunt quæ ad se amanda alliciant. Seruius uero ab a. quod est sine: & mœnio quod est munio & fructum capio: qui locus est iucundus: & sine fructus captione.
Arcæra cũ. æ. diphthongo scribit̃: & ab arca deduci uidetur. Nã lex erat. xii. tabularũ in hæc uerbã: Si in ius uocat: si morbus æuitasue uitiũ extitit q̃ ĩ ius uocabit iumẽtũ dato: si uolet arcærã sternito. subdit Gel. li. xx. noctiũ atticarũ: Iumẽtũ quoq̃ nõ id solũ significat qđ nũc dr̃: sed uectabulũ ẽt qđ adiũctis pecoribus trahebat̃ ueteres nr̃i iumẽtũ a iũgendo dixernnt: arcæra ãt uocabat̃ plostrũ tectum undiq̃ & munitũ: quasi arca q̃dam magna uestimentis instrata q̃ nimis ægri aut senes portari cubãtes solebãt.
Bælua cum. æ. diphthongo scribitur: & ut quidam ferunt a uastitate: alii a ualentia: alii a balatu deriuatum existimant: itaq̃ a quocunq̃ sit a principali primam uocalem traxit.
Blæsus cũ. æ. diphthongo scribit̃: & a blactero natũ ferũt: de quo supra in dictione blacterare diximus.
Cæcus cum. æ. diphthongo in prima scribitur: dicitur quasi ceptus oculis: uel ut alii uolunt quasi carẽs luce: atq̃ ideo per. æ. diphthongo notatur..
Cædo p̃ incido qđ in p̃terito facit cecidi p. æ. diphthongũ ĩ p̃senti scribitur ut a cedo alio uerbo differat qđ est locũ do. & in p̃terito facit cessi: & licet teste Prisci. li. i. diphthõgus in p̃senti uerbo posita nũq̃ in p̃terito cõmuteẽ: ut hæreo hæsi: audio audiui: mœnio mœniui: excipitur cædo qđ in p̃terito absq̃ diphthongo facit cecidi: & ipsã. e. corripit atq̃ penultimã producit: ut in sequẽtibus uidebimus. Sane cedo qđ ponit̃ p̃ dic qđ absq̃ diphthõgo scribit̃ & primã hẽt breuẽ. Iuue. in satyra Credo pudcitiam: post minor ẽ credas aliã: cedo si breui parui Sortita ẽ lateris spaciũ breuiorq̃ uidet̃ uirgine pigmæa.
Cælo p̃ sculpo qđã latinũ esse uolunt: & cũ. æ. diph. scribi ut differat a cælo qđ est abscõdo: & sine diphthongo scribit̃: alii uero a græco qđ est κοιλον: & significat cõcauũ deruari uolunt: qa. s. id necessario ĩ sculptura exigit̃ & ob id cũ. œ. diph. scribi uolũt: ut supra uidimus in dictione cœlũ cũ. œ. diphthõgo
Cælum similiter cũ. æ. diphthongo plures scribunt: & dictũ aiunt e o q̃ sit cælatũ. i. syderibus sculptum Varro aũt de lingua latina scribit cælum dictũ a cauo quod si a græco quod est κοιλον intelligere uoluit: cũ. œ. diphthongo scribi debet. Sin uero a latino uerbo cum. æ. diphthongo scribendum est.
Gælsus cum. æ. diphthongo scribitur: & a cælo dictum asserunt. i. altus & sublimis.
Gælebs cum. æ diphthongo scribitur: & is est teste Prisciano qui cælestẽ uitam ducit: ubi. b. pro. u. cõsonãte in ultima apponi dicit: qa. u. cõsonãs ãte aliã cõsonãtẽ locari non põt. Simili mõ Festus cælibẽ ĩquit dictũ existimant qđ cælo dignã uitã agat: in quo sane hi nõ significationẽ expr̃isse uident̃: sed etymologiã eo mõ quo apud Quintilianũ li. i. de institutiõe oratoria igeniose inqt uisus est Caninius cælibes dicere uelut cælites qđ onere grauissimo uacãt: idq̃ græco argumẽto innuit ἀτεκνος enĩ eande causã dici affirmat. Nec cedit modestus inuẽtione: Nã qa cælo Saturnus genitalia abscideri̇t hoc noie appellatos q̃ uxore careãt ait. Itaq̃ ut ex auctorib⁹ cõcœpimus cælebs tamẽ q̃ caruit semp uxore: q̃ q nũc caret. Vñ cælibatus Plautus in cassina: Sed uir̃ nũc te cælebẽ esse magis libertũ an maritũ seruũ ætate degere. Idẽ in mercatore: Si quẽ inqt scribim⁹ seu maritũ seu hercle adeo cælibẽ scortatier. Horatius epistola. i. Nil ait eẽ prius melius nil cælibe uita. Si nõ est iurat bene solis eẽ maritis. Suetonius ĩ Galbæ uita: Veṛ amissa uxore Lepida duobusq̃ ex ea liberis mãsit in cælibatu: neq̃ sollicitari ulla cõditiõe amplius potuit: ne Agrippinæ q̃dẽ uiduitate morte Domittii: quæ maritũ quoq̃ adhuc necdũ cælibẽ Galbã abeo oĩbus sollicitauerit modis. Itẽ in Claudii uita: Cõfirmauitq̃ p̃ cõcione apud p̃tores anos quoniã sibi matrimonia male cederẽt: pmansur̃ se in cælibatu: ex q̃bus oĩbus & q̃plurimis exẽplis constat cælibẽ & maritũ relatiua eẽ ut apud Quintilianũ nam clarus an obscurus magistratus an priuatus: ciuis an peregrinus: liber seruus: maritus an celebs: parens liberorum an orbus sit.
Cæpe cum. æ. diphthõgo scribitur: & a capitis magnitudine ductum dicitur. Vnde primã uocalẽ diphthongi teste Apulegio assumpsit.
Cæpi præteritum. eius uerbi quod est capio cum. æ. diphthongo scribitur: quin & alia ab eodẽ præterito descendentia uel composita: ut cæptus: incæptus: decæptus. præceptor: & similia: quæ a præsen-

eius uerbi primam diphthongi assumunt. At cœpi con. œ. diphthõgo a cæpio uerbo formatur: quod apud antiquos erat in usu: & incipio designabat.

Cæra cum. æ. diphthõgo a nostris scribi consueuit: q̃q̃ græcum sit: & secundum græcam orthographiã absq; diphthongo scribi debeat: ut supra in dictione æthica late uidimus. Alii uero latinũ putant: & a careo deduci uolunt: eo q; melli careat perfusione: & ob hoc cum diphthongo scriptari asserunt.

Cæsaries cum. æ. diphthongo scribitur: & a creba cæsione deducitur.

Cæsar cum æ. diphthongo scribitur: & a cædo uerbo deducitur. hoc ẽ a cæsa matris aluo. Nã teste Plinio li. vii. naturalis historiæ. Qui primus in ea familia sic dictus est excæso utero sic tractus fuit. Itaq; cæsus cæsura cæsarianus cæsarius cæsones: & similia cum. æ. diphthongo scribuntur: Sane teste eodẽ Pli: & in eodem libro animi uigore prestantissimus. C. Cæsar dictator fuit. Et ut pergit nec uirtutẽ cõstantiamq; nunc commemoro: nec sublimitatem omnium capacem: q̃ cælo cõtinentur: sed pprium uigorem: celeritatemq; quodam igne uolucrem: scribere & legere simul dictare: & audire solitũ accepimus: Epistolas uero tantarũ rerum quaternas librariis dictare: aut si nihil aliud ageret septẽas dictare. Idem signis collatis quinquagies dimicauit. Nam pter ciuiles uictorias undecies centum & nonaginta milia hominum occisa prælijs ab eo non equidem in gloria posuerim tanta etiam coacta humani generis iniuria quod ita esse confessus ipse est bellorum ciuilium stragem non prodendo.

æter cætera cæterum cum. æ. diphthongo scribi consueuerunt: & ab alter altera alterum deduciq̃dã putant alii uero sine diphthongo scribi uolunt: & a græco trahi asserunt: quod est ΕΤΕΡΟΣ Ε ΤΕΡΑ ΕΤΕΡΟΝ in quibus cum apud antiquos græcos aspirato in uetsu scriberetur: quæ similitudinem nostri cõtinet putaerunt quidam. c. nostrum esse & cæter cætera cæterrũ rraduxerunt ut uel alii dicunt secũdum literaturam græcam in masculino cæterus quod in usu non est.

Cæmeus cum. æ. diph. a multis scribit: & claritate mẽtis dictũ phibẽt ab aliis uero q̃si cælo mẽsiter ptat

Cœnum cum. œ. diphthongo ex deriuatione Prisciani scribitur quia a uerbo κοινῶ quod est inquino trahitur: ut supra uidimus cum de syllabis in. b. tractaremus.

Cœpi uerbum defectiuum: uel ut alii dicunt pteritũ huius uerbi cœpio: qd̃ iã nõ nisi in pterito ẽ in usu & p icipio & icœpi capit: cũ. œ. diphthongo scribit Sane futur tps teste Festo ptulit Cato cũ inquit: Cœpiã seditiosa uerba loqui. Et pgit Festus inuenit quoq; apud maiores & infinitiui modi cœpere.

Fæcundus cum. æ. diphthongo scribendum dicunt: & a facio originem duci uolunt: eo q; faciat fructũ Alii tunc tantum diphthongum scrbendam asserunt: cum de sensilibus dicitur. Cum uero ad insensibilia fertur: differentiæ causa carere diphthongo.

Fæx cum. æ. diphthongo auctore Prisciano scribitur: quod ideo fit teste Apulegio grãmatico ut i datiuo dissideat a pterito uerbi facio: quod sine diphthongo scribitur feci.

Frægi præteritum deductum a frango: cum. æ. diphthongo scribitur.

Frætus pro sustẽtatus cũ. æ. diph. scribi dixit Apulegius: ut in obliqs differat a freto: qd̃ mare designat.

Frænum cũ. æ. diphthongo scribitur: & a frangendo equor aut aliorum animalium ora deducitur.

Fræsus cum. æ. diphthongo sequente unico. s. scribitur: a frangendo similiter dictum uolunt quasi fractus sit: unde faba fresca. i. fracta.

Fœlix cum. œ. diphthongo scribitur: & ut quidam putant a fœnus deducitur. conuersione. n. in. l. q̃si beatus: hoc est diues & fœnere plenus: qui fœnix est esse dicatur. Vt uero ĩ ãtiquis iscriptionibus prosperximus semper sine diphthongo scribitur.

Fœdo cũ. œ. diph. scribit: & ut qdã putãt ex foras & edo: qd̃ est manifesto cõpositũ: & in diphthongũ redactũ fuit: eo q; oia fœda siue animi siue corporis foras edant: unde apte Vir. i. vii ænei. Impulerat ferro argolicas fœdare latebras: q̃uis Seruius lacerare expõat. ego foras dare. i. aperire interprare & manifestare. Rursus & fœdũ Seruius ipse aliq̃do crudele dixit apud Virgiliũ & Salustiũ significare: non turpe: Sanguine fœdantẽ quos ipse sacrauerat ignes. & Salustius fœdi oculi: qd̃ ego ex secundaria q̃dã significatione posse fieri. ut in multis aliis nõ cõtenderim. ae. n. q̃ crudelia & nefaria sunt ipsa crudelitate fœda & maculosa dici possũt: ut miro epithetho in. iiii. carminũ expssit Horatius Mox & lex maculosũ edomuit nefas: ubi Acron exponit. quia ex nefariis rebus muculæ nascũt. i. fœdationes.

Fœdus cum: œ. diphthongo etiam in alio significato a superiori scribitur: sed quia longam primã habet: & a uerbo ferio quod habet primã breuẽ deducit: scripserũt auctores nostri fœdus cum diphthõgo. Idque ex primo fœdere factum est. quo teste Liuio libr. i. ab urbe. Vetustior fœderis memoria nõ est. Nam tuncque porcum cum hoc carmine: nt idem rettulit ferierunt: Iuppiter audi sine dolo malo utiq; ea hic hodie rectissima intellecta sũt: illis legibus si prior populus romanus defecerit publico cõsilio dolo malo tu illo die Iuppiter populum romauum sic ferito. Vt ego hunc porcum hic hodie feriam tanto magis ferito: quãto magis potes polleq;. Id ubi dixit porcum saxo silice percussit Vnde Virgilius in octauo ænedidos: Stabant & cæsa firmabant fœdera porca. Et magis cum diphthongo. æ. q̃. æ. scribi placuit: ne a facio deductum putaretur

Fœmina cum. œ. diphthongo ab antiqs nostris sp scriptũ cõperit: deducitur q; a uerbo fœto fœtas. i. pario paris uel genero generas: qd̃ similiter cũ. œ. diphthongo: ut infra uidebimus: scribitur Reperitur ẽt in plurali fœmiua generis neutri: cuius nominatiuus singularis fœmẽ in usu nõ est: & significat partẽ illã inferiorẽ coxæ meliorem q;: quæ retro habetur cũ anteriorẽ femora absq; diphthongo dicãtur

Liuius li.xxii. Quosdã ĩq̃t & iacẽtes uiuos succisos fœminibus poplitibusq; ĩuenerũt a quo cõficĩ no mẽ fœmialia.i.femoralia.Nã utrũq; ꝑ.bracchis scriptũ cõpi. At coxa ps supra femora dicĩ uertebrũ que ipm:qđ quotiẽs uiciatũ est:aut os illud qđ in uertebro uoluĩ fractũ:coxa uiciata fractaue dicĩ.
Fœnus cum.œ.diphthongo scribitur:& a fundo quod cũ.o.fundo apud antiquos dicebatur:nomẽ as sumpsisse perhibẽt.Nã proprie Prouẽtus ẽ ex naturali terræ fructu.Postea uero ad usurã translatũ:q̃si pecũia per se fructũ producat:sicut terra:ut Lucanus:hinc usura uorax auidũq; in tpe fœnus. At Mar cus Varro teste Gel.li.xvi.Noctiũ atticaq; a fœtu ductũ putauit:& quasi a fœtura quadã pecũiæ partu rientis atq; icrescẽtis:Et inde fœnerator atq; fœnero uerbũ:q̃ eodẽ mõ scribunt & sub eisdẽ significa tionibus Horatius in epido:Hecubi locutus fœnerator Altius Oẽm redegit idibus pecuniã: Quærit calendis ponere.Et dicimus fœnero tibi:sicut mutuo tibi unde qui fœnerat:pecuniam dat ad usuram cui uero fœneratur:pecuniam ad usuram accipit:sicut quĩ mutuatur:pecuniam accepit.
Fœnum cum.œ.diphthongo scribitur:a fœnus deducitur:cũ nil aliud sine alq̃ cura tãtũ fœnus ꝑbeat.
Fœtus cũ.œ.diphthõgo scribĩ:dicitur id uiuum quod ex mulieribus uel pecoribus nascitur & a foueo uerbo descendit.Inde etiam fœtura.i.genitura:quæ pro toto animaliũ prouentu poni consueuit. Vir gilius ĩ buccolicis.Si fœtura gregem suppleuerit aureus esto.Vnde fœto fœtas uerbũ pro eo quod ẽ gigno & pario deductũ est.Et inde fœta uocatur tam quæ pregnans est q̃ quæ peperit.Virgilius ĩ Ti tyro:Non insueta graues tentabunt pabula fœtas.Idem in.viii.æneidos:Fecerat & uiridi fœtam ma uortis in antro procubuisse lupam:Iuuenalis in satyra:Plurima sunt fuscine.patrem ipsum turbamq; casæ:qua fœta iacebat Vxor:& infantes ludebant quattuor unus Vernula tres domini.
Gæsa per.æ.diphthongũ & unicum.s.scribitur:genus est iaculi.
Græcus cũ.æ.diphthongo & omnia ab eo descẽdẽtia scribũtur. De qua dictione cum suis deriuatis: quia græca est:insequentibus late uidebimus.
Hæc cum.æ.diphthongo a nostris scribitur:& ut quidam exstimãt a græco huiusmodi dictio ortum ha buit.Nam ubi nos hac dictione utimur.illi.ʜ.aspiratum scribunt:quare per adiectionem.c.& cõuersi onẽ ipsius.ʜ.græce litteræ:quæ apud illos semper producitur in.e.nostrum quod ut cognoscat semp productum diphthongum apposuere:ut in nõnullis aliis dictionibus quandoq; fieri diximus. Alii ue ro non ab.ʜ.græco:sed ab hic masculino formari exstimãt per cõuersionem scilicet.i.breuis in.e.bre uem. Vnde nec diphthongari illam uolunt:cui sententiæ Priscianus assentiri uidetur dicẽs absq; om ni exceptione pronomina in.c.desinentia breuiari. Quod uero apud auctores interdũ reperiuntur ꝑ ducta:hanc asserit esse causam ꝙ cum geminato.c.scribebantur. Sed quia nescio quo pacto id fieri po tuisset:ideo non placet:cum semper hæc longa inueniatur.
Hæ nominatiuus pluralis cum.æ.diph.scribitur & a græco transfertur apud nos.oi.cum aspiratione & diphthongo similiter scribitur:quã nos in.æ.nostrã semp cõuertere cõsueuimus:ut supra ostẽdimus.
Hædus teste Varrone de origine linguæ latinæ quibusdam placuit per.æ. diphthõgum scribi:ut a uer bo edo in quibusdam suis casibus discreparet. Aliis uero uisum esse ait:ut aspirationis nota hãc differẽtiã faceret.Et ob id maxime ꝙ sabini a quibus romani hoc nomen habuerunt fedus absq; diphthõ go dicebant:Certũq; esse ait romanos ipsum.f.sabinorum ĩ aspirationem solitos fuisse cõuertere.Nã ubi sabini fircus romani hircus:ubi illi uefere romani uehere protulere.de quo late supra uidimus cũ de aspiratione &.f.littera atq;.u.tractauimus. Varroni uero ad uberiorem differentiam magis placet per aspirationis notam:& per.æ.diphthongum hædum annotare.
Hæreo cũ aspiratione principii &.æ.diphthõgo in prima scribitur:& ꝓpterea aspirari placuit & diph thongari quoniã in secunda ꝑsona singulari ꝑsentis impatiui modi uidelicet hære neq; sola diphthõ gus neq; sola aspirario sufficere poterat ad differentiã.tũ ꝓp ablatiuũ eius nominis æs æris qđ facit ab hoc ære cũ diphthongo & sine aspiratione:tum ꝓp uocatiuum alterius nominis herus heri qđ facit o here cũ aspiratione scilicet & absq; diphthongo. Significat enim hærere nonnunq̃ dubitare & hæsita re.Iuuenalis in satyra:Credo pudicitiam:Dic Quintiliane colorem hæremus.i.dubitamus.
Hæros cum.æ.diph.scribitur:& ab hæreo ut omnes phibẽt deriuatur eo ꝙ ulteri bona hærere dicant.
Hæsito cum.æ.diphthongo scribitur:& ab hæreo descendit.
Læci cũ.æ.diphthongo scribitur:& est præteritũ deductũ facio:unde primam diphthongi accepit.
Lætus cũ:æ.diphthongo scribĩ:& dicitur teste Varrone a latitudine mentis:quã.s.ex suo aspectu effi cit.Nã ꝓprie aiata dicuntur læta:q̃do sensibus dilatãtur. Sed q̃a sic natura cõparatũ est:ut q̃ bona cor poris habitudine sunt alacriora:q̃ uero debili tristiora sint:factũ est ut lætas uocemus oues lætos gre ges & læta armenta:q̃ pinguedine & meliori corporis habitudine cõspciuntur. Hoĩes uero q̃a rationa les ex meliori mentis habitudine ex qua alioq; sensuũ dilatatio cõsequtur:lætos dicimus:& nõ meliori corporis dispositione. Inanimata uero æta dicimus q̃ aspectu hoĩes ipsos lætificãt:unde lætas segetes: Lætas uites:lætas arbores:& læta oliueta sæpissime poetæ dicũt.quia ex eoq; aspectu nos lætos faciũt: uel ꝙ ipsa læta uidentur:& est metaphora rei animatæ ad inanimam:qua frequenter utuntur poetæ:
Lætamen cum .æ.diphthongo scribitur:& a lætus descendit:quia facit lætas segetes:nonnulli dicunt uulgo sic quoque dici:sed latine limus.
Lædo cũ.æ.diph. scribĩ:quã teste Prisci.i. viii.ẽt ĩ ꝑterito cõseruat:& ut puto i supino & descẽdentibus
Mæreo cum.æ.diph.scrbĩ:& primam diphthõgi uocalem a marceo unde deducitur assumere dixit

Apuleius. Nã teste Varrone: mæreo dicit eo ꝙ corpus ẽt marcescere facit. Alii uero diphthongari di
xerũt ut a mereo uerbo differat: quod facit ꝑteritum merui. Virgilius. Equidẽ merui neꝙ depcor: & a
mercede descẽdit: unde & dignũ esse designat: ut Iuuena. Pone crucẽ seruo: meruit quo crimine ser-
uus suppliciũ. Significat etiã idem quod milito. Lucanus: Aere merẽt paruo. Et sic dicimus Sertoriũ
cui meruisse: & Statius in .iiii. thebaidos. Nõ hi tibi solũ amphiare merẽt cuius passiuũ apud antiquos
erat mæreor similiter absqꝫ diphthongo: quod sane a posteris in frequentiori usu deponens habetur
Sane a mæreo qđ cũ diphthongo scribitur: & facit in ꝑterito mæstus sum uel fui: sit impersonale mæ-
ret cum significato. s. sui uerbi. A mereo uero sine diphthongo fit similiter aliud impersonale meret
quod teste seruio super quartum æneidos: simili modo militiam significat.

Mæror cum .æ. diphthongo scribitur: & a mæreo uerbo deducitur significatqꝫ tristitiam.

Mœnia cũ .œ. diphthongo scribitur: & dicuntur quasi munia cuius orthographiæ causam dixit Seruiꝰ
in .x. ænei. qa ubi nos .u. habemus græci .ου. diphtongũ habẽt quare putauerũt antq nos ẽt ꝑ eadẽ lfa
.u. diphthongũ aliꝫ posse apponere. Et licet nõ eadẽ posuerit: hãc tñ quæ est .œ. ponere cogitauerũt
inde moenia pro munia dixerunt: pœnio pro punio: quod uerbum ut ait Seuius a pœna uẽit: hinc &
pœnica regna uides est .œ. scribendũ dixit. Similiter mœrus diphthongo apud antiquos fuisse dicit
qđ apud nostros murus dicit. Idqꝫ Virgiliũ in .x. ænei. obseruasse uoluit cum ait. Quin intra portas
atqꝫ ipsis prælia miscet Aggeribus mœrorũ: uidelicet cũ .œ. diphthongo antiquoꝝ more ꝑ eo quod
dicimus muroꝝ. Sane mœnia ipsa & pro muris accipi solẽt: & ꝑ ædificiis ipsius urbis. Nã murus qdẽ
urbis ẽ lapideus ambitus: q græce i neutro τὸ τεῖχος dr. Nec urbis solũ sed mũitionũ castrorũqꝫ & simi
lium. At uero domoꝝ paries magis dicitur: qui græce in masculino ὁ τοῖχος nuncupatur.

Næ pro utiqꝫ & certe cũ .æ. diphthongo scribit: sed quia græca dictio est & specialem exigit difficulta-
tem. de ea plæna inter græcas dictiones tractabimus.

Nænia cũ .æ. diphthongo scribit: & a nanus ut quidã putãt deducit. Nanos .n. ueteres paruos dicebant
Vnde nænia ftiuola & inania aliqua dicunt qualia. s. parui actitare solent quidã aũt nænia ab inani ꝑ
dẽptionẽ primæ uocalis asserunt deriuatũ. Quinti. uero in septimo de institutione oratoria. Terti-
us inquit est diuersus translatiõis modus: cũ res cõis pluribus in uno aliquo habet nomen eximium:
ut carmen funebre proprie nænia dicitur: de hoc in dictione epiodium clare uidebimus.

Obscœnũ ut supra uidimꝰ cũ de syllabis definẽtibꝰ i .b. tractauimus c cũ .œ. diphthõ. scribit. Idqꝫ sentit
Priscianus. qđ cõpositũ dixit ex obs & cœnũ. Varro aũt li. vi. de lingua latina cũ .æ. diphthongo scri-
bendũ dixit: & ex ob & scæna cõponi uoluit: quasi obscænã talia quæ obscena dicuntur perpetrent.

Pægi cum .æ: diphthongo scribitur: ꝑteritum est Quintiliano teste primo a pago antiquissimo uerbo
deductum: unde ipsum a diphthongi assumpsit.

Plæbs cum .æ. diphthongo scribitur: sic enim in antiquissimis inscriptionibus comperi: & id iure fieri
ab aliquibus probat: quia a plasion quod est pluralitatẽ significat deducitur: ac ob id primã diphthon
gi litteram ab illo assumere uolũt: quæ tamen dictio non nisi in compositione apud græcos ex in usu:
ut polyplasion diplasion & similia. Nec solum declinatur plæbs plæbis: sed etiam teste Priscião in libel-
lo de nomine plæbes plæbei quintæ declinationis.

Plærus cum .æ. diphthongo scribi dixit Apuleius: & a πλήρης per conuersionem .e. productæ in .æ. di
phthongum deductũ dixit. Nec tamen est in usu.

Præ cum .æ. diphthongo scribitur: & a πρό græco traduci nõnulli affirmant. Vnde omnia quæ ab ea
ꝑpositione deriuãtur uel componunt: cũ .æ. diphthongo scribuntur. Deriuãtur quidem ut præter cõ
ponitur uero ut præsens: prælatus: præfectus: præsum: & similia: & similiter omia quæ prælonga in pri
cipio scribunt: si diligenter inuestigetur a præ cum .æ. diphthongo ducunt. excipiuntur precor: pre-
ces: & precium quæ & si cum præ præpositione præpositæ uideantur: absqꝫ compositione tamen sunt
& absqꝫ diphthogo: quin & primã breuẽ habent. Virgi. lib. iii. ænei. Horat pater ire mari ueniamqꝫ ꝑ-
cari. Idẽ in eodem li. Sed uotis precibusqꝫ iubent exposcere pacem. Sane præposito præ cum uerbo iũ
cta nõnunq̃ eandem pene significationem cum suo simplici detinet: ut præcludo: præcido: præmori-
or præcingo idem sunt quod cludo: cædo siue incido: morior: cingo.

Præbeo quod significat trado: ex præ & habeo compositum est. Nam his qui aliquid præbet: id præha-
bere ratiõe dicitur. Nisi enim id quoquo mõ præhaberet: alteri præbere nequiret.

Præcox cũ .æ. diphthõgo scribit: fructus dicitur sæpissime ꝑter morẽ cæteroꝝ coctus: siue ante cæteros
unde ficus & uuæ ꝑcoces dicunt. Quidã uero nõ ꝑcox: sed ꝑcoquus ꝑcoqua ꝑcoquum declinant. ut
Martialis: Vilia maternis fueramus ꝑcoqua ramis: Nũc in adoptiuis ꝑsica cara sumus.

Pæco cũ .æ. diphthõgo scribitur. & quasi ꝑcino intelligit. nã componitur ex præ & cano.

Præcipio cũ .æ. diphthongo scribit: cõponitur ex præ & capio: & significat ꝑcepta tradere: quod ẽ tum
magistroꝝ tũ magistratuũ: eodẽ modo descendentia scribuntur.

Præda cũ .æ. diphthongo scribit. Nã cõponi. dicit ex præ qđ est ante & datũ quasi ante datũ sit: hoc ẽ ꝙ
ante dationẽ possidentis ui rapimus. Varro uero scribit ꝑdam a pariendo dictã quasi paridam.

Prædium cum .æ. diphthono scribitur: ut uidimus in dictione agricola: & a præda deducit. eo ꝙ capti
ab hostibus agri militibus antiquitus distribui consueuerant.

Prædo cũ .æ. diphthogo scribitur: & eodem modo componitur.

Prælũ cũ.æ.diphthõgo ſcribit̃.Nã cõponit̃ ex præ & luo:eo q̃ humore fluẽti præluat̃.i.madefiat.
Prælĩũ cum.æ.diphthõgo ſcribit̃:& ut quidam ferunt a prælo deduci perhibetur:quia ſicut i prælo humor uuarum uel oliuarum:ita in prælio ſanguis hominum funditur.
Præparo cum:æ.diphthongo ſcribitur:& componitur a præ quod eſt ante & paro quaſi ante paro qua utilia mihi fore credo:Cic.officiorum li.ii.facile totius curſum uitæ uidet:ad eamq̃ degendam præparat res neceſſarias:ut paſtum ut latibula & alia generis huiuſmodi.
Prærípio cũ.æ.diphthõgo ſcribit̃:& licet componat̃ ex præ & rapio: illa tamẽ præpoſitio præ anteceſſionem temporis proprie non declarat.Nam his qui alteri prærípit in ſuos uſus capit.Cicero pro Gallba:Demoſthenes tibi prærípuit:ne eſſes primus orator:tu illi ne ſolus.Vnde ob hoc ab eripio differt q̃ q̃ alteri aliquid eripi.põt uel nõ in ſuos uſus capere.Vt eripuit illi uita.Nõnuq̃ etiã prærípio ablatiuum cum præpoſitione a uel ab poſtulat cũ qua uerbum eripuit aliquando coniungitur.Verum in uoce paſſiuanõnunq̃ ãtecapere deſignat:ut Plinius nepos de uiris illuſtribus.Immatura inquit morte p̃reptus non potuit p̃ſtare qualem promiſſerat regem:hoc eſt immatura morte p̃uentus.
Præs cũ.æ.diphthõgo.ſcribit̃:& teſte Varrõe a p̃ſtãdo fidẽ dr̃.i.fideiuſſor.& facit i genitiuo huius p̃dis.
Præputĩũ cũ.æ.diphthõgo.Et dr̃ ide qđ mẽbris pudẽdis ſiue putẽtibus p̃emineat:
Præſideo cũ.æ.diphtbongo ſcribit̃:cõponit̃q̃ a pre & ſedeo:ut Sueto.de Tiberio. p̃ſedit actiacis ludis hoc eſt etiam p̃fuit.Sane p̃ſidere ꝓprie ẽ ad opẽ p̃ſtandam p̃eſſe Cicero pro Sylla.Vos dii & patrii penates qui huic urbi atq̃ impio p̃ſidetis.Quinti.li.x.de inſtitutione oratoria de Homero loquens ait.Nam & beniuolũ auditorem inuocatione dearum quas p̃ſidere uatibns creditũ eſt & intentum propoſita rerum magnitudine & docilem ſumma celeritate comprehenſa facit.
Præſes cumæ.diphthongo ſcribitur:& a p̃ſide dicit̃:ut a deſidio deſes a reſideo reſes:is dicitur.Vulpiano teſte:qui maius in prouincia imperium habet omnibo poſt principem.Dicitur etiam p̃ſes auxiliator:ut Liuius libro ſexto ab urbe.Dii deæque qui capitolium incolitis ſiccine ueſtrum militem ac p̃ſidem ſinitis uexari ab inimicis:p̃ſidem dixit pro auxiliatore ac defẽſore.
Præſidium cũ.æ.diphthongo ſcribitur:a p̃ſideo cũ opẽ p̃ſtare denotet deducit̃q̃:eſtq̃ auxilium principale.Nã ſubſidium id dicitur quod i auxilium ſucceſſit:unde & milites qui ad tutelam oppidi caſtelli ſimiliũq̃ collocati ſunt p̃ſidium uocantur:ut impoſitum eſt p̃ſidium Caietæ.
Præſul cum.æ.diphthongo ſcribitur:& a p̃ſaliendo deriuatur.Sane is antiquitus dicebatur:qui prim⁹ erat inter ſalios,i.martis ſacerdotes Romæ dũtaxat a ſaliendo dictos in portandis.ſ. ancylibus ut ſupra in dictione ancyle uidimus:& ita a p̃ſilio :hoc eſt ante alios ſalio dictum putant.
Præſto cũ.æ.diphthõgo ſcribit̃:& componitur ex pre & ſto:& idem eſt quod adſum:Necalter uero cohæret niſi uerbo ſubſtantiuo:huic ſimplici:ut p̃ſto ſum uel fui.Nam pæſto ad ſum magis poeticum ẽ ſignificat aũt tria p̃ciſe ut uerbũ adſũ.primum quidem eſt p̃ſens ſum.Cicero in bruto. Quibuſdam quidem cauſis tu etiam Brute p̃ſto fuiſti.ſecundum uero ſignifcatum eſt p̃ſidio eſſe.Cicero pro Murena ius ciuile didicit:multũ uigilauit:laborauit:p̃ſto multis fuit.Et pro eodem Tu interea Romæ ſicet pro amicis p̃ſto fuiſti.Tertiũ autẽ ſignificatiuũ eſt aduenire ſiue cõparere.Cice.ad Hieronymũ Hirundines æſtiuo tẽpore p̃ſto ſunt:hyeme pulſæ recedunt.
Prætor cũ.æ.diphthõgo ſcribit̃:a p̃eundo nomen accæpit:& dicitur p̃tor quaſi preitor.
Pœna cũ.œ. diphthongo ſcribit̃:ſed ut in ſequẽtibus oſtendemus græcum ẽ:a quo teſte Seruio in.x: ænei.pœnicus pœnica pœnicũ deſcendit cũ.œ.diphthongo ſcribitur:at penitus aduerbiũ ꝓrſus abſq̃ diphthongo ſcribitur:cum eius prima breuis ſit.
Pœnitet cũ.œ:diphthongo ſcribitur:& a punio teſte Seruio in.x.æncidos deſcendit:quod ut ait apud antiquos cum.œ.diphthongo ſcribitur.
Pomoerium cum.œ.diphthongo in antepenultima ſcribit̃.Cuius ui uerbi teſte Liuio li.i. intuentes poſt mœniũ iterp̃tari eẽ:& pgit idẽ Liui.Eſt ãt circa murꝝ locus quẽ i cõdẽdis urbibus quõdã hetruſci q̃ murꝝ ducturi erãt certis circa terminis in augurato conſecrabãt.Et hoc ſpaciũ qđ neq̃ habitari neq̃ arari fas erat:nõ magis q̃ poſt murꝝ eſſet q̃ q̃ murus poſt id pomœriũ romani appellarũt:hæc ille. Vnde idẽ ſentiẽs Lucanus ait.Longa p extremos pomœria iũgere fines:eius uero orthographiæ rõnem uidimus ſupra i dictiõe mœnia.At pomariũ nõ cũ.oe.diphthongo ſed cũ.a.abſq̃ diphthogo i atepenultia ſcribit̃:& a pomis nomẽ accepit.Et ẽ aut locus cõſitus pomis:ut Ouí.i.iiii.meta.id metuẽs ſolidis pomaria clauſerat athlas mœnibus.Aut ẽ fructuũ pomi repoſitoriũ:aut copia ipa arborꝝ pomiferarũ.pomeridianũ ſimiliter abſq̃ diphthongo ſcribit̃ & a poſt meridie cõponitur: hoc eſt poſt meridianũ.Vnde ait Quintilianus in.iii.inſtitutioue oratoria:Iſocrateq̃ iam ſeniore:octauum & nonageſimum impleuit annnm pomeridianus ſcholis.Ariſtoteles p̃cipere artem oratoriã cæpit.
Quæ cũ.æ.diphthongo ſcribitur:& ut aliqui dicunt differentiæ cauſa:uta q̃ differat cõiunctione.Alii uero putãt ipſum quæ ab ablatiuo qui & qua per deriuationem trahi:a quo ipſum a diphthongo accepit:ſed ut puto nunq̃ nominatiuus ab ablatiuo deſcendit.Quin & ab eo omnia cõpoſita diphthõgantur ut quænam quæpiam :& ſi qua ſunt alia.
Quæro cũ:æ.diphthõgo ſcribit̃ & teſte.M. Varrone:ex quæ & res cõponit̃ ꝓprie.n.quærere ẽ q̃ ſit res aliqua inueſtigare.Quod ſi cui hæc nõ placeat cõpoſitio:audiat quæro ꝓpterea diphthõgandã eẽ:ut paſſiuũ eius quæror a deponẽti queror.i.cõqueror:qđ ſine diphthõgo ſcribit̃ p diphthongũ differat.

Quæſo cum.æ.diphthongo ſcribitur:& a quæro deriuatur:ac diphthongum accipit.
Ræte cum.æ.diphthogo ſcribitur.& a rapio deſendit:a quo primam diphthongum accipit.
Ræda cum.æ.diphthongo a multis ſcribi conſueuit.
Sæculũ cũ.æ.diphthongo ſcribit̃:qđ ſane abſq; diphthõgo poſſe ſcribi uidebat̃:q̃a a ſequor habẽte.e. breue deducit̃:uel ut Varrõi placuit a ſane habente ſimiliter primã breuẽ deriuatũ ẽ. Sed q̃a rẽ pductiſſimã deſignabat.placuit antiqs nr̃is ſignificatiõis cã primã ſyllabã pducere:& p diphthõ. id ſignat̃.
Scædo ſædas priæ cõiugatiõis.p.æ.diphthõgũ,ſcribit̃:& q̃ſi ſanũ do deſignare ex ſua cõpoſitiõe uolũt.
Sæpe aduerbium cum.æ.diphthõgo ſcribitur ſunt a ſepe ablatiuo differat:quod ſine diphthongo hæc ſepes ſepis ſcribitur.
Scæuola teſte Varrone cum.æ.diphthongo ſcribitur:& a ſcæua.i.ſiniſtra deduci uoluit:eo q̃ quæ ſiniſtra ſunt bona auſpitia exiſtimant̃:& inde ſcæuum omen apud antiquos dictum rettulit.
Scæuus cum.æ.diphthongo ſcribitur.
Tæda cum.æ.diphthongo ab antiquis noſtris ſcribitur & a græco τηλὸς quod luminare ſignificat deducitur unde.a.primam diphthõgi aſſumpſſit.
Væ interiectio cum.æ.diphthongo ſcribitur:ut differat a coniunctione ue: quæ abſq; diphthõgo ſcribitur. Sunt etiam quæ dicant eam a dictione græca οὐαὶ exortam eſſe.
Væneo cum.æ.diphthongo teſte apuleio ſcribitur:ut.ſ.in ſecunda perſona a uenio diſcrepet: quin & a datiuo & ablatiuo eius nominis:quod eſt uena quod ſine diphthongo ſcribitur.
Vænundo & uendo eodem teſte cum.æ.diphthongo ſcribuntur. Quæ a uenum ſupino & do compoſita uoluit:unde a principali diphthongum ſuſcipiunt.
Refert.M.Varro quoſdã putaſſe eas oẽs dictiões diphthõgari debere:q̃ cũ principalibus ſyllabis pducãt̃ ab illis dictionibus deriuant̃:q̃ in principalibus.e.correptã habẽt:ut uidelicet ipa diphthõgus iditio eẽt correptionẽ primitioꝝ i deriuatiuis nõ obſeruari:ut ſænus a ſex: dænus uel denarius a decẽ ſæculũ a ſequor uel ſæne:ſædes a ſedeo:licet ſedile naturã primitiui ſeruauerit. Vir.li. ænei.i. Viuoq; ſeculũ a ſedilia ſaxo. Quod & ſi iã i aliis nõ obſeruet̃:in ſæculo obtinuit rõ ut diphthongeť. Sũt ẽt q de mũ ob eãdẽ cãm diphthõgari uelit:qđ a decẽ puenire faciũt:eo q; ſignificat ad finẽ & i decẽ naturalis ſit numeri finis Similit̃ ſcdm eos denq;:qđ eodẽ mõ ad finẽ ſignificat.& ob eandẽ cãm a dænus deriuari uolũt alii a denuo nos uero præter ſæculũ oia alia abſq; diphthõgo ſcribimus.
Sed reſtat.iã grandẽ illã nobis q̃ſtionẽ e uoluere quæ de haꝝ diphthongoꝝ.æ.&.œ. tẽporibus diligentius intimiuſq; diſquirit.Nã ab aliis oĩbus intacta relictaq; uidet̃:præter q̃ a Priſciãо:q illã pauculis hiſce uerbis uoluit diſſoluere.Ita poſtq̃ in lib.i.dixerat huiuſmodi diphthongos breuiari poſſe Immediate ſubdit. Vnde quidẽ non ſine ratione unũ & ſemis ſingulas eas tẽpus habere dicunt Ideoq; ſi ſequatur cõſonãs:quæ dimidiũ tẽpus habet omnino pducunt̃.hæc ille. Q ui paululũ ſupra oſtẽdit conſequente uocali breuiari poſſe. Tũ in eadẽ dictiõe:ut Vir.in.vii.Stipitibus duris agit̃:ſudibuſue puſtis: Quod Homerus ſimiliter nõnunq̃ obſeruauit. Tũ ẽt ſequente uocali in dictione diuerſa:ut idẽ li.iii. iſulæ ionio i magno. Sed illud rariſſime. Similit̃.œ.id quoq; & eodẽ mõ poſſe pati pſeqt̃:ut apud Aeſchilũ ὃις ῥῶς αντας παρθενοσ λοχοιεταῖσ. Cuius ſane rei rõnem hãc nos ipſi reddere explicaq; poſſumus. Quoniã lõgitudo ipa ſyllabæ:aut q̃ tpis breuitas dr:ex metro ac eius ſcãſiõe depheñdit̃:q̃ uirtute ſyllabarũ q̃titate cõficit̃. Sed cõſtat.au.&.eu. eiuſmodi eẽ diphthõgos:ut ita i metro:quẽadmodũ ẽt extra metꝝ ſcribãt̃ & pferãt̃:uñ maiorẽ i ſono uocis pnũciationẽ neceſſario exigũt q̃.æ.&.œ.q̃ tã & ſi ſcribunt̃:nõ tñ pferant̃. Nãq; i au.&.eu.ſonus duaꝝ uocaliũ iteger i unica tãtũmõ ſyllaba conſeruatur:& p conſequẽs utriuſq; illaꝝ uocaliũ tps in metro remanere debet.Et cũ ſingula uocalis ſonũ ſuũ cõſeruãs:unũ neceſſario tps habeãt:utraq; illaꝝ diphthongoꝝ.ſ.au.&.eu.duo tpa q̃cũq; ſubſequẽte littera:ſiue uocali ſiue cõſonãte obtinebit At uero.æ.&.œ.diphthõgi:cũ tãtũmõ ſcribãt̃:neq; ſcdm quã q; lr̃am i metro pnũcient̃ nõ neceſſario eaꝝ quælibet duo tpa cõtinebit.Sed tantũmodo cõſonãte ſequẽte:q̃ cũ teſte Diom.& Priſci.dimidiũ tẽpus habeat:cõuenientiſſime cõplebit diphthõgi ſonũ:quæ unum tempus:& ſemis primitus continebat:Nã neq; unicũ tantummõ tempus:cum duæ ſunt uocales.Nec duo ſimpliciter habere poterit cum ſono unius duntaxat litteræ pferat̃: habebit ergo unũ & ſemis:cui cum cõſonabit altera littera:quæ medium tẽpus ſortitur:duo ſane tẽpora cõpleť habebit & longã metro diphthongum reddet. Veꝝ ſi altera uocalis ſequatur cũ alterã ſyllabã & alterum ſonum neceſſario cõficiat:priori diphthongo & ſyllabæ conſonare non poterit.Remanebit ergo diphthongus cum unico tẽpore & ſemis & p conſequens breuis erit:Nec dãnum tunc quoq; in uerſu pati poterit tps:cũ uoce unius litteræ diphthõgus ipſa pferat̃:Nãq; in metro pnũciatio magis q̃ ſcriptura attẽdit̃. Cõcludimus igit̃ has duas diphthõgos.æ.&.œ.in dictiõibus dũtaxat latinis naturaliter breues eẽ cũ naturaliter illaꝝ quæq; unicũ & ſemis tẽpus contineat:qđ longã ſyllabã reddere nõ põt. Sed lõgas illas fieri poſſe diſcimus:uel ex loco quẽ i dictiõe ſortiunt̃: q naturaliter lõgã ſyllabã & duoꝝ tẽporum illã reqrit:ut finalis ſyllaba genitiui & datiui numeri ſingularis:nominatiuiq; & uocatiui numeri pluralis nominũ primæ declinationis:uel ex terminatione monoſyllabæ naturaliter lõgæ:ut præ uel ex cõſonãtis ſequela:quæ defectũ ſoni in medio tẽpore cõſonando ſupplet:uel ſi i dictionibus græcis ẽt nõ ſequẽte cõſonãte ponat̃. Nã tũc quoq; longæ reddunt̃:alio uero modo hoc eſt in dictiõibus latinis ſequente uocali minime lõgari poſſũt:ſed naturã ſui tẽporis cõſeruãt & breues illas eſſe cõſtat:ut ſupra

ex intentiõe clariſſimorũ auctorũ una cũ Priſcia: oſtẽdimus. Sed dubia circa hæc quoq; nõnulla eẽ uidẽt. Quia nõ minorẽ uim duæ uocales: q̃ unica tm̃ habere uidẽt. Sed unica uocalis in unica ſyllaba duo tẽpora ſæpe contiet: ergo multo magis duæ in unica ſimiliter ſyllaba' oi tẽpore cõtinebũt. Amplius & ſi quælibet cõſonãs dimidiũ tẽpus habet: quæ p ſe ſyllabã facere neqt multo magis & uocalis quæ q̃ ipſius unicũ habebit q̃ ſyllabã p ſe ipſam reddẽt ualet. Si ergo i diphthõgo duæ uocales erũt duo tempora neceſſario diphthõgus habebit: & ſic quoq; nunq̃ breuis eẽ poterit. Præterea non minoris uocales poteſtatis erũt i rõne tpis q̃ cõſonãtes: imo longe ãplioris: ſed duabus cõſonantibus: aut una duplici ad uocalẽ ſequẽtibus fit ſyllaba lõga: ergo multo magis uocales duæ in unã ſyllabã coeũtes neceſſario illã pducẽt. Porro nõ alia rõne diphthõgus a cecidi pterito abiici dr̃: niſi qa eius prima ſyllaba correpta ẽ: q̃ in pſenti lõga erat diphthõgo. cũ diphthõgus ipſa breuis eſſe nõ poſſit. Ergo nec ullo pacto breuiari poſſe ur̃. Quid q̃ diomedes: Seruius: donaturus: & alii grãmatici omnes uocalem longam diphthongo eſſe cõmemorant: quõ illã ergo breuiari poſſe dicemus. Sed hæc quoq; facillime diſſoluuntur: ſi ea quæ ſupra diximus diligenter cõſiderare uelimus. Nam cũ tempus ratione pronuntiationis i metro magis q̃ in ſcriptura attendat: ſi ex duabus uocalibus i eadem ſyllaba uno tm̃ ſono ſuo pronũciẽt: nihil impedit ſyllabam ipſam alia ſequẽte uocali corripi poſſe cũ non tantum tunc tpis habere poſſit: q̃tũ ad pductionẽ prorſus requirit: unde & in ſyllabis naturaliter lõgis p alterius uocalis ſquẽtiam idem ſæpiſſime contingit: ut hæc monoſyllaba de cũ naturaliter lõga ſit: ſi cum dictiõe incipiente a uocali cõponatur: ſane ipſa quoq; corripit: ut deinde: dehinc. dehiſco & ſimiles. Vir. li. æneid. v. Infidunt pariter ſulcos totumque dehiſcit. Conuulſum remis roſtris ſtridentibus æquor. Cum ergo dicit nõ minorẽ uim duæ uocales habere uidẽt q̃ una. Verũ id ſane eſt ſi ſonũ ſuum ambæ conſeruent & ſi multo magis uocales duæ in unica ſyllaba ſonum ſuum ſeruantes: duo tpa cotinebunt: q̃ uocalis unica tm̃. ut in au. & eu. manifeſtum uidebimus. Nãq; ſyllaba quo ad productionem & corruptionem nõ ex multiplicatione litterarũ attenditur: ſed ex ſono per morã & quãtitatẽ facit in metro. Vñ ſi i eadem ſyllaba tres conſonantes uni uocali anteponãt: nõ minus illa breuis eſſe poterit. q̃ ſi unica tm̃ aut nulla poſita eſſet ut ſtroaphades. Ad id ergo quod ſubſequenter dicebat: ſi quælibet conſonans q̃ p ſe ſyllabã facere nequit: dimidiũ tempus habet multo magis quæq; uocalis tempus unum habebit: quæ ſyllabã ex ſe facit. Dicimus id quoq; uerũ eſſe: quãdo uocalis ipſa ex ſe ſyllabam facit: uel ſonum ſuũ i ſyllaba cõſeruat. Quod qa in diphthongis. æ. &. œ. minime fieri uidemus non obſtat illas uocali ſubſequẽte breues fieri poſſe. Nec id quod tertio loco ppoſitũ fuit obſtabit: cũ dicebat non minoris ptãtis uocalis eẽ q̃ cõſonantes. Cũ diuerſa ſit rõ quare duæ cõſonãtes: aut una duplex ad uocalẽ ſequẽtes illam pducũt: & duæ uocales i eadẽ ſyllaba coeũtes ſequẽte uocali corripiãt: cum in primo ratio ſit nimia ſoni aſperitas: quæ ex cõſonantibus poſt uocalẽ in metro exorit. Alterius uero rõ ſit temporis breuitas: q̃ in pnunciatiõe eiuſmodi diphthõgi ſequẽte uocali cõprehẽdit. Non ẽt id obſtat quod ſubſequenter dicebatur: nõ alia rõne diphthongũ a pterito cecidi abiici niſi quia eius pria correpta ẽ in qua diphthõgus ſtare nõ pt. Nã ob id quoq; diphthongus abiicit: qa illa remanẽte nullo pacto breuis ipſa diphthongus eo i loco ob cõſequẽtiã cõſonantis haberi potuiſſet. In quo ſane loco breuis ſyllaba ab auctoribus noſtris requiſita fuit: unde & ſi uocalis ſequi potuiſſet remãſiſſet utiq; diphthongus & breuis fuiſſet: quare magna cũ rõne abſq; diphthongo ſcripta fuit: & nõ illa qua dicebatur: qa diphthongus. æ. breuis eẽ non pt: qd falſum eſſe oſtendimus. Nec diomedes aliqui grãmatici his quæ diximus contradicunt: cum uerũ dicant uocalem longã eſſe diphthongo. ſ. ſequente conſonante: ut nos de illorũ mente expreſſimus: Sed iã ad alias græcas dictiones: quæ latine ſcribũtur redeundum eſt.

Dirce cũ. i. latino &. c. exili: hoc eſt abſq; aſpiratiõe ſcribit: fuit fœmia babylonia adeo ſua forma tumẽs q̃ Palladi conuiciari nõ formidauerit. Quare cũ ſe in paleſtinorũ ſtagno lauaret: in piſcẽ conuerſa eſt qd̃ ſentiens filia laqueo ſe ſuſpendere uoluit: ſed miſeratiõe deorũ in colũbam conuerſa fuit: ut latius deſcripſit Ouid. li. metamor. iiii. ubi ait. Dirce quam uerſam ſquamis uelãtibus artus & reliqua. Fuit & altera Dirce uxor. Lyci thebarũ regis qui cũ prius Antiopã uxorẽ haberet. quæ a ioue conuerſo in formã ſatyri grauidata fuerat: ut in ea dictione uidimus: illã uelut adulteram Lycus dereliquit: & Dircem ſuperduxit: hæc ſemel i ſuſpitionẽ adducta: ne cũ Antiope Lycus concubuiſſet Antiopam ipſam carcerari fecit: quæ inſtante partus tpe & agente ioue uincula rupit. Ac in monte citherone pariens natos expoſuit: quos paſtor iueniens pro ſuis educauit. Sed tractu tẽporis a matre recogniti & i ultionẽ iniuriarum inducti Lycum interfeceruut: & thæbanarũ regno occupato Dircem nouercam indomitorum taurorum caudis diſtrahendam alligarũt: qui cum uſq; ad locum limpidiſſimi fontis illam traxiſſent. fingunt poetæ in ſui nois fontem conuerſam fuiſſe. Quare dixit Ouidi. in ibin.

Per quæ feros montes tauro rapiente traharis. Vt tracta eſt coniunx imperioſa Lyci.

Dirceæus cũ. i. latino &. c. exili atq;. æ. diphthongo in penultima ſcribit̃ dicitur aonius ſiue thebanus: nã pars Boetiæ in qua fons ẽ dircæus a dircæ dircæa cognominata fuit. Lucanus in. iiii. Cadmea q̃ dircæ. Quare Vir. i Alexi ait. Amphion dircæus i acteo aracyntho. i. Amphion thebanus: Similiter ſtatius in. i. achilleidos cũ narraret ſe thebana facta ſcripſiſſe ingt. ſcit dircæus ager. i. thebanus.

Dyrrachiũ cũ. y. græco & duplicato. r. a græcis ſcribit̃ qre a nr̃is ſcdm. r. aſpirari debet ſcdm Priſcia. doctrinã: & i penultia cũ. ch. aipirato &. i. latio ſcribit̃: fuit ciuitas i epiro: de q̃ Luca. i pricipio li. vi. igt dyrrhachi tẽdit ad arces: Et uocata pri⁹ fuit epidãnos ut i ea dictiõe uidebim⁹: de qua Luca. eodem libro.

Vndiq; præcipiti scopulis reuomentibus æquor.
Exiguo debet: quod nõ est insula colli

Discus cũ.i.latino &.c.exili scribit̃ genus ẽ uasis lati: & ob id portandis carnibus ad mẽsã q̃ aptissimũ ut ostẽdit Iulius pollux ad cõmodũ ipatorẽ de uocabulis rerũ hoc nõnulli ex nr̃is lancẽ putauer̃ dicẽte: Iuuen. i saty. Si te ppositi: Aspice q̃ lõgo distẽdat pectore lãcẽ. s. piscis q sup illo portabat̃: ad cuius similitudinẽ genus illd lapidis quo corpa exercebãt ueteres: discus uocabat̃. Vñ Hora. i prio carminũ: Neq; iã liuida gestat armis brachia sæpe disco: sæpe trãs finẽ iaculo nobilis expedito.

Dysẽteria cũ. y. græco & unico. s. atq;. t. exili & i penultia cũ. i. latio scribit̃: ẽ itestinoꝝ exulceratio. Nam dys cũ cõponit̃ semp qd malũ exprimit ἔντερα itestina dicunt̃.

Dysphilus pria cũ. y. græco: penultia cũ. ph. aspirato &. i. latio atq; unico. l. scribit̃: nomẽ ẽ fictitiũ: quasi malũ amicũ designat: nã cõponit̃ ex dys: qd ut dixius i cõpositiõe semp aliqd mali denotat: & φιλόσ φ ẽ amicus: iuxta qd ait Iuue. i saty. iii. ubi de græculis loq̃t. Nõ ẽ romão cuiq̃ locus hic ubi regnat Prothogenes aliqs uel dysphilus.

Discholus cũ. y. græco &. ch. aspirato scribit̃ græcũ uocabulũ ẽ signific. cãs malũ ac pniciosũ: seu tolerabile difficilẽ. Nã cõponit̃ a dys: & χόλη: q̃ est colera: q̃si mala cholera: seu χολο σ iracũdia.

Dispõdeus cũ. i. latio & absq; aliqua diphthõ. scribit̃: & cõponit̃ ex dis: qd ẽ bis: & spõdeus de quo in sua dictiõe uidebimus. Nã pes ẽ ex duabus spõdeis cõstans: hoc ẽ ex quattuor lõgis temporũ. viii. ut orato res: condimentis.

Ditãbus cũ duobus. i. latinis scribit̃: atq; ꝓfert̃ cõponit̃q; ex dis qd ipsũ. s. sæpe in cõpositione abiicit: & iãbus. Nã pes ẽ cõstãs ex duabus iãbis: hoc est ex breui & lõga. & iteꝝ ex breui & lõga: tẽporum sex: ut amœnitas olympi.

Ditrocheus cũ. i. latitino &. t. exili atq;. ch. aspirato & absq; diphthongo scribitur: & simili modo pes est bitrocheus: ut in dictione trocheus uidebimus. Nã constat ex longa & breui temporum sex: ut cantilena: imperator.

Distichus cum. i. latino utrobiq; &. t. exili atq;. ch. aspirato scribit̃: dici potest a nostris geminus uersus. Nã ex dis qd̃ est bis & στίχος uersus componit̃.

Dithyrãbus prima cũ. i. latino sequẽs cũ. th. aspirato &. y. græco scribit̃ fuit teste Herod. uir thespiacus a quo credimus genus illud uersuũ cognominatũ fuisse: de q̃bus Hora. in. iii. carminũ iquit Laurea donãdus apollinari: Seu ꝑ audaces noua dithyrãbos. Verba deuolult numerisq; fert̃ lege solutis.

Dius cum. i. latino scribit̃: dici põt a nr̃is generosus quasi a Ioue uel deo ortus: sic & apud græcos obseruatum uidet Home. cũ ait Διὸσ αχλλευσ. i. generosus Achilles. Eodem modo Vir. li. xi. æneidos.
Quas ipsa decus sibi dia camilla.

Dmois cũ. m. post. d. in eadẽ syllaba: & cũ. i. latino in fine scribit̃: significat apud nos seruũ: qua sane dictione quidã comici ex nr̃is ad græcoꝝ imitationẽ usi fuerũt. Sane apud illos Δμωὸσ scribit̃: ubi hæc dictio cõuertit. o. in. i. latinum ut supra diximus.

Docus cũ. c. exili scribit̃: dici põt latie tignũ uel trabes: q̃ sane dictiõe utit̃ Pli. li. ii. nat. hi. cũ ait. Emicãt & trabes igneæ: simili mõ q̃s docus uocãt. q̃les cũ lacedæmõi classe victi ipium græcie amisere.

Dodona cum duplici. d. & duplici. o scribit̃: fuit Epiri oppidum hũs ꝓpinquum nemus Ioui sacratum quernum totum atq; iõ glãdibus supabundans: eratq; adeo nobilis quercus: q; ex ea ornatissima fierẽt uasa: ut Helenus apud Vir. ænei. iii. stipatq; carinis ingens argentũ dodonæosq; lebetas. Vñ ab excellentia nemoris: ait Virgilius lib. georgi. i.
Prima ceres ferro mortales uertere terram.
Instituit: cum iam glandes atq; arbuta sacræ.
Deficerent siluæ: & uictum donona negaret.

Dolon cum unico. l. scribit̃: fuit teste Hom. li. x. iliad. troianus eumenidis clarissimi ꝑcõis filius. Vnicus tunc cum explorator ad græcos missus est: sed qnq; fratribus superstes. Vir. auri æriscq; ualde locuples illiberali ad modum facie: sed egregia pedum pernicitate prædituS.
Donysa cum. y. græco & unico. s. scribit̃: insula est in mari ægeo.

Gortyna cũ.t.exili &.y.græco scribitur:fuit teste Home.lib.ii.iliados urbs cretæ pulchris cincta muris quã teste Solino lenæus ꝓterfluit amnis.ꝓ quẽ Europã tauri dorso usq; ad eã portatã ferũt:aq̃ terra ps urbis cognominata fuit:dicente Ouí.lib.fasto.v.de illa loquẽte. Parsq; tuũ terræ tertia nomẽ habet iuxta Gortynã nascunt̃ calami ꝓ sagittis aptissimis dicente Vir.lib.xi.æneidos:Spicula torquebat lytio gortynia cornu. Nam ab gortina gortynius & gortynia deducũt̃:ut idem Vir.in bucolico ait. Aut arma secutum Perducent aliquæ stabula ad gortynia uaccæ. Nanq; ibidem aliquando fuisse armẽta Solis testatur Seruius: Veꝝ moderniores mutantes.g.in.c.nõ gortynam se Cortinam iam dicunt: ac scribunt:ut in ea dictione uidimus: Sed nos seruato.g.in antiquis & emendatissimis codicibus scriptũ comperimus:sane cortina absq; aliq̃ aspiratione &.i.latino aliud significat ut supra uidimus.

Gracchus cum duplicato.c.& secundo aspirato scribit̃:nomen est auis a uoce deductũ teste Quintili.in.i.de institutione oratoria:fuit ẽt cognomẽ clarissimorum quorundam romanoꝝ qui non mõ rebus gestis:sed eloquẽtia præcipue claruerunt.dicente Hieronymo super amos ꝓphetam:Oratores Lisiam & Hyperidem.Periclẽ & Demosthenẽ:Gracchos Catones Tullios & Hortensios in cælũ laudibus ferunt poetæ:si epici sũt Homeꝝ atq; Virg.si lyrici Pindaꝝ & Flaccum crebro sermone concelebrant.

Gradiuus cũ.i.latino scribitur:non est uocabulum græcum neq; latinum sed trax quod bellicosum designat & sortem:dicitur q; latine maro:eo q; maribus in bello præsit:ut dixit Varro de lingua latina cũ per uiros fiant prælia.Et dicitur filius iouis ex iunone: Ouidius uero dixit in.v.metamor.illum fuisse iunonis filium absq; patre:ita ut cũ uideret iuno maritum iouem absq; mulieres seruitio percusso capite emisisse Mineruã armatam:ibat ipsa ad Oceanum quæsitura quo nam pacto & ipsa absq; uiro parere posset:sed itinere fessa cum forte ad hostium deæ Floræ uxoris Zephyri resedisset: a Flora interrogat̃ quorsum & qua de causa pergeret. Quod cum dedicisset Flora obtulit suffragari: si iouí forent tacita noia suffragantis. Promisit id iuno ac iuramẽto firmauit. Mox docuit illã Flora in campis olení is florem esse:quo:tacto repente sine uiro conciperet. Quod iuno experta matrem concœpit: & deinde peperit ferocissimum & bellicosum:qui bellorum deus est habitus:unde Flora ad.
Naſonem loquens in.v.fastorum.

Mars quoq; si nescis per nostras editus artes.
Iuppiter hoc & adhuc nesciat usq; præcor:& reliqua ubi eandem fabulã prosequitur. Hunc Statius in li. Thebaidos dixit ĩ thracia tenere sedem:domumq; illius descripsit & familiam:cuius & Bellonã soro rem aurigam esse uoluit.huic romani teste Seruio super primum æneidos duo constituere tẽpla .unũ in urbe tanq̃ urbis custodi alterum extra urbem in uia appia portæ proximũ:q̃si pro republica pugnatori idem mutuo amore dilexit Venerẽ uulcani coniugẽ:de quo Ouí.in.iiii.metamor.li.& circa finẽ li.ii.de arte:& in primo de fine titulo late ptractauit:eundẽ dixit Home.in li.iliados semel uulneratum fuisse inextremo lateris a Diomede & tanto uocis sonitu exclamasse:q̃to aliorum.x.milia petiuissent. Quod lepidissime in latinum Carolus noster Atreti.in ipsum Martem inuehens traduxit: cum dixit.

Nec tibi iam semper prosunt crudelia bello.
Vulnera:nam repeto sæpe tulisse uices.
Cum latus ext remum cuspis diomedea fixit.
Proh pudor atq; homini uulnera facta deo.
Tum quantum exclamant hominum bis milia quinq;
Cum repetunt acri bella nefãda manu.
Tam magna terras complesti ac æthera uore:
Vt tremerent danai dardaniiq; simul.
Dicitur & xantus mediis exterritus undis:
Concussa est idæ:territus est simois.

Vísaque tum uolucris tremulís patere aera pennis
Rhœtei & písces concaua saxa petunt.
Turbíne de hínc cælo tendit sic oblitus ílle.
Sanguíne díuíno constitit ante deos.
Non hominum puduit.regi díuumq; parenti.
Dícere mortalí uulnera facta manu.
Dícere nec puduit pedíbus speraſſe ſalutem.
Hei mihí q̃ melius tardus ínersq; fores.
Iuppiter ípse pater rabiem sœuosq; fores.
Increpat:& matri quod nímis ípse places.
Quodq; tíbi cordí bellum & díscordia pugnæ
Inuísumque sibí non minus esse docet:
Heu quod tytíde uulnus non altius actum
Corque ferox medium ruperit hasta tuum.

Quare & Iuuenalis ín satyra Exẽplo quodcunq; malo ad Caluinũ q depoſito fraudatus fuerat ínquit.

Tu míser exclamas:ut ſtentora uícere posſis. Vel potius q̃tũ gradíuus homericus audís Iuppiter hæc.

Græcus cum.æ.diphthongo &.c.exíli scríbitur:fuít rex atticæ regionís:a quo græci dícti sunt:ut díxit Aríſto.ín metheorís:unde græcía græcanícus & græcíensis deducítur. Sane apud græcos uarie locuti sunt auctores:quod ex línguarum copía qua se plurímum iactãt prouenire necesse fuit:nam quínque apud íllos línguæ habentur:quæ declínationíbus nomínum & uerborum ac lítterarum quarũdam ua rietate depḧenduntur:ut attica æolica ionica dorica & κοινή.i.communis.

Grãmatica cũ duplící.m.&.t.ac.c.&.i.latíno scríbit̃:dící põt a nobis lítteraría nã descẽdit a γραμματικη quæ apud nos ẽ líttera:& teste Quíti.ínemẽdate loq̃ndo atq; scríbendo grãmatica cõsiſtit:ita ut líttera su as custodiũt uoces:& uelut depositũ reddant legentíbus. Quod uero ad significate & ornate dícendũ aut scríbendum spectat:maiorí competit artifící:q̃q̃ & a grammatícis auferrí non debeat.

Granícus cum unico.n.&.i.latíno atq;.c.exíli scríbitur:fluuíus est phrgiæ ín propõtídem iuxta cirycũ cadens:de quo meminít Homerus circa ínitium lí. xíi.iliados.

Graphía cum.ph.aspirato &.i.latíno scríbitur:dící potest a nostrís scríptura:quæ non solũ exaratiõẽ líttera rum:sed cum hoc etiam pícturam quemadmodũ apud græcos ea dictío graphia significat :unde scríbo apud nostros pro eo quod est píngo ab auctoríbus nostrís sæpe positũ fuít:Plí.lí.xxxv.natu ralís hístoríæ de Nicomacho pictore locutus ínquit:scripsit & Apollínem & díanam deum Matrem i leone sedentem.i.pinxít:símiliter Iuue.ín satyra:Credo pudícitiam ĩquit Dacius & scripto radíat ger manícus auro:hoc est pícto:Quare & pícturas legere dícimus:quemadmodum & scrípturas Virg.lí. ænei.vi. Quín protínus nomen perlegerent oculís:& relíqua:& a graphía graphíum cum.ph. aspíra to stílus dicítur:quo ín cæris antíquí plurímum scribere consueuerant:& ídem zographia quasi ξωων i.animalíum pictura:unde Plí.eodem lí. Dionysius ínquit níhil alíud qua homines pínxít:ob quod an tro pographos cognominatus:quod.th.aspírato scríbitur:& significat ανθρωπων.i.hominũ γραφικα pictorem:uerum Aegyptí ex animalíbus eorum teste eodem Plí.apud ípsos iuẽtã picturã prius qua ĩ græcíam trãsíret:affírmãt græci uero alíí apud sycionem:alíí apud corínthios repertam omnes ab um bra hominís línteis circũ ducta. Itaq; talem primam scríptura singulis colorĩbus confectã monochro maton dixerunt:quod cum.ch.aspírato &.t.exíli scríbitur & significat μονον.i. unícum χρωματων i. colo:quía unico tantũmodo uídelícet umbratílí colore píngebantur:ín quo píngendí genere te ste Quíntília.lí.xíi.de ínstitutíone oratoría claruerunt Polygnotus atque Aglaophon:quorum ut ait símplex color tã sui studíosos adhuc habet:ut ílla ꝓpe rudía ac uelut futuræ mox artís prímordía ma xímis qui post eos extiterũt pictorĩbus pferant :proprío quodam ínteligendi:ut mea opínio fert am bitu. Aut apud romanos teste eodem Plíní.honos huic artí mature contígit:siquídem cognomína ex ea traxerunt fabíæ clarissímæ gentis príncepsq; cognominísq;.Fabius ædẽ salutis pinxit:anno urbis cõ ditæ quadringentesímo quínquagesímo:quæ pictura ut ídẽ Plí.pgít:durauit ad nostram memoram ĩ æde a Claudíí príncipatu exusta proxíme celebrata est ĩ foro ærei Herculís pacuuíí poetæ pictura En níí sorore geníti:hæc ílle ostendens:deínde hanc artem ab honestíssímis manĩbus non amplíus fuísse ípectatam:sed ínter líberales semper habítam:& nunq; a seruís exercitã:sed dignatio ĩquit p̃cípua Ro mæ íncreuit Valerio Maxímo consule cũ :Messalla príncepsq; tabulam pictam p̃líí:quo carthaginẽses Hícronem ín Sicília uícerant:proposuit ín latere curíæ Hostilíæ anno ab urbe condita. cccc.xc.fe cit hoc ídẽ &.L.Scípio tabulã quã uictoríæ suæ asíatícæ ín capitolío posuit post quos ídẽ & nõnulli alíí fecerũt At ĩ tabulís externis auctorítatem Ro.publícæ prímus omnium fecit.L. Mũmius cui cogno men achaica uictoría dedit.Nã cum in p̃da uendẽda rex Attalus sexdecím líbrís Arístídís tabulã eme re uellet:i qua líber pater pictus erat:p̃cium míratus,suspícatusq; in ea alíquid uirtutís quod ípse nesci re reuocauit tabulam:& deínde ín Cereris delubro posuit. Quam prímam picturã externam Plínius ípse putauit Romæ publicatã:iuxta que Iuue.poeta locutus uídetur ín satyra Atticus exímie cũ ait.

Tum rudís & graías mírarí nescíus artes.
Vrbíbus euersís prædarum ín parte reperta.

Magnoq; artificũ frãgebat pocula míles. Vnde lí.xxxvi.ínquít ídẽ Plí.uictoría Põpeíí:de Mithrídate primum ad margaritas gẽmasq; romanos mores ĩclínauit:sicut.L.Scípionís:& Cn.Manílíí cælatum argentum:& uestes attalícas & triclínía ærata:sicut. Lmũmíí ad corínthía & tabulas pictas.

Gryllus cum.y.græco & duplícato.l.scríbitur quonomíne uocatus est Xenophontís fílius:quí glorío se pro patría occubuit:cuíuslaudes & epitaphía ut díxit Arístote.ínnumeri scripsere.Socrates etíam si Hermippo credímus íllíus laudes scripsit.

Gynía prima cum.y.græco & penultíma cum.í.latíno scríbitur:fuit teste Herodoto lí. hístoríarũ pri

mo urbs in æolia:& in finibus ioniæ a gryneum nemus dici in sequenti dictione ostendemus.
Gryneum nemus cum.y.græco scribitur sic quoq; dictum a grynia ciuitate Asiæ in cõfinibus æoliæ & ioniæ quã puto aliq̃dõ Clazomenam dictã. Nam de grynia loq̃t Herodotus:de Glazomene uero ait. Seruius sup quartũ æneidos librum:cum apud Virgiliũ dixisset ad Aeneã:Dido:Sed nunc Italiã magnã gryneus Apollo:Italiã liciæ iussere capessere sortes:ubi dicit Serui? Clazomene ciuitas est i Asia iuxta qua nemus est gryneũ:ubi Apollo cũ reuerentia magna colitur:& sup æglogã q̃ inscribit Silenus:ait idẽ Seruius gryneũ nemus est in finibus ioniis Apollini cõsecratũ. At constat gryneam in cõ finibus ioniæ eẽ:ut supra uidimus. Vñ ait ibidẽ Virg.ad gallũ loqns de calamis quos illi dabãt musæ His tibi grynei nemoris dicatur origo.
Ne quis sit lucus quo plus se iactat Apollo. Nã in eo dabantur manifesta Apollinis responsa cui pfuit Mopsus ipsius Apollinis filius ex Mantone filla Tyresia uatis thebani natus:ut dixit Pomponius lib. i. de quo Statius sæpius in dubiis auditus iasone mopsus:& ut Seruius ipse super eandemæglogam at testatur in hoc Calchas & mposus inter se contenderunt de peritia diuinandi:sed a mopso superatus Calchas dolore interit:ut in carminibus. Euphorionis scribi dixit.
Gryps huius gryphis declinatione græca:& in plurali gryphes facit:at nõnulli ex nostris hoc tpe grypho gryphonis declinãt. Quorũ oium prima cũ.y.græco scribit:est animal q̃drupedes & pẽnatũ: qd in hyperboreis mõtibus nascit:& in oi parte corporis leo est pter allas & faciẽ:qbus aglas repræsentat: estq; hoibus & equis maxime infestus:ut ẽt tetigit Vir.in buccolicis:Iungentur iam gryphes equis.
Grypus cũ.y.græco & unico.p.scribit:dicit nasus gibbus seu aqlinus:a gryphis similitudine deductus.

h Adrianus cum aspiratione principii:&.i.latino in antiquis inscriptionibus semp scriptum cõperi. Nam apud athenas ad fauces aquæ ductus extra ciuitatis mœnia ad unũ miliare litteris latinis sic scriptum comperi. Imp.cæsar ælius Hadrianus Antonius augu.pius coss.iiii.trib.pot.ii.p.p aquæ ductum innouis athenis cœptum a diuo Hadriano patre suo consummauit:declinauitque. Ad uero Adrianus sine aspiratione nomẽ est gentile ab Adria urbe deductum: sane dictio hadriana pro filia Minois regis Cræ tæ:ut inscii quidam moderni somniauerunt:nunquam comperta apud antiquos & doctos fuit:ut late uidimus in dictione Adriadne.
Hæma cum.æ.diphthongo scribitur:dicitur apud nos sanguis:unde dictio æmilius forte deducitur:& simili modo aspiratur. Sed nos aspirationẽ abiecimus:ut in antiquis iscriptiõibus aspeximus: de quo supra in dictione æmilius late uidimus.
Hemattites cum.æ.diphthõgo & duobus.t.exilibus atq;.i.latino scribitur:lapis est ruboris sanguinei: a quo nomen assumpsit. Nam αἷμα græce latine sanguis dicitur.
Hæmorrois cum.æ.diphthongo & duplicato.r.atq;.i.latino scribitur:dici potest a nostris sanguinaria. Nam abαιμα quod est sanguis deducitur.
Hæresis sola prima cum æ.diphthongo & ultima cum.i.latino scribit:dici potest a nobis optio seu electio. Nam deducitur ab αἱρῶμαι quod est opto seu eligo:unde a pheresis quæ apud nostros ablatiuo dicitur:& diæresis quæ est diuisio:atq; synaeresis quæ est diuisorum coniunctio:a nõnullis uero secta hæresis ipsa traducitur. Cicero autem uocabulo græco utitur in paradosis cum ait:estq; in ea hæresi quæ nullum sequitur florem orationis.
Hæresius cum aspiratione &.æ.diphthongo scribitur:nomen est uiri proprium.
Hagesilaus cum aspiratione Principii &.i.latino atq; unico.l.scribitur:fuit rex lacedæmonius nõ potestate sed nomine:quemadmodum cæteri spartani reges creari consueuerãt:nam mos erat apud illos teste Plutarcho & Aemilio a maioribus lacedæmõis traditus:ut duos semper haberẽt reges nomine magis q̃ imperio:ex duabus familiis Prodi & Eristhenis:q princeps ex progenie herculis spartæ reges fuerant:horum ex altera in alterius familiæ locum fieri nõ licebat. ita utraq; suum retinebat ordinem & primum quidem ratio habebatur:qui maximus natu esset ex liberis eius qui regnãs decessisset sinis uirilem sexum non reliquisset:tũc deligebatur qui proximus esset propinquitate:per quẽadmodum mortuo Hagi rege frater Hagesilaus substitutus est hic cum a cæteris scriptoribus græcis tum eximie a Xenophonte socratico collaudatus est:eo enim usus est familiarissimæ:gessitq; strenue plurima bella & religiosus in deos:piusq; in patriam fuit quin & magistratibus obedientissimus.
Hagesipolis cum aspiratione principii &.i.latino utrobiq; scribitur:uir fuit atheniẽsis de quo nõnunq̃ Plutarchus meminit.
Halcyones cum aspiratione principii &.c.exili atq;.y.græco scribitur. unde necessario dictionem hanc aspirari indicant poetæ:qui exilem consonantem ante illam positam in aspiratam conuertunt. Theocritus in buccolicis χαλκυόνες στερέυνται τακυμματα ἠνδελαλατατον ubi dixit χἀλκυὸνες cum.χ.& non καλκυονες cum.κ.quod factum esset si halcyones non aspirarẽt. Nam ibi καὶ eẽ debuit sed p subsequente uocalem diphthongus ipsa αι abiecta fuit:&.κ.littera exilis & simplex in:χ.litterã aspiratam ob aspirationẽ sequẽtis uocalis cõuersa fuit:quẽadmodũ supra ostendimus: Quare si non fuisset eius dictionis prima aspirata exilis & simplex.κ.remansisset. Et sunt aues teste Plinio li.v.naturalis historiæ paulo minoris passeribo:hẽntq; maiori ex pte pẽnas purpureas cãdidis admixtas:collo gracili ac pce

ro ꝗs uideri cõtingit raro:ꝗa nunꝗ nisi circa solsticia & in brũa i qua oua deponut apparent Nam tũc quoꝙ medio fere hyemis in mari ipo nidificãt:quo tpe si pontus undosus fuerit: ipsis ouis mãsuescit: Caduntꝙ procellæ oẽs donec halcyones posita oua foueãt. Et cum septem dies sint ꝗbus educunt pul los:septem alios adiungunt quibus partus enutriant:de quibus Ouidius li.xi.metamor.dixit.

Perꝙ dies placidos hiberno tempore septem. Tum uia tuta maris:uentos custodit & arcet
Incubat haleyone pendentibus æquore nidis. Aeolus egressu:præstatꝙ nepotibus æquor.

Halicarnasus cum unico.l.sequente.i.latino &.c.exili;atꝙ unico.s.scribitur:deriuatꝙ ab ἁλὶ cõ qđ marinum indicat:& simili mõ aspiratur ciuitas est maritima in caria regione minoris Asiæ argiuorũ colonia:ut Pomponius li.i.scripsit:in qua Mausoli nobilis extat opus:ut in ea dictione uidebimus.

Haliacmon cum unico.l.&.i.latino atꝙ.c.exili sequẽte.m.scribitur:fluuius est macedoniæ: ut testatur Hesiodus in theogonia.

Halys cum unico.l.&.y.græco scribitur:fluuis est qui teste Plinio li.vi.naturalis historiæ oritur ex radicibus tauri montis & defluens per Cappadociam:diuisit olim regna Lidiæ a persis:item teste Herodoto inter paphlagonas uersus boream exiens:in euxinum põtum desinit:de hoc locutus Apollo ait Crœsus transgressus halym plurima regna perdet.

Halizones cum unico.l.&.i.latino sequente.z.consonante scribitur:populi sunt paphlagonũ: sic quoque dicti teste Aristarcho super quinto iliados librum:quia undique a mari circundantur hoc est ab ὑπὸ ζώστται quod est circundari & ἁλὶ mari.

Hamadryades cum aspiratione principi:&.y.græco scribitur. Nam cõponitur ex ἁμα qđ apud illos aspiratur:& cum sit aduerbium ordinis significat simul & δρυς huius δρυος qđ ẽ quercus:hoc est nymphæ:quæ una cum arboribus & nascuntur & pereunt:& ponitur species arboris pro genere.

Hamaxampeus cum aspiratione principii &.x.consonante in penultima scribitur pars est fluminis hypanis:qui cum fonte xampeo amaro commixtus est:nã componitur ex ἁμα quod est una & ἔαω τὸς quod nomen est fontis callipodum amara scaturigine infamis:

Hamilchar cum.i.&.ch.aspirato a græcis & emẽdatis latinis scribitur:licet barbarum cum quibusdam sequentibus esse dicatur:hic cognomento Barca dictus est:& fuit Hanniballis filius:& pater alterius magni Hannibalis:fuitꝙ carthaginensiis in extremis primi punici belli:& admodum adolescẽtulus. Sicilia præesse cœpit exercitui.cum ante eius aduentum & mari & terra male res gererentur carthaginensium:ipse ubi affuit nunꝗ hosti cessit:neꝙ locum nocendi dedit:sæpeꝙ contrario occasione data lacessiuit:semperꝙ superior discessit:ut Polybius historicus amplissime ostendit.

Hamilcho simili;modo scribitur:atꝙ omnia huiusmodi barbara cum aspiratione scribuntur.

Hannibal cum duplicato.n.&.i.latino scribitur:fuit carthaginẽsis Hamilcharis filius qui tanto cæteris ducibus prudentia præstare uisus est:quanto populus romanus cunctas gentes fortitudine anteibat: nã quãdocũꝙ cũ eo populo congressus est in Italia semper discessit superior:& nisi suorum ciuium inuidia debilitatus eẽt:romãos uidetur superare potuisse. Sed multorum obtrectatio teste Cornelio nepote deuicit unius uirtutem.hic minor quinꝙ & uiginti annos natus imperator factus:proximo triẽnio omnes gentes Hispaniæ bello subægit:saltum pyreneum trãsiit:& ad alpes posteaꝗ uenit:quæ Italiam a Gallia seiungunt:quos nemo unꝗ cum exercitu pter Herculem transierat:ita itinera & loca lapidosa strues cõburendo:& acetum iniiciendo patefecit ut ea elephãtus oneratus ire posset qua antea unus homo inermis uix poterat repere:& cũ iam romanos tribus præliis profligasset:pergens inde per ligures:& apœninum transiliens petebat Hetruriam:quo itinere apud ea loca ubi nunc est florentia: adeo grauí oculorum morbo affecitur:ut dextrum perdiderit:uel ut alii dicunt nunꝗ eo bene usus sit: Qua ualitudine cum etiam premeret. Et gætula ducem portaret belua luscum. C. flammineum consulem apud thrasumeum cũ exercitu insidiis circunuentum occidit:inde in Apuliam pergens maxima clade romanos apud cannas affecit:sed tandem semper inuinctus cogitur a ciuibus suis Italiã relinquere:& opem patriæ afferre quæ a.p. Scipione premebatur:a quo in Aphrica apud rhamam deuictꝰ dum pro reparatione acerrime esset occupatus carthaginẽses bellum cum romanis cõposuerũt:deinde cogentibus romanis cum in exilium mitteretur:ad Antiochum regem syriæ confugit:qui cũ cõtra romanos bella pararet:& Hannibalis consilia sperneret:quem suspectum sermones cum Villio romanorum legato apud Ephesum reddiderant:a romanis uictus Anthiochus & ad pacem coactus Hãnibali significauit illũ peti a romanis:qui cum aufugisset ad Prusiam regẽ Bithyniæ: & eodem modo eius regis cum romanis res procederent non illi similiter romanorum postulationem rex perfidus indicauit:sed eum in romanorum manibus hoc est Titi Quinti:qui ob eam causam uenerat:ut Hannibalẽ Romam captiuum duceret:ita tradidit ut uix tempus sumendi uenenum:quod in annulo regio more gerebat:ei superesse posset:qui quidem annulus ut dixit Iuue.fuit cãnarum uindex ac tanti sanguinis ultor & sequitur: Idemens & sæuas curre per alpes. Vt pueri placeas:& declinatio fias hoc est illis pueris:qui in rhetorum scolis Hannibalis gesta pro declinationis suæ materia assumere consueuerant decessitꝙ teste Aemilio Probo anno septuagesimo uitæ suæ.

Harmonia cum aspiratione principi &.i.latino scribitur:dici potest a nostris concẽtus seu magis ppor cionalitas. Nã descẽdit ab ἁρμόζω quod est coapto:fuit ẽt feminæ nomen quæ filia fuit gelonis syracusarum regis:& uxor Themistii syracusani:quæ deinde ut omnis stirps regia tolleretur occisa fuit.

Harmodius similiter scribitur:& nomen fuit uiri proprium:
Harmodotus cum.t.exili scribitur.nomen fuit poetæ de quo nõnunq̃ Plutarcus meminit.
Harmonides cum.i.latino scribitur:fuit troianus quem teste Homero libro.v.iliados præcipuo quodã amore Minerua dilexerat:ideoq; nihil eum fugit:q; fabrili arte effici posset:is iter alia quæ fabrefecerat naues illas Alexandro ædificauit:quæ fuerunt malorum omnium quæ troianis cõtigerunt caput: pernicioſas quidem ac mortiferas:ut cæteris troianis:ita ipsi ædificatori:quia deorum monita non intellexissent.
Harpilace cum unico.l.&.i.latino atq;.c.exili scribitur:fuit filia Harpali regis Thraciæ & amazonũ regina:ut dixit Seruius super primum æneidos:hæc cum senem patrem captum audiuisset a getis:congregata multitudine subito impetu perrexit & patrem liberauit:quod tetigisse uidetur Vir.li. ænei.i. cum ait. Vel qualis equos threissa fatigat Harpalice uolucremq; fuga præuertitur hebrum.
Harpasa cum unico.s.scribitur:oppidum est in Asia iuxta quod teste Pli.li.ii.naturalis historiæ cautes stat horrenda uno digito mobilis: ea si toto corpore impellatur resistens.
Harpe similiter aspiratur:fuit ensis falcatus:quo usus est Persius:unde Lucanus: Arpem alterius mõstri iam cede rubentem:& ab ἁρπάζω quod est rapio nomen accepit.
Harpya cum diphthongo:&.y.græco & .i.latino compacta scribitur:sed aspirandam esse ostendit Hesiodus in theogonia cum dixit ἠυγο μουσ θαρπυιασ.ita ut cum debuerit esse.τ.simplex siue exili propter aspirationem sequentis dictionis conuersum fuit in.θ.quod est aspiratũ per modũ quẽ in p̃ceptis explicauimus:unde & uerbum a quo deriuatur similiter aspiratur:ut ἁρπάζω.i. rapio:& ponuntur a poetis latinis tres.s.Aello Ocypete:& Celeno.ab Homero uero additur quarta.s.Thyella.
Harpalus cum aspiratione & unicum.l.scribitur:nomen est proprium ab ἁρπάζω deductum:fuit regis Cyri præfectus:a quo teste Igino deducti fuerunt:qui ex terra phocide fugati sunt & quidam alii uelam in agro Lucano resederunt:unde uelinus dictus est portus:pars massiliam cõdiderunt: post annũ amplius sexcentesimum postq̃ Aeneas in Italiam uenit:ex quo rephẽdit Virgilium Iginius: qui in.vi. Palinurum inducit portum hunc Aeneæ denominare & similiter nonnullis aliis in locis:quæ correcturum Virgi.extimat:ut diffuse gellius li.x.noctium atticarum pertractauit.
Hastrubal cum.t.exili a græcis & non cum.d.ut nonnulli ex nostris consueuerunt scribitur:frater Hãnibalis fuit.
Heautõtimerumenon prima aspiratur:& reliquæ omnes sine aspiratione scribũtur:& sunt octo syllabæ eam græcam dictionem apud nos describẽtes:q̃ Terentii unica comœdia inscribitur: significatq; seipsũ cruciantẽ:de quo sane in ea comœdia ptractat:nã cõponit ex hac dictione ἑαυτὸν:q̃ apud illos aspirat in initio & seipsum designat:atq; τ μορουμένον:quod significat cruciantem: quia participiũ est huius uerbi τὺπτομαι:quod est uindicor & crucior. Sane repperi sæpius ab antiquis:quibusdam grammaticis inductam eiusmodi inscriptionẽ cum participio in datiuo:pro quo nos quandoq; ablatiuo utimur:uidelicet τὺπτωμένῳ hoc est in seipso uindicante seu cruciante hocq; plerũq;.
Hebdomada cum aspiratione principi: & unico.m.scribitur:dicitur a nostris septimana: nam deriuat ab ἑβδομος:quod apud illos aspiratur:& apud nos septimum significat.
Hebenum similiter aspiratur:& cum unico.n.scribitur:idq; Herodianus de orthographia attestatur:arbor est quæ in india nascitur. Virgi.libro georgico.i. Sola india nigrum fert habenũ: nam eius lignũ teste Plinio libro.xii.naturalis historiæ nigri splendoris ac iucundi est: accendi Fabianus negat: uritt tamen odore iucundo:ac Herodotus etiam in Aethiopia comperiri dixit:cuius tributi uice regibus perfidis centenas phalangas tertio quoq; anno pensitasse æthiopas cum auro & ebore prodidit: estq; generis neutri & fœminini:neutri quidem ut Virgilius. Sola india nigrũ fert hebenum:fœminini uero ut Lucanus: Qui hebenus inquit mareotica.
Hebe absq; diphthongo scribitur:dicitur a poetis Iunonis filia sine patre.Nam cum grande conuiuiũ Apollo in domo patris Iouis Iunoni nouercæ parasset & ipsa auide lactucas comedisset agrestes factũ est:ut ex illis grauida fieret cum usq; in id tempus sterilis perstitisset:peperitq; deinde Heben: quæ ga formosa erat ab ipso Ioue pincerna constituta est:& dea iuuẽtutis dicata:quæ deinde cum semel ĩ deorum conuiuio pocula ministraret:& casu interram caderet:uestesq; subleuarentur:ita ut obscœna diis monstaret:indignatus Iuppiter eam ab officio amouit:& eius loco ganymedem rapiẽs substituit postremo Herculi in numero deorum iam assumpto coniunx datur:de quo Seneca ĩ octaua iquit deus alcides possidet Heben:nec Iunonis iam timet iras:cuius gener est qui fuit hostis:& Iuuenalis in satyra Exemplo quodcunq; malo ait.Nec puer iliados formosa nec herculis uxor Ad cyathos.
Hebæus cum.æ.diphthongo in penultima scribitur.
Hebrus tam a nostris q̃ a græcis aspiratur fluuiuseſt trachũ celeberrimus qui Aristotelis testimonio li.ii.meteororum ex monte pindo nascitur. Seruius uero ex Oeagrio fluuio patre Orphei qui etiã ex eodem monte pindo nascitur profluere dixit:quod Virgilius tetigisse uidetur libro geo:gico.iiii.cũ ait: Oeagrius hebrus:& quia odryssii montis niues eum plurimum augent:fridigissimum etiam reddunt quare dixit Virgilius in gallo: Si amore æstuantes frigoribus mediis hebrumq; bibamus nos tũc quo q; refrigerari non posse: fuitq; in illo proiectum Orphei caput & lyra:
Hecate cum unico.c.exili atq;.t.absque aspiratione scribit:ponit pro Diana:siue Luna seu Proserpina

Nam hecaton apud græcos centum significat:quem numerum finitum proſinito ei antiqui ob mira bilem potentiam tribuebant:quod tetigiſſe uidetur Vir.li.æneidos.vi.cum ait Voce uocãs hecatem cæloq; creboq; potentem:ubi dicit Seruius hecate proſerpina dicta eſt:aut quod centum uictimis placetur prout Menelaus conſtituit:aut quod centum annos errare faciat inſepultos.

Hecatombe ſimiliter per unicum.c.exile atq;.t.ſine aſpiratione ſcribitur:ſacrificium erat cẽtum bouũ ut in præcedenti uidimus dictione:Iuuenalis in ſatyra:Natali coruine die:Exiſtunt qui promittunt hecatomben:quaſi hecaton.i.centum βοῦσ:quo uocabulo utitur & Homerus.

Hecatompylon cum.c.&.t.exilibus atq;.y.græco ſcribitur:dici poteſt latine centum portarum πυλῶν enim portarum deſignat.

Hector cum.ct.exilibus ſcribitur:fuit regis Priami ex Hecuba a poetis omnibus cantatiſſimus.

Hecuba cũ unico.c.& illo exili ſcribit̃:fuit regis Priami uxor:quã Homerus Dimantis filiã dixit:idq; tegiſſe uidet̃ Ouid.li.xiii.meta.cũ ait.Ergo aliis latraſſe dimantida flebile uiſum eſt.Euripides uero nõ Dimãtis ſed Ciſſei regis tharcum fuiſſe dixit:quẽ ſecutus Vir.li.ix.æneid.dixit Ciſeis prægnans ignes enixa iugales:uidelicet cũ pepererat Paridem:qa prægnans ſomniauerat ſe accẽſam facẽ parere quæ patriam totam inflammaret:fuitq; ſtatura grandi:& uirili animo:pia & benigna: ſed amiſſo uiro patria & nobiliſſimis filiis:in canem conuerſa ponitur ab Ouidio libro.xiiii.metamorphoſeos.

Hedera cum aſpiratione & abſque aliqua diphthngo ſcribi:debet:arboris eſt genus aliis arboribus uel muris inſidẽs:& ab ἕδρᾱω quod eſt colloco uel iſideo deducitur:& non ab hæreo uerbo latino:ut quidam putauerunt:cuius prima diphthongum habet:& naturaliter producitur:& hedera primam corripit.hanc teſte Plinio libro.xvi.naturalis hiſtoriæ negauerat Theophaſtus naſci in Aſia:nec in india niſi in monte mero:quare Alexandrum ob raritatem ita coronato exercitu ob uictoriam ex India rediſſe exemplo liberi patris cuius deſ;ut ille inquit:& tunc adornãt thyrſo galeas: quinetiam hac ſcuta thraciæ populi in ſolemnibus ſacris teſte feſto in tutela liberi patris eſſe putabatur:qa ut ille iuuenis ſẽper:ita hæc uirens: uel quia ita illa omnia ſicut ille mẽ es hominum illigat:ſed pergit Plinius inimica arbor ſatis omnibus:ſepulchraq; ac muros rumpens:ſerpentium frigori gratiſſima:ut miq; ſit illã in honore ullo habitam.huius ut in ſequentibus ille idem oſtendit:ſpecies ſunt tres:eſt enim candida & nigra hedera:tertia uocatur hellix & ianum:rurſus & hæc ſpecies diuiduntur in alias: quoniã eſt aliq; fructu tantũ candida:alia & folia ſimili modo & nigra alicui ſemẽ nigrũ alii crocatũ cuius coronis poetæ utuntur foliis minus nigris:quam quidam myſiam:alii bacchiam uocant:hellix uero fructũ nõ gignit:eſt & alia rigẽs hedera:quæ ſine adminiculo ſtat:ſola omniũ generum:& ob id uocata cyſſos: de qua in ea dictione uidimus:& alia e diuerſo nunquam niſi humo repens dicta chamecyſſos:ut etiam i ſimili dictione uidimus:at uero Seruius in bucolicis dixit nigra autem uel alba hedera nõ ex foliis ſed in ligno cognoſcitur:& infra ſubdit Plinius hedera mira proditur natura ad experienda uina:ſi uas fiat e ligno eius uina tranſfluere:ac remanere aquam:ſiqua mixta fuerit:eadem teſte eodem Plin.in eo dẽ libro ſi teratur lauro uel laurum conterat:ignem admodum ſilicis & ferri concipit:ſane coronabãtur hedera poetæ:cum in certaminibus ex iudicum ſententia approbati fuiſſent:ut inuentum epigrãma apud Hiſtoniũ frentanorũ oppidum ſaxo inſculptum his uerbis idicat.L.Valerio pudẽti.L.F. hic cum eſſet annorum.xiii.Romæ certamine ſacro Iouis capitolini luſtro.vii.clãritate ingenii coronat⁹ eſt inter poetas latinos omnibus ſententiis iudicium:huic plebs uniuerſa municipium hiſtonienſium ſtatuam ære collato decreuit:ideo & de ſeipſo dixit Ouidi.in.viii.de ponto.

Tempora ſacrata mea ſunt uelata corona.

Publicus inuito quam fauor impoſuit:ſed q; ex hedera coronarentnr oſtendit Vir.in bucolicis cũ ait. Paſtores hedera creſcentem ornate poetam Iuuenalis in ſatyra Et ſpes & ratio inquit Qui facis i parua ſublimia carmina cella. Vt dignus uenias hederis & imagine macra.& Perſius ſimiliter. Quorum imagines lambunt hedere ſequaces:& hoc ſiue a ſimilitudine ppetui uiroris:ſiue quia libero patri hoc eſt Baccho ſacrata ſit:& poetæ ut bacchãtes inſanire dicantur:ſiue ut alii dicũt:quia ex una parte folio rũ hedere uiridior eſt quo famæ æternitas indicatur:ex altera pallor qa poetas ipos ex ſtudiorum labore conſequi uidebatur :ut Perſius in prima ſatyra:En pallor ſeniumque.Iuuenalis ſimiliter de poetis qui tempore mecœnatis florebant locutus inquit: Tunc utile multis pallere & uinum toto neſcire decembri ita cum triumphantes duces lauro coronarentur:& Auguſtus non ſolũ dux inclytus:ſed poeta clariſſimus fuerit:inquit ad illum Virgilius. Atq; hanc ſine tempora circum.Inter uictrices hederã tibi ſerpere lauros:ſunt & qui uelint nonnunquam poetas etiam myrto fuiſſe coronatos:ut ingenii acumen:& ſcriptorum odor denotari poſſet.

Hegeſippus abſq; aliqua diphthongo &.i.latino atq; duplicato.p.ſcribitur:nomen eſt uiri proprium.

Hegeſias abſq; diphthongo &.i.latino ſcribitur:fuit unus philoſophus cyreniacus:q copioſe diſputauit de bono mortis:alter fuit ſtatuarius q teſte Quint.in.xii:duriora & tuſcanicis proxima effingebat

Hegeſipyle antepenultima cum.i.latio:& penultima cum.y.græco ſcribit̃:fuit teſte Herodoto li.vi.hiſtoriarum holori regis Thraciæ filia:quam Milciades athenienſium dux accepit.

Helectrũ cum unico.l.&.ct.exilibus ſcribitur:græcũ uocabulum eſt ab ἥλιος qd̃ eſt ſol deductum:ut uidebimus in dictione heliades:& eſt ſuccus ex arbore pineí generis profluens:& ob id a latinis ſuccinũ appellatum:a cuius coloris ſimilitudine puto eam mixturam helectrũ dici:quæ ex parte quadã auri &

argenti conficitur:dicente Plinio libro.xxxiiii. naturalis hiſtoriæ:aurum in quo quinta argẽti portio eſt:helectrum uocatur:& ſi quintam portionem exceſſeris incudibus non reſiſtit:& ut pergit eſt etiam helectro auctoritas Homero teſte:qui Menelai regiam auro helectro argeto ebore fulgere tradit. Mineruæ templum habet lyndos inſula rhodiorum:in quo helena ſacrauit calicem ex helectro.

Helicon abſq; diphthongo & cum unico.l.atq;.i.latino &.c.exili ſcribitur:unus eſt ex iugis parnaſi:qui & alio nomine cyrrha dictus eſt:fuitq; Apollini ſacer:ut in dictione parnaſus uidebimus.

Helios cum.e.abſq; diphthõgo & unico.l.atq;.i.latino ſcribitur:dicitur a noſtris Sol:& ide heliades heliogabalus & plura alia deducuntur.

Heliogabalus cũ ſimplo.l.atq;.i.latino ſcribitur:fuit naturalis filius Antonii Caracallæ:illiq; eo tpe ex Semiamira formoſiſſima fœmina apud phœnices genitus quo pater eius Seuerus cũ parthis bellũ habuit:hic cũ adoloſcẽtulus eẽt.factus ẽ ſacerdos Solis apud phœnices uñ.Heliogabali cognomẽ adeptus eſt.Nã helios ut diximus:ſol eſt:& gabalus teſte Seruio ſup ſeptimũ æneidos illius propriũ nomen fuit:uel ut alii dicũt lingua phœnicia ſacerdos:deinde artificio matris ad imperiũ apud Antiochiã aſſumptus ẽ iterfecto.ſ.Macrino:q firmata iã pace cũ parthis libidinoſe cũ illa uiuebat. Quare ad urbẽ ueniens Heliogabalus a ſenatu impetrauit:ut mater in ordine ſenatorio locaretur:quæ prima fœmina in eo ordine fuit:ut hæc & reliquam Heliogabali ſpurciſſimam uitam Helius lãpidius pertractauit.

Heliopolis cũ ſimplo.l.&.i.latino utrobiq; ſcribitur:ciuitas eſt Aegypti:quæ a græcis teſte Diodoro ſiculo Thebæ dicitur:huius ciues teſte Herodoto libro hiſtoriarũ ſecũdo apud ægyptios omnium ſapientiſſimi habent:altera eſt in Cilicia patria Cryſippi ſtoici:ut oſtendit Solinus cũ de Cilicia tractat.

Heliades cum unico.l.&.i.latino ſcribitur:patronymicum ẽ fœmininum ductum ab helios q ẽ Sol.Nã ſorores dicuntur Phæthontis:quæ fraterna funera iuxta eridanũ deplorantes cõuerſæ dicunt in alnos dicente de illis Virgilio in ſileno: Atq; ſolo proceras errigit alnos:uel in populos:ut dixit Ouidius:q̃ ſane arbores ut aiunt cũ ſol torrens Iunio Iulioq; menſibus cancrũ atq; leonem attingit æſtu ualido fiſſis corticibus ſuccum ſui liquoris in eridanũ fluuium iaciunt:q cum in lapidẽ obduretur helectrũ dicitur quia Sol helios appellatur:& illud ex ui ſolis originem ducere dicunt:unde Ouid.li.meta.ii. Stillataq; ſole rigeſcunt De ramis electra nouis:q̃ lucidus annus Excipit:& nuribus mittit geſtanda latinis: hocq; prius græci poetæ fere omnes dixere ut Aeſchilus:Polyſenus:Euripides:Satyrus & Nicãder: quod ſane dictũ ut ait Pli.li.xxxvii.naturalis hiſtoriæ falſum eẽ Italiæ teſtimonio patet:ubi helectrũ naſci nũq̃ compertũ eſt:quare infra ſubdit certũ eſſe gigni in inſulis ſeptentrionalis oceani:& a germanis appellari gleſſum:ob quod a noſtris unã eaꝝ inſularum gleſſaria eſt appellata:Germanico Cæſare ibi claſſibus rem gerente:& ſubdit.Naſcitur ãt defluente medulla ex arboribus pinei generis:ut gũmi in ceraſis:reſina in pyris errupti humoris abundantia. Denſatur rigore uel tpe aut mari cũ ĩtumeſcens æſtus rapuit ex inſulis:& infra ſubdit. Arboribus ſuccum ẽt eſſe priſci noſtri credidere:ob id ſuccinũ appellãtes ſed famã rei priſcis poetis teſte eodẽ Plinio fecere proximæ pannoniæ id accipiẽtes circa mare hadriaticũ:& pado annexa fabula fuit:quia tranſpadanoꝝ agreſtes fœminæ ſuccina decoris gratia maxime geſtare conſueuerant:ac ẽt hodie obſeruant:uerum cũ ex illis p̃cioſa pocula ſuccauarenẽ: dixit Iuuenalis ĩ ſatyra:Si te ꝓpoſiti:Ipſe capaces heliadum cruſtas & inæquales berillos:uidelicet ob ſculpturæ artificiũ:uel ob aliaꝝ gemmarum ornamenta:nam ut ſubdit Birrho ut multi gẽmas ad pocula trãſfert a digitis:q̃s in uagina frõte ſolebat Ponere zelotypo iuuenis prælatus Hiarbæ regi.ſ.mauritaniæ cui iuuenis Aeneas prælatus fuit:de quo Virgilius libro æneido.iiii. Aſt illi ſtelatus iaſpide fulua enſis erat:& reliqua quæ hunc Iuuenalis locum explanant.

Heliotropia cum.i.latino utrobiq;:&.t.exili ſcribitur:herba ẽ quæ admotum Solis conuertitur:& componitur ab helios:quod eſt ſol:& τροπη conuerſio:ab aliquibus heliotropium ſcribitur.

Helichryſios cum.ch.aſpirato ſequente.y.græco in eadem ſyllaba ſcribitur:ſecundum nonnullos:flos eſt:qui teſte Pli.li.xxi.natu.hiſt. habet folia auro ſimilia:& tenue cauliculum grãdeq; ſed durum:& cõponitur dictio ex ἥλιος ov qui eſt Sol:& chryſos aurum quaſi aureus flos eẽ uideatur:& propterea rectius ſcribitur ſine aſpiratione in principio:

Heleus cũ unico.l.ſcribitur:nomẽ fuit Bacchia ciuitate Helidis:ubi plurimum honoratus fuit tractũ.

Helicopis cum unico.l.&.i.latino utrobiq; atq;.c.exili ſcribitur nomen fuit nymphæ.

Helena cum aſpiratione principii & unico.l ſcribitur:habetq; apud græcos accẽtum in penultima quẽ teſte Seruio ſup.viii.æneidos commutauit in primam:de quo in dictione proſodia cauſã uidebimus: fuit filia Tyndari ex Leda.quæ teſte Gorgia ex ſua admiranda pulchritudine uiſa eſt filia Iouis: quam primo uirginẽ Theſeus rapuit:ſed itacta fratribus reſtituta fuit:nupſit deinde Menelao:& uiro abſcẽte a Paride iterum rapitur:poſt cuius mortem nupſit Deiphobo fratri Paridis:tandem poſt Troiæ excidium redditur Menelao:qui nauem cum illa aſcendit patriam petiturus.ſed actí tempeſtatibus in ægyptum ad regem:quem Homerus Polibum uocat deuenere:unde deſcendentes.atq; octo annis errãtes:ut teſtis Euſebius in patriam tandẽ reducti ſunt:lõge ante mortuo Agamẽnone:& illis forte diebus Aegiſtho. Sane ex antiquis græcis ſcripſere nõnulli illam nequaquam a Paride raptam fuiſſe: ſed aliam cauſam troiani belli extitiſſe:quod.ſ.Herculem quærẽtem illam olim raptam a Theſeo & Protheo regi Aegypti commẽdatam ſuſcipere noluerunt:ad quam petendam Menelaum ad Aegyptum poſt bella troiana profectum fuerũt:hocque ex relatu Porphyrii in quibuſdam gloſulis ſup Homerũ

accæpi:Sed quæ ſupra diximus poetæ omnes græci quos legimus latiniq; cõfirmant eãdem fuiſſe im mortalem ex longa ætate computare uoluit Seruius ſuper ſecundum æneidos dicens cõſtare fratres eius cũ argonautis fuiſſe:argonautaq; uero filios cũ thebanis dimicaſſe:quoq; iterũ filios cõtra Troiam bella geſſiſſe:ſed utcũq; res fuerit:retulit Iſocrates illã ſenio iam cõfectam:& i rugas faciẽ contractam:p ſpeculum inſpicientẽ uiros illos fortes:ſeu heroas & ſemi deos:ut uerbis Homeri loquar longo riſu ridere conſueuiſſe:qui pro tam caduca tamq; falaci re tanto ardore ac pertinatia depugnaſſẽt non.n.ob aliud pugnaſſe ab Homero dicuntur:quia reſtituta Helena ſe receſſuros promittebãt. Oui. uero illam fleuiſſe dixit:cum ait libro quintodecimo metamorphoſeos.

Flet quoq; ut in ſpeculũ rugas conſpexit aniles. Tyndaris:& ſecum cur ſit bis rapta requirit!

Helenius cum unico.l.&.i.latino ſcribitur:flos dicitur teſte Plinio libro.xxi.naturalis hiſtoriæ ex lachrymis Helenæ natus:& ideo in Helena inſula ut ait laudatiſſimus eſt autem frutex humi ſe ſpargens dro dantalibus ramulis folio ſimili ſerpillo.

Helcus cum.c.exili ſcribitur:id eſt quod a nonnullis ex noſtris hulcus ſcribitur.

Helorus cum unico.l.ſcribitur:fluuius eſt Siciliæ teſte Pli.lib.iii.natu.hiſto.qui campus ut Nilus ſuper funditur:dicente etiam Virgilio libro tertio ænei.Exupero ꝓpingue ſolum ſtagnantis helori.

Helops cum unico.l.ſcribitur:piſcis eſt:quẽ teſte Quintiliano libro quinto de Inſtitutione oratoria ait ſcarum noſtro mari non ducas:unde Columella libro.ix.ait pamphylio profundo & nec alio paſci.

Heliſabet cum unico.l.&.i.latino atq;.t.exili in fine ſcribitur:nomen hebrææ fœminæ proprium.

Hellin cum duplicato.l.&.i.latino ſcribitur:fuit Ariſtarcho teſte ſuper decimũ odyſſeæ Deucalionis filius:a quo græci hellines uocitati fuerunt:ut uidebimus in dictione Pyrrha.

Hellas cum duplicato.l.ſcribitur:regio eſt:de qua in dictione attis plene uidimus:& teſte Pli.libro quarto naturalis hiſtoriæ ab Iſthmi anguſtiis icipit:a noſtris appellata Græcia.ſic quoq; a græco rege:q̃ primus in illa regnauit:a cui⁹ filia uocata ẽ Attis:deide ab Helline Deucalionis & Pyrrhæ filio dicta fuit Hellas:ſed nos antiquius nomen ſeruamus:ac græciam dicimus.

Helle huius helles cum duplicato.l.ſcribimus:fuit Athamãtis argiuorum regis filia:&Phryxi ſoror: ut uidebimus in dictione Phryxus.

Helleſpontus cum duplicato.l.&.t.exili ſcribitur:mare eſt illud ſtrictum:quod a Tenedo uſq; ad Propõtidem uergit ab helle denominatum:ut uidebimus in dictione phryxus:& inde helleſponticus & helleſpõtiacus:ut Virgilius libro georgicorum tertio.helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi.

Helleborum cum duplicato.l.ſcribitur:herba eſt medecinalis:quæ plurima naſcitur in Anticyra inſula: ut in ea dictione uidimus:& uocatur teſte Plinio libro.xv.naturalis hiſtoriæ apud italos ueratrum: ſũtque teſte Aulo Gellio libro.xvii.duæ eius ſpecies coloris inſignes candidi & nigri:qui nõ in ſente neq; in uirgultis :ſed in radice dignoſcuntur:de quibus plura ſcribuntur.

Hellix cõ duplicato.l.&.i.latino ſcribit:gẽus ẽ hederæ:ut i ea dictiõe uidimus:q̃ apd nos lubricũ idicat.

Hemis cum aſpiratione principii &.i.latino ſcribitur:apud nos traducitur:ut plurimum ſemis:nã græce ſcribitur ἡμισ cuius aſpiratio in.ſ.noſtrum conuerſa fuit & ultima littera abiecta.

Hemicyclus componitur ex hemi quod eſt ſemis & cyclus abſq; aſpiratione &.y.græco:quod eſt circulus:quaſi dimidius ſit circulus.

Hemina cum aſpiratione principii &.i.latino ſcribitur:genus eſt uaſis quo uinum uel frumentum uẽdebat:& ab hemis deſcẽdit quod eſt ſemis:quaſi media ſit ſextarii:quod Gellius libro tertio noctiũ atticaꝝ oſtendiſſe uidetur:quum de dimidio & dimidiato loquens inquit ſi ſextario hemina fuſa eſt non dimidiatum ſextarium fuſum dicendum eſt ſed dimidium.Perſius i ſecunda ſatyra:Fregerit heminas arreti ædilis iniquas:unde accentum detinet in penultima & inde heminaria quaſi mediocris dici põt. Quintilia.libro ſexto de inſtitutione oratoria.Fabius maximus incuſatus Auguſtæ congiarioꝝ quæ amicis dabantur:exiguitatem heminarium eſſe dixit:ſane eõgiarium id uini eſt:quod a principe aliquo doni gratia in populum datur:eſt etiam menſura quædam:ut Paulus iuriſconſultus de fundo inſtructo & inſtrumẽto legato oſtendit cum ait:item urnæ æreæ:& congiaria ſextaria.

Hemiſpærium cum.i.latino utrobiq; ſcribitur: dicitur a noſtris media ſpæra.

Hemiſtichos cum.i.latino utrobiq; &.t.exili atq;.ch.aſpirato ſcribitur:dicitur a noſtris medius uerſus: nã σ τιχõσ græce latine uerſus dicitur:ſed in neutro poſuit Seruius ſuper primũ georgico.cum ait.& Vir.hoc hemiſtichon unum de multis:unde etiam a multis hemiſtichium nuncupatur.

Heniochus cũ.i.latino &.ch.aſpirato ſcribitur:dicitur a noſtris auriga.

Haracleus cum.c.exili &.e.in penultima ſcribitur:nomen fuit nonnullorum imperatorum romanorũ cõpoſitũq; eſt ex ἡρα quod ẽ Iuno:& κλεõσ gloria:quaſi Iunonis ſit gloria.

Hera cũ.e.abſq; diphthõgo & unico.r.ſcribitur:dicitur latine iuno:quo uocabulo etiã antiquiores noſtri uſi ſunt:ut Ennius in oratione Pyrrhi cũ captiuos romanis reddidit.Ferro non auro tandem certemus utrinq;.Vos ne uelit an me regnare hera:quidue ferat ſors uirtute experiamur.

Heraclea cum.c.exili ſcribitur:& componit ex hera quæ eſt iuno & cleos gloria: quo nomie plures urbes cognominatæ fuerũt.nã una eſt in radicibus montis Oetæ in plano poſita: quam Aſaris flumen afluit:ut oſtendit Liuius libro quinto de bello macedonico:alia fuit i Propõtico:quæ prius Perinthus. uocabatur:& utquidam ferunt ab heraclio conſtantinopolitano imperatore heraclea cognominata

fuit:in hac fuit amphitheatrum unum ex ſeptem ſpectaculis orbis:alia fuit in ponto boeticorum colonia:alia in Italia in finibus campaniæ.

Heraclides cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:fuit heracleotes philoſophus ex ponto & filius Euthyphõis fuit uir dies qui athenas proficiſcens Speuſippum primo audiuit:& licet ẽt pythagoreorum fuerit auditor:Platonẽ tamen imitari ſtudebat:molliori ueſte utebatur:fuitq; adeo tumens:ut attici non ponti cum ſed ponticum uocarẽt:fecit dialogos plures & tragedias:Sunt qui aſſerant illum patriã a tyrãno liberaſſe:eo.ſ.necato:ut teſtatur Demetrius Magneſius:qui inſup addit draconem illum nutriuiſſe:& cum iam moriturus eẽt iuſſiſſe cuidam ex neceſſariis:ut corpus occuleret:draconem lectulo ſuppone ret ut putaret ad deos migraſſe:quo facto efferentibus Heraclidem ciuibus eumq; laudibus ꝓſequẽtibus:draco clamore audito ex ueſtibus prodiẽs multos perturbauit: poſtea manifaſta ſunt omnia.Idẽ de illo hippotus rettulit.Fuere heraclides quattuordecim:primus hic ipſe.Secundus cõciuis huius:q pyrrhicas nugas conſcripſit.Tertius cumãus qui perſica quinq; libris abſoluit.Quartus cumãus orator qui artes rhetoricas ſcripſit.Quintus alexandrinus:Sextus itidem alexandrinus perſicarũ ꝓprietatum ſcriptor.Septimus dialeticus Bazileites:qui cõtra Epicurum ſcripſit.Octauus medicus iceſiũ.Nonus medicus tarentinus empericus.Decimus poeta qui præcepta cõſcripſit.Vndecimus ſculptor phocenſis.Duodecimus argutus epigrammatum ſcriptor.Decimustertius magneſius qui mitridatica ſcripſit.Quartuſdecimus qui de aſtrologia libros compoſuit.

Heraclitus cũ.c.&.t.exilibus atq;.i.latino ſcribitur:fuit Epheſius philoſophus Bliſonis:ſiue ut alii dicũt Heratonis filius:hic teſte Laertio iter cæteros elato aĩo fuit:& oẽs contemnens dicebat Homerum dignum ut de certaminibus eiiceretur:colaphiſq; cæderetur:nec aliquẽ audiuiſſe ferunt ſed ꝑ ſe oĩa didiciſſe de republi.& de theologia diſſeruit:& librum illũ in templo Dianæ repoſuit obſcure ſcriptum:ut ſoli docti intelligerent:ne ſi uulgo tractaretur fieret contemnibilis:noluit ad Darium Hyſtaſpis filum & regẽ Perſaꝝ accedere:qui eũ benigniſſime ꝑ epiſtolã conuocabat:ſeceſſit deinde in mõtes & ibi olera comedens:decidit in morbum itercutis:quare in urbẽ rediens ſciſcitabat medicos ꝑ ænigmata: an poſſet ex imbre ſiccitatem facere:illis non intelligentibus introiens in ſtabulũ bouinũ:& ſe ſimo bubalino obruens:credens illo calore poſſe humorẽ exſiccare interiit: ſexageſimum annũ agens:fuitq; teſte Hermippo ſepultus in foro.Quinq; fuerunt Heracliti:primus hic ſecundus poeta lyricus:tertius halicarnaſeus uir elegans:quartus leſbius qui macedonum ſcripſit hiſtoriam:quintus ridiculus uir.

Hercules cum.c.exili & unico.l.ſcribitur:& interprætatur ἥρας.i.iunonis κλέος gloria:quaſi illa ꝑſeq; te magnam gloriam ſit conſecutus:& dicitur a poetis omnibus iouis ex Alcmena filius apud Thyrinthiam urbem natus & educatus:& ut dixit Macrobius libro ſaturnaliũ:non exiſtimes Alcmenæ apud Thebas boetias natũ ſolum uel primũ Herculem nũcupatum:immo poſt multos atq; poſtremos ille hac appellatione dignatus eſt:honoratuſq; hoc noĩe.qd̃ multa fortitudine nomen dei ꝑmeruit Varro ẽt cum nominaſſet quadragita tres Hercules adiecit poſtea q; oẽs q aliqd fortiter feciſſent Hercules uelut appellatiuo noĩe dicti fuerũt.Sed huic q iouis filius dictus fuit:cũcta poetæ abſq; alioꝝ differẽtia tribuũt:itaq; ei⁹ laudes & duros mille labores diuinæ.Vir.li.yiii.ænei.ꝓſequit:Vt pria nouercæ.

Monſtra manu geminoſq; premens eliſerit angues. Vt bello egregias idem deſiecerit urbes.

Troiamq; œchaliamq;:& ſubdit:Tu nubigenas inuicte bimembre.

Neleum pholeumq; manu:tu creſia mactas.

Prodigia.& uaſtũ nemeæ ſub rupe leoné:& reliq; ꝙbus Mart.li.iiii.epigrãmatũ alia ſupaddidit dicens.

Si cupis alcidæ cognoſcere facta prioris.

Diſce:lybin domuit:aurea poma tulit.

Peltatam ſcythico diſcuſſit amazona dono.

Aeripidem ſyluis ceruam:ſtymphalidas undis.

Abſtulit a ſtygia cum cane uenit aqua.

Fœcundam uetuit reparari mortibus hydram.

Heſperias tuſco lauit in amne boues.

Hercynii cum.c.exili ſequente.y.græco atq;.i.latino in penultima ſcribit:populi ſunt teſte Herodoto uetus pelaſgorum colonia.

Hercynia eodem modo ſcribi exiſtimo:ſylua eſt teſte Pomponio mella in Alemania maxima:quæ dierum.lx.iter occupans:ut maior aliis ſyluis quæ in germania ſunt ita notior.

Hermagoras in initio aſpiratur:Sane maiores noſtri non in as ſed in.a.finiebant:ut Cicero in rhetoricis & in Bruto Hermagora ſemper ſcripſit:quia teſte Quintil.non temere maſculina græca in.a. atq; in.s.littera exire recto caſu patiebãtur:unde ab antiquorũ plæriſq; Aenea & Anchiſa ſcriptũ fuiſſe dixit:& Pelia pro pelias apud Celium legebatur:& apud Meſſallam bene fecit Euthia:fuit itaq; Hermagoras rhetor græcus:& teſte Quintiliano circa finẽ tertii libri de inſtitutione oratoria:uir quidã ſubtilis:& in omnibus admirandus.

Hermes cum aſpiratione principii ſcribitur:dicitur a noſtris Mercurius:quia mercibus præeſſe aſſerit ſed proprie interpres traducitur.Virg.li.æneidos.iiii.Nunc etiam interpres diuum ioue miſſus: & ut Cotta põtifex apud Ciceronem de natnra deorum oſtendit:quinq; fuerunt Mercurii: quorum quatuor ꝑ ordinem enumeratis:quitum eum fuiſſe dixit:a quo ſit Argus occiſus:ob eãq; cauſam in ægy-

ptũ ꝓfugisse tradidit:a quo apud eos primus anni mensis:hoc est september nomen accæpit.idem op pidũ cõdidit:quod ẽt nunc græce hermopolis:hoc est Mercurii ciuitas nuncupatur:qui tam & si ho mo fuit antiquissimus:tamen & instructissimus in omni genere doctrinæ:adeo ut ei multaꝝ rerũ & ar tium scientia Trimegistro:hoc est ter maximo cognomen imponeret:scripsitq; libros multos ad cogni tionẽ diuinaꝝ rerũ ptinẽs:qui adhuc apud græcos extãt & quoꝝ magnã partẽ ergo perlegi.

Hermaphroditus cũ.ph.aspirato.i.latino &.t.exili scribit:fuit Mercurii filius ac Veneris:ex quoꝝ no minibus cõpositũ ipse nomen habuit:nã hermes ut uidimus est Mercuri.& aphros spuma.i. Venus:q̃ ex maria spuma nata dr:de quo Oui.li.meta.iiii.ait.Et pater & genitrix amboꝝ nomẽ habenti. quin oẽm illius explicat fabulã:& iã pro eo qui utrunq; sexũ habet accipi cõsueuit.

Hermenia cũ.i.latino in penultima scribit:dicit a nostris interpretatio:& inde perihermenias hoc ẽ de interpretatio liber quidam Aristoteles inscribitur.

Hermione cũ aspiratiõe principii &.i.latino scribit:fuit Menelai filia ex helena cõiuge:q̃ puellula adole scẽtulo horesti Agamẽnonis filio desponsata fuit:sed Aegistus regiã Agamẽnonis occupasset & Ele ctræ industria eius manus euasisset.horestes ut rettulit Sophocles in Electra cõcessit illã Aegistus Pyr rho filio Achillis:qui deinde ab horeste iterfectus:ut ostẽdit Vir.i.iii.ænei.illã ad se reduxit.

Hermus cum aspiratiõe principii scribit:fluuius est lydiæ teste Seruio:qui arenulas aureas ducit:dicẽ te Vir.lib.georgi.ii. Atq; auro turbidus hermis:& teste Herodo.li.i.apud sardis fluit:quæ ciuitas fuit i lydia:& Crœsi regio:ut in ea dictione uidebimus.

Herne cũ aspiratione principii ab antiquis scriptũ cõperi:nec græcũ ẽ:sed teste Seruio sup septimum ænei.sabinũ uocabulũ:qui a græcis originẽ habuerũt:& indicat saxa:unde hernici montes.i.saxosi di cunt Vir.uero ad maiorẽ expressionem inquit:hernica saxa colunt:quos diues anagnia pascit.

Heros cum aspiratione principii scribitur:& intelligitur apud nos uir fortis & semideus:hoc ẽ plus ho mine detinens:ut ait Hesiodus: ex quo herois patronymicũ uoce & delcinatiõe fœminum deducit Ouidius lib.ii.de sine titulo. Tu qua tam longa es ueteres heroidas æquas.

Herodotus cũ aspiratiõe principii &.t.exili scribit:fuit historicus græcus oibus ꝑferendus: cuius histo riã magnã cũ uoluptate sem:per legi:nam teste ẽt Quintilia. est dulcis candidus & diffusus scripsitq; hi storiã suã teste Plinio li.xii.natura.histo.anno urbis Romæ trecentesimo.x.

Herostratus cũ aspiratiõe & reliqs sine aspiratiõe scribit:& ualet interꝑtari heros exercitus:fuit uir sce lestus & ignauus:qui ut nomẽ memoria sceleris ꝓpagaret:incendiũ nobilissimæ fabricæ tẽpli ephesiæ Dianæ manu ꝓpria struxit:sicut ipse cõfessus est uoto adipiscendæ famæ latioris:quo die Alexander magnus natus ẽ:post Romã cõditã anno trecẽtesimo octogesimognto.ut annotauit Solinus qđ post modũ ut idẽ refert ephesii ad cultũ augustiorẽ reformauerũt Democratæ architecto.qui alexãdria in ægypto iussu alexãdri metat⁹ fuerat:ut late de illo Vitruui⁹ i ꝓœmio li.ii.de architectura scripsit.

Hersillia cum.i.latino utrobiq; scribit:fuit Sabina Romuli uxor.

Heptamemeris uel heptimemeris mutatiõe.a.in.i.latinũ cũ aspiratione principii &.t.exili scribtur cæ sura quædã est cũ syllaba naturaliter correpta in uersu producit quod fieri solet in principio quarti pe dis uel septimæ syllabæ:si tres spondei præcedãt.quasi septima dicat diuisa pars.nã ab ἑπτα quod est septem:& μέρ ξω quod est diuido componitur.

Heptaporus cũ aspiratiõe principii:&.t.exili scribitur fuit Troiæ:ut ostendit Homerus circa initium libri.xii.iliados:nam componitur ab ἑπτα quod est septem & πορος meatus.

Hesiodus cum aspiratiõe principii &.i.latino scribitur:fuit poeta antiquissimus Dii filius ex Pycimide uxore:qui cũ æoles cumæi essent:& paupertate nimia eo in loco grauarent: relicta patria ad ascram uicum boeticoꝝ cõfugerunt:ut græci oẽs Hesiodi expositio attestant:& subdit cum oues patris in par naso monte depascerẽt:raptus a musis ex lauro heliconis coronatus:& poeta ab illis constitutus est qđ Oui.li.fastoꝝ.vi.tetigit cum ait.Ecce deas uidi:non quas præceptor arandi. Viderat:ascræas cum se queretur oues:& Virgilius in bucolicis ad Gallum.

Dixerit hos tibi dant calamos:an accipe musæ. Ascræo quos ante seni:quibus ille solebat:
Cantando rigidas deducere montibus ornos:& ut dixit Pli.libro.xiii.natnralis historiæ primum ipse fuit: q̃ de agricultura metrice scripsit:quẽ secutus Virgil.ait li.georgico.i. Ascræumq; cano romana per oppida carmen.scripsitq; etiam ex his quæ habemus theogoniam.& aspida.Hunc fuisse tempo ribus Homeri ostendit gellius ex epigrãmate.quod apud heliconem i tripode musis Hesiodus ipse di carat:cui ut dixit Quintl.datur palma in illo mediocri genere dicendi: quod intelligo apud græcos: nam indicio meo supereminet Virgi.

Hesperus cum aspiratiõe principii scribit stella ẽ serotina:ut Virgi. in ultimo bucolicorum tetigit cũ ait: Venit hesperus ite capellæ & illa eadem quæ dicit uesper:idem li.i.georgico. Quid uesper serus uehat:qn & uesperugo ab aliquibus noiatur:ut Plau.nec uesperugo nec uirgiliæ occidũt:a quo dedu ctum:est uocabulũ uespa & uespilio ꝑ his q̃ funerãdis corpibus officiũ gerunt:nam ut ait Festus:non sic ab eo paruo uolatili dicunt:sed qa uespertino tempore eos efferunt:qui funebri poma duci pro pter inopiã nequeũt:ut Martia. Qui fuerat medicus nunc est uespillo diaulus.simili mõ & uespilio qa uespe uolet.Rursus & illa eadem excogitata stella a Pythagora primũ fuit:quæ aute solẽ oriri cõ spicit.& quæ tunc quoq; Lucifer nominatur:ut Virgili.in Damone nascere præquediẽ uentens age

lucifer almũ.q̃ græce φωσ φερον dicit̃:a nobis ẽt nõnunq̃ iuba trãnsferr̃:eo q̃ eius splendor in modũ iubæ leõis diffundat̃:fuit ẽt cognomiatus hesperus Atlãtis frater:a quo quæ nũc hispania: tũc quoq̃ hesperia dicta fuit:qn ab eodẽ italiã herperiã fuisse antiqtus nominatã graii auctores attestantur.

Hesperides cum aspiratiõe principii:&.i.latino scribit̃:fuerunt teste Seruio super.iiii.æneidos Virgilii Atlantis filiæ.Lactantius uero grãmaticus sup.ii.thebaidos dixit illas filias fuisse hesperi fratris atlãtis qđ etiã ipsum nomẽ indicare uidet̃:hæ a poetis amœnissimũ uiridariũ custodire:cũ insomni dracone dicebant̃:in quo aureæ erant arbores aurea mala tenentes:quæ teste Ouidio li.metamor.iiii.quia Temis predixerat a quodã nato iouis diripiẽda esse. Atlas pomariũ montibus circũspexit. Sed tandem hercules ad illa rapienda abEurysteho missus occiso dracone aurea mala tulit:dicente Lucão li.ix.ubi de hoc horto plura locutus est.

Abstulit arboribus pretium memoriq̃ laborem
Alcides passusq̃ inopes sine pondere ramos.
Rettulit argolio fulgẽtia poma tyranno.Sane de horto & dracõe quid fidei ratio attulerit:teste Solino hoc est flexuoso in meatu æstuariũ ferte mari:adeo sinuosis lateribus tortuosum: ut uisentibus paul lapsus anguineos fracta uertigine mẽtiat̃:& hoc hortos appellauere circundat: unde pomoq̃ custodẽ interptantes struxerũt iter ad mẽdaciũ fabulãdi:cũ ut pgit isula sit:quæ pter arbores oleastris similes:& arã sacrã herculi nihil aliud pferat:quo ppaget uetustatis memoriã:idem Pli.lib. naturalis hist.v.& Martianus libr.vi. rettulerunt. Alii uero putant ouium greges ibidem fuisse:quæ purpuream lanam producentes:ab hercule rapte fuerunt & cum græce latine ouis dicatur: occasionem fabulæ de malis aureis dedisse perhibent:dicẽte Ouidio in p̃nominato libro.iiii.de Atlante.

Mille greges illi totidemq̃ armenta per herbas. Arboreæ frondes auro radiente micantes:
Errabunt:& humum uicinia nulla premebat. Ex auro ramos ex auro poma regebant.

Heterõ cũ aspiratiõe pricipii &.e.absq̃ diphthõgo atq̃.t. exili scribit̃:dicit̃ a nostris alterũ atq̃ reliquũ & ut quidã putãt deductũ ẽ cæteræ ita ut aspiratio in.c.nostrũ iuxta similitudinẽ scripturæ cõuersa sit: & ob id cæteræ ac cætera absq̃ diphthõgo scribẽda eẽ cuius cõtrariũ cõsuetudo lõga obseruauit:

Heteroclitum cum.c.&.t.exilibus atq̃.i.latio scribit̃,dici potest a nostris quasi alternæ declinatum: nã ex ἕτερος & κλῖτον declinatum componitur.

Heterogenus uel heterogeneneus eodẽ mõ scribit̃:& cõponitur:dici potest alterius generis.

Hetruria cũ aspiratiõe principii &.e.absq̃ diphthõgo atq̃.t.exili &.i.latino scribit̃,puicia ẽ italiæ: quæ & si aliquibus terminis apud antq̃ssimos designabat̃:ab hetruscis tñ & latinis altero termino designata fuit dicẽte Liuio li.primo ab urbe pax inter hetruscos & latinos ita cõuenerat:ut hetruscis latiniscq̃ albula quẽ nũc tyberim uocãt finis eẽt.hæc Liui.unde Seruius sup undecimo æneidos id Virgi.exponens Hetrusciq̃ duce:equitũq̃ exercitus omnis ait hetruria dicta q̃ eius fines ptensi sunt usq̃ ad primã ripã tyberis:& subdit:nã heteron est alterũ:& oros finis nocatur:hæc ille:at constat heteron cum aspiratione scribendum eẽ sed ut ait Seruius.Roma antea unã tantũ tyberis ripam tenebat: ut Iuue.

Imperii fines tybertnum uirgo natauit:ut uidimus in dictiõe chloelia.

Hexameron cum aspiratiõe pricipii &.i.latino scribit̃ur.ut.s.more græco dictio ipsa resonat: licet ubi nos.i.latinum:græci.η.habeãt quod in.e.nostrum conuerti consueuit:significatq̃ apud nos sex dieq̃ nam componitur ex ἕξ quod apud nos dicit sex:& ἡμερον dierum:inter quas compositas dictiões a cã euphoniæ interponitur.

Hexametrum similiter cum aspiratione &.t.exili scribitur:nam componitur ab ἕξ quod est sex: & metro mensura:quasi sex pedum.

Hexagoniũ simili mõ aspirat̃ & cũ.i.latino scribitur:dicit̃ quasi sex angulorum.

Hyas cũ.y.græco scribit̃:fuit filius Atlãtis ex Aethra de quo in sequẽti dictiõe uidebimus.

Hyades cũ.y.græco scribit̃:fuerunt quinq̃ Atlantis filiæ quas ex Aethra susceperat:fuit Oceani & Tethyos filia:& ante illas Hyam filium uirilis sexus:dicente Ouidio lib.fasto.quinto.

Nondum stabat atlas hnmeros oneratus olympo,
Cum satus est forma conspiciendus hyas:
Hunc stirps oceani maturis mensibus æthra:
Edidit & nymphas:sed prius ortus hyas.

Hic cũ semel uenaret̃ a læna interfectus ẽ: quem sorores adeo fleuerũt.ut omnes quinq̃ occubuerint a quo hyades cognominatæ sunnt:ut testis Musæus poeta græcus:quæ deinde miseratiõe deoq̃ in cælum translatæ in ore tauri collocatæ fuerunt dicente Ouidio li.fasto.vi.

Postea lux hyades taurinæ cornua frontis,

Euocat & multa terra madescit aqua Quare ab υω uerbo græco.quod latino ẽ pluo.Cice. libro.ii.de natura deoq̃ uersus referens arateos illas dictas putauit has suculas latine appellari dixit Seruius sup primumæneidos:unde Tullius Tyro.M.Ciceronis libertus in his libris:quos de usu & ratiõe linguæ latinæ scripsit:adeo inquit ueteres romani litteras græcas nescIuerunt:& rudes græce linguæ fuerunt ut stellas quæ in capite tauri sunt propterea suculas appellarint:quod ea græci υαδεσ uocant tanquã id uerbum latinum græci uerbi interpretamentũ sit: quia græce υεω sues latine dicantur: sed υαδεσ inquit ου κατα το υειν.i.non a suibus ita ut nostri opici putauerunt:sed ab eo quod est υειν appel-

lantur:nã cum oriuntur & occidunt:tempeſtates pluuias largoſq; imbres cient. Pluere autem græca lingua ὑεῖν dicitur.hæc ille:nõnulli uero eas corrupte hædos uocant:at ſeptem aliæ ſorores dictæ fuerunt pleiades:ut in ea dictione uidebimus.

Hiacinthus ab aliquibus & accuratiſſimis græcis ſic ſcriptũ cõperi:uidelicet cũ aſpiratione principii & .i.latino penultima cũ.c.exili &.y.græco:ultima cũ.th.aſpirato.Et qui huiuſmodi ſcripturã cõfirmãt compoſitionẽ trahunt ex hia dictione dolentis:& cynthus qui eſt Apollo a cyntho monte dictus: hoc eſt Apollinis querela quã de amato puero:quem ille diſco agente borea interfecit:& in florem ſic dictum conuerſus fuit:in quem ſimili modo Aiax cum ſeipſum interfecit conuerſus ſcribitur a poetis: quod tetigiſſe uidet Oui.li.metamorphoſeos.xiii.cum ait.Littera cõmunis mediis pueroq; uiroq;:ſ. hiacyntho & aiaci iſcripta ẽ foliis:hæc nois illa querelæ:hoc ẽ nois Aiacis & querelæ Apollinis.ſed cũ i eiuſmodi foliis nõ perpendat aſpiratio ipſius .i.latini:ſed ſolũ ſit.a.poſt.i.&.i.poſt.a.ſic uidelicet ἀϊαι uoluerũt qdã ſcribendũ eẽ ut uidimus:ſed ſine aſpiratione prĩcipii:quã utiq; ſcripturã nõnulli ex accuratis græcis obſeruantes compoſitionẽ eſſe dicunt:exion quod eſt uiola & cynthos Apolline quaſi uiola ſit Apollinis:i quam Amatus puer conuerſus eſt.at alii plures comperiuntur:q; eius dictionis primam cum.y.græco aſpirato ſignantes:penultima cũ.c.exili &.i.latino deſcribunt: uidelicet hyacinthus:cuius ſane compoſitionem aut deriuationem ſecũdum eã ſcripturã nõ noui:& hæc hactenus de illius orthographia.Sane ex illo hiacynthus deriuatur quod accentũ detinet ĩ penultĩa dictãte regula q; oia deſinẽtia ĩ tinus:ita ut deriuatiua a primitiuis.t.litterã cõtrahũt:pducũt penultimã ut ueſperta ueſpertæ ueſpertinus.Conſtans conſtantis cõſtantinus:clemens clementis clementinus & reliqua qd ſi.t.primitiua ipſa nõ detinẽt:corripiũt penultimã deriuatiua:ut cras craſtinus:diu diutinus:ſero ſerotinus:clam clandeſtinus mutatione.m.in.n.ob ipſius.d.litteræ conſequentiam.

Hyæna prima cũ.y.græco penultima cũ.æ.diphthongo ſcribitur:animal eſt quadrupes.quod creſcit i aphrica:ut oſtendit Herodotus li.hiſt.iiii.de quo Pli.multa li.viii.naturalis hiſtoriæ rettulit:iter quæ ſcribit alternis annis maſculum eſſe & fœminam:quod Ouidi.lib.metamor.xv.prius tetigerat.cũ ait Si tamen eſt aliquid miræ nouitatis in iſtis.

Alternare uices:& quæ modo fœmina tergo.

Paſſa marem:nũc eſſe marẽ miremur hyænã.Addidit Pli.illum ſermonem humanum iter paſtorum ſtabula aſſimilare:nomẽq; alicuius ediſcere:quẽ euocatũ foris laceret:& alia de illa complura.

Hyalus cũ.y.græco & unico.l.ſcribit dicit a noſtris uitrum:quo uocabulo uſus Virgi.lib.georg.iiii.ait Miletia uellera nymphæ Carpebant:hyali faturno fucata colore.

Hiarbas cum .i. latino ſcribitur:& a græcis ſemper aſpiratum comperi.Nonnulli phenicum uocabulum putant fuit iouis filius ex garamãti de nympha & getuloq; rex:dicente Virgilio libro æneidos .iiii.Hic ammone ſatus rapta garamantide nympha:& reliqua.

Hybla cũ.y.græco ſcribit:pars eſt atticæ regionis apibus & melle abundãs dicente Ouidio li.de ponto. O mihi dulcior illo melle:quod in cæris attica ponit apis.nam dixerat prius Virgilius.Hiblæis apibus florem depaſta ſalicti:unde teſte Pli.libro.xxi.naturalis hiſtoriæ mellis attici in toto orbe ſũma laus exiſtimat:eſt etiam hybla teſte Seruio oppidum ſiliciæ:quod nũc dicitur megara.

Hybernus cum.y.græco ſcribitur:& ab hyems certo deducitur:nec ab imber oriri poteſt:quia nec aſpirandũ eſſet nec cũ.y.græco ſcribi poſſet: cuius oppoſitum ſemper comperimus.

Hibex cum.i.latino ſcribitur:dicitur a noſtris capreolus proprie.

Hibiſcus cum.i.latino utrobiq; &.c.exili ſcribitur:herba eſt hibicibus grata ad edendum.

Hybrida prima cum.y.græco:penultima cum.i.latino ſcribitur:dicitur a noſtris ignobiliter & cõtumelioſe natus:unde ab ὑβρισ quod eſt cõtumelia deriuatur:quo uocabulo utitur Valeri. libro .viii. cũ ait Qu.aũt Varrus pp obſcurum ius ciuitatis hybrida cognominatus eſt.Horatius quoq; eodem uocabulo uſus eſt primo ſermonum:hybrida quo pactu ut Perſius ultus opinor.

Hicetaon prima cum.i.latino aſpirato:reliqua abſq; aſpiratione atq; diphthongo ſcribitur: fuit teſte Homero libr. quarto iliados nobilis & egregius uir troianus.

Hydaſpes cum.y.græco ſcribitur:fuit antiquiſſimus:rex medorum:a quo fluuius mediæ nominatiſſimus cognominatus fuit:quin & alius indiæ.

Hidymiles prima cum.i.latino ſequens cum.y.græco ſcribitur:nomen eſt hominis proprium.

Hidragyron prima cum.i.latino penultima cum.y.græco ſcribitur:dici poteſt a noſtris ſudor argẽteus nam coponitur ex ὑδρὸσ:quod eſt ſudor:& αργυρὸν argentum unde teſte Pli.lib.xxxiii.naturalis hiſtoriæ inuicem argenti uſui dilatum fuit de quo loqmur.

Hydria pria cũ.y.græco & penultia cũ.i.latino ſcribit:dicit a noſtris urna:& ab ὑδώρ qd ẽ aq̃ deducit.

Hydra & hydrus cũ.y.græco ſcribit:ſerpentes ſunt aquatiles:unde hercules hydrã occidiſſe dr:quæ lernæã arcadiæ paludẽ icolebat:& ut dixit Virg.libro æneidos.vi. Quiquaginta atris imani hiatibus hydra Sæuior itus habet ſedem:de qua Oui.lib.metamor.ix.plura proſequitur illam prio claua iuaſit hercules:ſed peſtifero læſus afflatu:eandem ſagittis agreſſus eſt qbus ut hydra læſa ſolitis latuiſſet cauernis lignorum congeſta ſtrue conſumpta eſt.

Hydropiſis prima cum.y.græco:ultĩa uero & penultima cum.i.latino ſcribitur & deriuatur ab ὑδωρ quod ẽ aqua.Nam infirmitas quædam eſt:quæ latine aqua intercus dicitur.Plautus in fibolaria. is mi

hi erat bilis a qua intercus tuſſis febris:& inde hydrops & hydropicus:qui eã infirmitatẽ patitur. Horatius in.ii.carminum. Creſcit indulgens ſibi dyrus hydrops.

Hydames cum.y.græco ſcribitur.fuit nobilis perſa:qui teſte Herodoto cum dario in magum coniurauit ut in dictione Darius uidimus.

Hyemes cum.y.græco &.m.ante.s.ſcribit:& ab ὑω certe quod eſt pluo deductũ fuit: unde aſpirationẽ &.y.græcũ ſuſcæpit. Priſcianus uero ab imber:quod græco ὀμβρος dicitur deriuatum poſſe uideri aſſerit. Varro etiam ut omnia linguæ latinæ tribueret ab hiatu dixit.

Hyella cũ.y.græco & duplicato.l.ſcribitur fuit teſte herodoto li.hi.i.œnotriæ urbs a phocẽſibꝰ cõdita:

Hieros cũ.i.latino ſcribitur:& dicit a noſtris ſacer:a quo omnia deriuata & cõpoſita ſimili modo ſcribũtur:ut hierotheus:quod cum.th.in penultima ſcribitur nomẽ eſt uiri proprium: quaſi ſacer deus hieropolis nomen ciuitatis:quaſi ſacra ciuitas & ſimilia eodem modo.

Hieratchia cum.i.latino utrobiq; &.ch.aſpirato ſcribitur:dici poteſt latine ſacer principatus. Nam componitur ex ἱερα quod eſt ſacer:& αρχια principatus.

Hierapicra cum.i.latino utrobiq; &.c.exili ſcribitur:dicitur ad uerbum ſacra amara:nam πικρα amara dicitur:quaſi ea amara compoſitio ſacra eſſe dicatur.medicina quædam eſt.

Hiera cum.i.latino ſcribitur:& ſacra interpretatur:nam inſula eſt inter Siciliam & Liparem Vulcano ſacra: quam dixit Plinius libro ſecũdo naturalis hiſtoriæ tempore ſocialis belli cum ipſo mari pluribus diebus arſiſſe:donec legatio ſenatus romani hoc ipſum placuerit:de qua habebimus in dictione prologus:ubi antrum Vulcani a Iuuenale poſitum explanabimus.

Hiero cũ.i.latino ſcribit:fuit ſyracuſarꝰ tyrãnus:in quo pulchritudine corporis & uires fuerũt admirabiles:fuitq; in alloquio blãdus:in negocio iuſtus:in imperio moderatus:adeo ut nihil niſi regnũ ei deeſſe uideret:quibus dotibus ut ſcripſit Iuſtinus li.xxiiii.creat dux aduerſus carthaginenſes: mox creatur rex Siciliæ conſentiente fauore omnium ciuitatum:de quo plura ibidem leguntur.

Hieri cũ.i.latino ſcribit:& interpretari ualet ſacri populi:ſunt teſte herodoto li.hiſto.iiii. ultra ſauromatas:budinoſq; & thyſſagetas calui & ſimi a natiuitate omnes hoc eſt maſculi uel fœminæ:& pariter barbam habentes:qui ideo hieri.i.ſacri dicuntur:quia nihil iniuſte agunt:nec bella norunt:ultra hos ut idem auctor refert ſunt argipei monoculi:ut in ea dictione uidimus.

Hieroſolyma prima cũ.i.latino & penultima cũ.y.græco ſcribitur:nomẽ eſt urbis in palæſtina: de qua late in ſacra ſcriptura habetur:ſed alia nõnulla nos in dictione ſolymi uidebimus.

Hieronymus prima cũ.i.latino & penultima cũ.y.græco ſcribit nomẽ eſt uiri proprium.

Hilarus hilaris & hilaro uerbo cũ.i.latino & unico.l.ſcribuntur:& iucundum deſignãt.

Hilarion uel hilarius cũ.i.latino utrobiq; ſcribunt:& nomen eſt uiri proprium.

Hylas cum.y.græco & unico.l.ſcribit fuit Tyodomantis filius pulchritudinis admirandæ: quẽ hercules argonautis comes ſecum ad libidinem duxiſſe ſcribitur:idem cum myſiam argonautæ ueniſſent & aquatum ad lacum quendam pergeret:raptus nymphis fuiſſe dicitur:alii uero putant cum ad hauriẽdas aquas cum urna inclinaretur:illum in lacum decidiſſe:quod Iuuena.confirmaſſe uidetur: cum dixit:Et multum quæſitus hylas:urnamq; ſecutus:& adeo ab hercule quæſitus q; teſte Virgi.in Sileno Littus hyla hyla omne ſonaret.

Hylæa prima cũ.y.græco penultima cũ.æ.diphthõgo ſcribit:ciuitas eſt ſcythiæ:ut ſcripſit herodotus.

Hylacus cum.y.græco &.c.exili ſcribitur: fuit pater cuiuſdam Caſtoris dicente homero libro.xiii. odiſſe καστορυ λαριδιῶσ.

Hyle cum.y.græco & unico.l.ſcribitur:dicitur a noſtris materia.

Hyllus cũ.y.græco & duplicato.l.ſcribitur:fuit herculis ex Deianira filius:de quo Seneca in hercule œtheo plura ſcripſit. Ouidius uero libro metamorphoſeos.ix.oſtendit quẽadmodum poſt patris mortem iolen patris amaſiam iubente patre ſibi matrimonio copulauit:nam ut ait illã iperiis thalamoq; animoq; receperat hyllus impleratq; uterum generoſo ſemine:& reliqua.

Hymnus cum.y.græco &.m.ante.n.ſcribitur:dici poteſt a noſtris canticum uel laus.

Himeridon cum.i.latino ubiq; ſcribitur:dicitur ab aliquibꝰ diurnale:ab aliis uero quod paruum diem durat:nam diminutiuum eſt ὑμερας.i.dei.

Hymen cum.y.græco ſcribitur:dicitur latine membranum:ſed ut græci nõnulli ferunt propriæ idem quo infans in utero circumuoluit:unde nõnulli hymeneum dictum uolunt.

Hymenæus prima cũ.y.græco & penultima cũ.æ:diphthongo ſcribit:fuit teſte Martiano Capella Veneris & Bacchi filius:dictuſq; nuptiarum deus cuius officium eſſe dixit pſallere in nuptiis: cantare ad thalamos & coronare limina ſertis:unde Ouidius heroicarum epiſtolarum ſexta de illo inquit. Affuit & ſertis tempora uictus hymẽ:ubi per appocopem reliquum ablatum fuit:uerum & pro ipſis nuptiis ſeu cõnubiis poſuiſſe uidetur Virgili. libro æneidos.iii.cum ait. Ledæam hermionẽ lacedæmonioſq; hymenæos ſecutu:& libro ſeptimo. Turniq; hymenæis.

Hymees cum.y.gcæco & duplici.e.ſcribitur:fuit uir perſa ex ducibus Darii de quo plura loquitur herodotus circa finem libri quinti ſuæ hyſtoriæ.

Hymelle uel hymella cum.y.græco & duplicato.l.ſcribitur:fluuii nomen eſt de quo herodotus libro ſexto & Virgilius libro ſeptimo meminerũt.

Hymetus cum.y.græco &.t.exili ſcribitur mons eſt teſte Plinio lib.quarto natu.hiſtoriæ i attica regione:qui teſte Solino omnium græcoꝝ montium obtinet principatum:& floribus ſemper ueſtitur: dicente Ouidio libro metamorphoſeos ſeptimo. Vertice de ſummo ſemper florentis hymeti: ob qđ dixit Iuuena.in ſaty.Exemplo quodcunq; malo:Dulciq; ſenex uicinus hymeto:de ſene ſcilicet Socrate locutus:ex eodem monte marmorum cruſtæ & trabes marmoreæ ſuccauabantur: dicẽte Horatio contra Mecœnatem in odiis:qui in ædificando ſumptuoſus nimium eſſe uidebatur.

Non ebur neque aureum
Mea renidet in domo lacunar:
Non trabes hymetiæ.
Premunt columnas ultimas reciſas.
Aphrica:& in eadem oda.
Tu recunda marmora.
Locas ſub ipſum funus & ſepulchri.
Immemor ſtruis pomos.& in alia oda.
Faſtidioſam deſere copiam:&
Molem propinquam nubibus arduis
Omitte mirari beatæ.
Fumum & opes ſtrepituſq; Romæ.

Sane teſte Pli.xxxvi.natu.hi.Lucius Craſſus orator prim⁹ pegrini marmoris colũnas hũlt hymetias.

Hyperbole cum.y.græco & unico.l.ſcribitur:dici poteſt eminentia:uel ut ait Cicero ad herẽniũ ſuperlatio:nam ex ὑπερ quod eſt ſuper & βολη quod eſt iactus componitur:unde figura tuncq; dicit̃ quando dictio excedens fidem ponitur augendi minuendiue gratia:augendi quidem ut niuæ cãdidior leonibus fortior:minuendi uero ut folii uolantis ſonitus te terret uel ille tardior eſt teſtudine: uel etiam quocunq; ulio modo excederet:ut Virgili.teſte Seruio in Daphnide. Nec ræria ceruis ulla dolum meditantur.& inde hyperbolicus ideſt ſuperexceſſiuus.

Hyperbaton cũ.y.græco &.t.exili ſcribit̃:dici põt träſgreſſio:nã ab ὑπερ βαινω deſcendit: qđ eſt tranſcendo.& eſt figura quũ uerbũ aut ſententia ordine commutatur:cuius quinq; ponunt̃ ſpecies: anaſtrophe:parentheſis:temeſis:ſyntheſis & hyſteronproterõ:ut in dictionibus uidebimus.

Hyppallage cum.y.græco & duplicato.l.ſcribitur:dici poteſt a nobis ſubmutatio:nam componitur ex ὑπο quod eſt ſub:& ἀλλαγη mutatio:dicitur figura cum uerba per aduerſum intelliguntur:ut Date claſſibus æquor:Et ſceleratam intorſerit haſtam:ideſt ipſe ſceleratus:& libro decimo.Stygii p flumina fratris: proſtygia:& in bucolicis. Aduerſa tuentibus hirquis:ideſt oculis in hirqs:ideſt oculorũ angulos retortis:ut dixit Seruius.

Hypanis prima cũ.y.græco:ultima cũ.i.latino ſcribitur:nec niſi unico.p.deſignatur:fluuius ẽ teſte Solino ſcythicorum animũ princeps:quẽ tertiũ poſt iſtrum eſſe Herodo.libro hyſtori.tertio rettulit: ut in dictione tyres uidebimus:& ut idem Herodotus pergit:eſt purus & hauſtu ſaluberrimus donec calipodũ terminis inferratur:ubi cum fons ſit Hamaxampeus amara ſcaturigine infamis:& illi ibidem cõmiſceatur: ipſum ſimili amaritudine inficit dicẽte Ouidio libro metamor.xv.

Quid non & ſcythei Hypanis de montibus ortus.
Qui fuerat dulcis:ſalibus uitiatur amaris.

Et teſte Solino fuit Alexandri magni terminus:quem non exceſſit:ſicut illius aræ in eius ripis poſite atteſtantur. De illo ait Propertius. Quantum hypanis ueneto diſſidet heridano:ut Virgilius lib. georgicorum quarto. Saxoſuſq; ſonans hypanis.idem teſte Plinio libro.xi.naturalis hiſtoriæ circa ſolſtitium defert acinorum efficie tenues membranas:quibꝫ erumpit uolucris quadrupes nec ultra unũ diem uiuit:ob quod himeridon appellatur.

Hypacaris prima cũ.y.græco:penultima cũ.c.exili:& ultima cũ.i.latino ſcribitur: fluuius eſt Scythiæ qui teſte Herodoto libro hiſto.quarto ſextus ab Iſtro memoria dignus habetur.

Hyperborei cum.y.græco ſcribit̃:ſunt ſcytarum mõtes:& populi ſupra ipſũ ſtellarũ cardinẽ protenſi quaſi ultra boreã conſtituti:ac Feſtus ex eo ſic dictos putat:quia ibidem habitantes humanæ uitæ modũ excedunt:u:uendo ſcilicet ultra centeſimum annum:hoc eſt ὑπερβεβηκοτες βιον ſcilicet humani ſæculi:de quibus Herodo.plura dixit libro hiſto.iiii.& Plinius Solinuſq; & Pomponius.

Hypermeſtra cũ.y.græco &.t.exili ſcribit̃: fuit filia Danai:filii Beli.de qua uidimus i dictiõe belides.

Hypermeter cũ.y.græco &.t.exili ſcribit̃:qui & hypermetrus a nõnullis ſcribitur.eſt metrũ una ſyllaba ſuperabundans.ut Virgi.li.æneidos primo:lactemur doceas ignari hominumq; locorũq; & libro quarto.Omnia Mercurio ſimilis uocẽq; colorem i.dem lib.vii.Profuit aptato conduntur tybridis alueo.&ut ait Seruius ſuper primũ æne.quotiens fit hæc figura.debet ſequẽs uerſus a uocali icipere:ut in omnibus illis fit:niſi forte ſynereſis fiat in fine:nã tũc quoq; neceſſe nõ eſt:ut ſequens uerſus a uocali incipiat:ut Virgi.Nec cura peculi.nã ſequit̃ alius.Quãuis multa meis extrent uictima ſeptis.

Hypenor cum.y.græco ſcribtur:fuit princeps quidam troianus.quem teſte Homero libro quinto illi ados Diomedes in bello occidit.

Hyperiochus prima cum.y.græco:antepenultima cum.i.latio:& ultima cum.ch.aſpirato ſcribit̃.fuit

uir troianus ab Vlyxe interfectus:ut ostendit Homerus libro.xi.iliados.
Hyperion prima cum.y.græco & penultima cum.i.latino scribitur:hunc græci teste Lactantio super tertio thebaidos dixerunt Titani & terræ fuisse filium.Solisq; & Lunæ ac auroræ patrem: de eodem meminit Cicero in pronosticis cum ait.
Vt cum luna means hyperionis officit orbi.
Stringuntur radii cæca caligine tecti.
Hypotheca prima cũ.y.græco.penultima cũ.th.aspirato:& ultima cũ.c.exili scribit̃:cuius cõpositionem uidimus in ante habitis & teste Vlpiano differt hypotheca a pignore:quia proprie pignus dicimus:quod ad creditorem transit:hypotecam autem cum non transit possessio ad creditorem.
Hyppocrisys prima cum.y.græco:penultima cum.c.exili &.i.latino: & ultima similiter cum .i. scribit̃ latino:dici potest a nostris dissimulatio:nam componitur ex ὑπὸ quod est sub & κρισις iudicium:quasi sit iudicii subtectio:cum aliud in re sit:aliud in iudicio hominum se ostendat:qui hypocrisi utitur.
Hypocrita prima cum.y.græco penultima cum.c.exili &.i.latino:ultima cum .t. etiam exili scribitur: dici potest a nostris simulator:Et is proprie est qui in spectaculo personam subdit alienam: ut seruus plærunq; domini & priuatus regis. Quo pacto & in hac uita sicut in orchestra complures sese uiuendo spectandos exhibent:aliaq; in corde gestantes.
Hypopyrgium prima & ante penultima cum.y.græco scribũtur:componiturq; ex hypo quod ẽ sub:& pyrgos turris: quasi locus sit tuurri.
Hypostasis prima cum.y.græco:& penultima cum t.exili scribitur:dicitur a nostris subsistentia:ab hypo quod est sub:& στασις statio:quin & a theologis quibusdam persona traducitur.
Hypozeusis cũ.y.græco:penultima cũ.z.cõsonante &.eu.diphthongo:ultima cum.i.latino scribitur dici potest latine subconiunctio.Nam componitur ab hypo quod est sub & zeusis cõiunctio:& dicitur figura cum singulis sẽsibus propria assignatur clausula: ut Virgili. libro æneidos quinto.Regem ad dixit:& regi memorat nomenq; genusq;. Terẽ in andria ẽ astuta q; si quiescet nihil euenisset mali. Sed eccum ipsum Pamphylum uideo:occidi.utinam mihi esset aliquid hic quo nũc me præcipitẽ darem.
Hyphen cum.y.græco &.ph.aspirato scribitur:dici potest a nobis sub uno:nam compõitur ex ὑπὸ qđ est sub:&.εν.cum aspiratione quod est unum:& tunc quoq; adesse dicitur cũ plures dictiones sub uno accentu leguntur:ut quando quidem simul ac postquam.
Hyperiphania prima cum.y.græco & reliquæ cum.i.latino scribuntur.dicitur a nostris superbia: & componitur ex hyper quod est super:& φανια apparentia uel splendor.
Hyperides prima cum.y.græco penultima cum.i.latino scribitur:fuit teste Quintiliano in .x. orator dulcis & acutus temporibus Demosthenis.
Hypsenor cum.y.græco sequente.ps.scribitur:fuit teste Homero libro quinto iliados filius magnanimi Dolopionis:qui erat sacerdos Scamandri in tanto honore habitus ac si deus quidem esset: illum Eurypylus in bello troiano interemit.
Hippagines cũ.i.latio utrobiq; & duplicato.p.scribit̃:sũt teste Festo naues quibꝫ equi uehuntur. eas græci ἱππαγωγους uocãt.aliq ex nr̃is & maxime Cæsar actuarias nominauit:alii gerarias:ut Plautus i mercatore ædificat nauem gerariam. & merces emit.Nonius uero Marcellus actuarias diffiniens inquit actuarie nauiculæ celeres dictæ:q; cito agi possint. Salusti. prio histo. ad hæc pauca piratica actuaria nauigia. Sisena quibus occisis actuarias ad uiginti milia:idest quũ plures onerarias incedunt.
Hipparchus cũ.i.latio & duplicato.p.atq;.ch.aspiratoscribit̃:fuit uir mahtematicus in ea arte insignis.
Hippasuscum.i.latio & duplici.p.atq; simplo.s.scribitur:fuit philosophus methapõtinus & ipse pythagoreus:nec teste Democrito opus aliquod scriptum reliquit:fuit & alter:qui laconum rempublicam: & Ipse Lacon libr̃s comprehendit.
Hipparchia cũ.i.latino utrobiq; duplicato.p.&.ch.aspirato scribit̃:potest latie expõi equoq; principatus Quo nomine uocata fuit soror Metrodotis:quæ teste Laertio Cratem thebanum philosophum cynicũ:& illi9 uitam ac uerba summe amauit:nec potuit procorum opibus aut nobilitate uel alicuius forma auelli a Cratis amore:ita ut diceret parentibus suffocaturam se nisi Crati traderet̃:quam obrẽ rogatus Cratus a parentibus puellæ:ut illam ab hoc proposito remoueret:post multa quæ non profuerunt.exurgens Crates omni sua suppellectile ante illius oculos exposita hic ait sponsus: hæc ei9 possessio est:ad hæc delibera:nec poteris esse nostri consors:nisi eadem attigeris studia:puella statim assũpto Cratis hauitu secum philosophari uoluit: cum qua ille circumibat: & in aperto congrediebatur:atq; ad cœnas proficiscebatur. Et cum semel iuissent ad Lysimachum conuiuium: & Theodorus dixisset:hæc illa est quæ textrinam & radios reliquit:respondit ad hæc puella:sum equidem Theodore:sed non tibi male de me ipsa statuisse uideor si tempus quod in textrina consumptura eram: disciplinæ potius & philosophiæ impendi.
Hippo cũ.i.latino & duplicato.p.scribit̃.fuit teste hesiodo i theogonia Oceani & Tethyos filia.
Hippodamus simili modo scribitur:& est nomen uiri proprium.
Hippodamia eodem mõ scribitur.fuit Oenomai helidis & pisæ regis filia formosissima: quæ quũ a diuersis in coniugiũ peteretur:legem hanc procis illius pater indixit: ut qui illam matrimonio obtinere cuperet:cum ea certamẽ iiret uictus capite truncaretur:uictor potiretur illa:cuius legis cãm pdfuit

Diodorus siculus lib. historiarũ. ii. dicens eũ de filia oraculũ scisscitasse quõ sibi illa cõueniret: ac respõsum esse: tũc in fata illũ cõcessuꝝ cũ filia Hippodamia nupsisset: igit filiæ nuptias ueritus decreuit: ut i perpetua asseruaret uirginitate: hoc pacto existimans uitæ piculũ se uitaturꝝ: itaꝙ equoꝝ cursũ instituit a Pisa ad Neptuni arã quæ ẽ apud Istmũ Corinthi: cursus erat eiusmodi. Oenomaus arietẽ ioui sacrificabat: qui uirginem postulabat quattuor equorum ferebat curru. Oenomaus cursu sequebat pcedẽtẽ aurigãte myrtillo: assecutũ hasta: quã gestabat manu iterficiebat: hoc pacto cũ plures eqũorũ uelocitate pemisset. pelops Tãtili filius: q pisam accesserat uisa Hippodamia id cõcipiens connubiũ corrupto Myrtillo regis auriga obtinere ualuit: nã illi pmiserat si se uictorẽ faceret: primũ Hippodamiæ cõcubitũ pstituꝝ: quare meditullũ plũbeũ Myrtillus currui Hippodamiæ ædificãs curtu dissolutus pelopem uictorẽ reddidit: dicẽte Seneca i Tyeste Victæꝙ falsis axibus pendẽt rotæ: & Vir. lib. iii. geor. de Pelope locutus ait Victor equus: qua ex re dolore actus Oenomaus existimans aduenisse responsi tps: mortem sibi cõsciuit. Pelops uero sũpta uxore Hippodamia illius regnũ tenuit: sed cũ ab illo Myrtillus pacta reposceret: i mare piectus ẽ & submersus: q mari ppetuũ nomẽ dedit: uñ Sophocles i Electra ἐυτὲ γὰρ ὃ τοὐτῖσ' ὄθισ' μυρτῖλον ἐκοῖ μάτᾳ. Sane nõ solũ Hippodamia: sed Hippodame a nris auctoribus dicit: Vir. in pfato lib. inqt. Hippomaneꝙ: nã teste Seruio noia græca quæ in .e. desinunt: exeunt plærũꝙ ipsum in ia soluunt: ut Hippodame. Hippodamia: Penelopia.

Hippodes eodem modo scribit: & sunt populi scytici humana usꝙ ad uestigiũ forma: sed in eqnos pedes quos ἱππόποδας Herodo. li. histo. quarto uocauit: sed nostri hippodes dicunt.

Hippodromus eodẽ mõ scribit: dici põt equorum cursus ex ἵππων quod est equorum & δρόμος cursus componitur: hoc est locus ubi currere spectant populo consueuerant: qui a nostris dicit circus: ut in ea dictione uidimus.

Hippocrine cũ. i. latino utrobiꝙ & duplicato. p. atꝙ. c. exili scribit: fons ẽ in Boetia iuxta quã ẽ Aganippe. Dũ Cadmus equestri exploratiõe inquirit quæ nã loca insedisset: cãm dedit poetis ut diuulgarent: Hippocrinẽ ungula uolãtis equi natũ fuisse: nã hippi equi: crine. i. fons dicit. & inde equus pegasus a a fonte: qui græce πῆγή dicit est cognominatus: ut in dictiõe pegasus uidebimus: & similiter Aganippe mõ cõsimili penitus nomẽ accæpit: nã agam ualde indicat: & ὕππος equus: quasi ualde equus uel eq. ita ut ambo noti fontes facundiam præstare poetis dicti fuerint. Vnde Ouid. circa initiũ libri quinti fastoꝝ inquit. Dicite quæ fontes aganippidos Hippocrines grata meduse signa tenetis equi.

Hippocoõ cũ. i. latino & duplicato. p. atꝙ. c. exili: & duplicato. o. scribit: fuit teste Home. libro. x. iliad. patruelis Rhœsi thracũ regis: a Diomede & Vlyxe interfecti fuerunt.

Hippocrates cũ. i. latino & duplicato. p. atꝙ. c. &. t. exilibus scribit: hẽtꝙ accentũ in antepenul. ut uidebimus in dictione psodia: fuit Asclepii filius in ĩsula Coo genitus: ut in epistolis Democriti ad illũ: & illius ad Democritũ habet: fuit Pytagoræ discipulus & omnium medicorũ princeps: & cõponitur ea dictio ex ἵππον quod est equi: & κρατὸς robur: quasi equi robur: hic medicinã lõgo tempore perditã reuocauit in lucẽ: nã ut scribit Pli. lib. xxix. natur. historiæ nullaartium inconstantior fuit & nunc etiam sæpe commutatur: cum sit fructuosior nulla. Hæc primum inuentores suos cælo dicauit: & hodie multifariã ab oraculis petit: hæc ille. Nãꝙ Apollo primus medicinæ inuentor dicit: illo dicẽte ad uirginẽ Daphnem apud Ouidium lib. meta. primo.

Inuentum medicina meum est: opiferꝙ per orbem.
Dicor & herbarum subiecta potentia nobis.

Sane Apollo ipse eodẽ Oui. teste li. ii. eiusdẽ opis ex cronide nympha filia Phlegiæ regis thessaliæ Aesculapiũ genuit: & nutriendũ Chirõi piissimo centauroꝝ tradidit: a quo medicinã didicit & ipse plurimũ ampliauit. Qua de re dixerunt nõnulli Chironẽ herbariã medicinã primitus cõperisse: Sed ut ait Pli. libro. xxv. natura. histo. centaureã herbã cõperit qua ut idẽ auctor ait: curatus dicit a uulnere pedis cõtracto ex lapsu iprouiso sagittæ Herculis esuis manibus illitæ ueneno hydræ nam cum Chiron Herculem excepisset hospitio: & eius arma contrectaret: sagitta cadens e manibus illius leuũ uulnerauit pedem: dicente Oui. libro. v. fastorum.

Dumꝙ senex tractat squalentia tælla uenenis.
Excidit: & leuo fixa sagitta pede. Sed ut dixit ulterius Ouidi. illum nunq̃ tali uulnere liberatũ: & post nonũ diẽ miseratiõe deoꝝ: ne amplius dolore cruciaret ad cælos tractum: unde ait.

Ipse etiam lectas pegaseis collibus herbas
Temperãt: & uana uulnere mulcet ope: & infra subdit.
Nona dies aderat cum tu iustissime Chiron.
Bis septem stellis corpore cinctos eras. Nanꝙ Herculẽ ẽt Heracleõ ab eo noie cognominatam hebam cõperisse idem Pli. rettulit: & Achillem Achilleã. sed Aesculapius cũ alias plures: tum etiam Panacem: quæ test Plinio ipso nomie oium morborum remedia promittit: a qua filiam nuncupauit: nã πᾶν omne: & κόρισ' iportunitatem & molestiã dicit: quasi omnibus doloribus & molestis subueniret. Verum cum herbarum uiribus Aesculapius ipse Hyppollitum occisum in uitam pristina reuocasset. iratus Iuppiter eum fulmine stygias demersit in undas: sed ut ait Plinius libro. xxix. operam eius clara troianis temporibus uulnerum dumtaxat remediis fuere. Quod equidem dixisse puto ob Machaonem & Polydarium filios: qui teste Homero libro. ii. illiados ob solertiam medicinæ cũ aliis

græcorũ ducibus ex Creta ad expeditionẽ troianã cõuocati fuere: ut in ſuis dictionibus oſtendemus. Sed ut ait Plinius libro. xxv. primus omniũ quos memoria nouit Orpheus de herbis curioſius aliqua prodidit: poſt eum Muſæus & Theſiodus polyion herbã admirati ſunt. Home. etiã alias noiatim herbas celebrat. ut moly: cuius inuentionẽ Mercurio aſſignat. Laudat ẽt hos tres flores: lotũ: crocũ: & hiacyntum. Ab Homero uero ut Pli. rettulit Pythagoras clarus ſapientia primus uolumẽ de effectu herbarũ cõpoſuit & in totũ Apollini & Aeſculapio diis imortalibus iuentionẽ & originẽ aſſignauit: conpoſuit & Democritus peragratis iam perſidis arabiæ æthiopiæ ægyptiq; magis: i quibus incredibilia dictu affirmauit. nã inter alia dixit Democritus: ut ait Pli. credidit Thephraſtus eſſe herbã: cuius contactu illata a Pico exiliret cuneus a paſtoribo arbori adactus. Zanthus etiã lib. hiſtoriaꝝ. i. tradidit occiſum darconis catulũ reuocatũ ad uitã a parente herba quam gablym nominat: eademq; tilonẽ quem draco occiderat reſtitutũ ſaluti. Iuba etiam in arabia reuocatũ quadam herba ad uitam hominẽ tradidit: quæ ut dixit Plinius ẽt ſi fide carẽt: admirationẽ tamẽ implent & cogunt confiteri multum eſſe quod uero ſuperſit: & refert plærosq; exiſtimaſſe: nihil non herbarũ ui effici poſſe ſed plurimarũ uires eſſe incognitas. Sane Pytagoras & Democritus tpe Hippocratis fuere: ſed ut Pli. libro. xxix. mirum dictu ſequentia a troianis temporibus in nocte penſiſſima latuere uſq; ad pelopõneſiacũ bellum. Tunc medicinã reuocauit in lucẽ Hippocrates genitus inſula coo: quod bellũ ut idem oſtendit lib. xxx. eius dem uoluminis: geſtũm eſt a triceſimo urbis noſtræ anno: & cũ romana urbs teſte Solino in initio de memoralibus mundi fuerit poſt troianũ bellũ anno quadringenteſimo trigeſimo tertio: conſtat medicinæ artẽ delituiſſe annis ſeptingentis triginta tribus. At Hippocrates ut idẽ Pli. pfitetur: cum fuiſſet mos liberatos morbis ſcribere in templo eius dei qui auxiliatus eſſet: ut poſtea ſimilitudo proficeret ex his ſcripturis excerpiſſe eã traditur: quã ſane artẽ ut in epiſtolis ad Democritũ ipſe idẽ oſtendit in nullo prſus quæſtu fuiſſe certũ eſt. Quare cũ uenientẽ ab ilyricis peſtilẽtiã teſte Pli. li. vii. pdixiſſet ipſe Hippocrates: & diſcipulos ad auxiliandũ p urbes dimiſiſſet: ob id meritũ honores illi: quos Hercules decreuit Græcia. Poſt Hippocratũ uero auxit artẽ Protideus Sylmbriæ natus: & eius diſcipulus q eam ad uectigal redigere cœpit: horq; placita: ut Pli. xxix. lib. pſequit Chriſippus ingẽti garulitate mutauit: plurimũq; & ex Chryſippo diſcipulus eius Heraſiſtratus accæpit Ariſtotelis filia genitus. Hic antiocho rege ſanato centũ talentis donatus eſt a rege Ptolomæo filio eius idẽ Pli. præfato li. vii. rettulit magnã Critobolo famã adueniſſe: qui parũante Heraſiſtratũ fuit: extracta Philippi regis oculo ſagitta: & circa deformitatẽ oris curata orbitate luminis. Sed alia interim factio ad experimentis ſe cognominans: empericũ cœpit in Sicilia a Cronte agrigentino Empedoclis & Chryſippi auctoritatem condemnate: de quibus in ſuis dictionibus uidebimus. Poſt hos Herophilus omnia hæc condemnans ad muſecos uenaꝝ pedes pulſu diſcreto p ætatum gradus medicinã reduxit: ſeruabaturq; morboꝝ cãs & uini rõnem iſtituerat: ſedut ait Pli. in pfato. xxix. li. deſerta deide & hæc ſecta ẽ: qm̃ neceſſe erat i ea litteraturã ſcire. Interim ut auctor eſt Caſſius Emina ex antiquis hiſtoricis primus qui Romam e medicis uẽit: fuit Pelopõneſo Archagatus Lyſaniæ filius. L. Aemilio. M. Licinio cõſulibus anno ḡngẽteſimo triceſimoquinto: eiq; ius quiritũ datum & tabernã in compito acilio emptam: hic primo uulneratorius: mox obſecãdi urendiq; ſæuitiam carnifex appellatus fuit: & cũ alii adcurrerent græculi idemq; efficerent: in tediũ cũ arte medicinæ omnes deuenerũt. Quare a. M. Catone cenſorii medici cum ſua medicina reprobati urbe & Italia pulſi ſunt: anno urbis ſexcẽteſimoquinto: eoſq; nõ artifices ſanitatis ſed hoium carnifices cenſuit: ut ex eius epiſtola ad. M. filium intelligi põt: cuius uerba ſunt. Dicam de iſtis græcis ſub loco. M. fili quid Athenis habeã exquiſitum: & quod bonũ ſit eoꝝ litteras inſpicere nõ pdiſcere uincã nequiſſimũ & indocile genus eoꝝ: & hoc putabã interdixiſſe. Quandocunq; iſta gens ſuas litteras dabit oĩa corrumpet. Tum ẽt magis ſi medicos ſuos huc mittet: iurauerũt inter ſe barbaros necare oĉs medicina ſed hoc ipſum mercede faciũt. ut fides his ſit & facile diſperdant: noſq; dictitant barbaros & ſpurcius nos q̃ alios apificos appellatione fœdabant: hæc ipſe Cato: ideoq; tradũt templũ Aeſculapi ẽt cum reciperetur is deus extra urbẽ feciſſe iterũq; in inſula. Nãq; late narrauit Liuius circa finẽ libri decimi ab urbe: cũ romana urbs triẽnio peſte laboraret: inſpectis libris ſibillinis decẽ fuerũt a ſenatu miſſi legati: qui ex Epidauro deũ Aeſculapiũ i ſpecie ſerpentis Romã aduexerunt cuius aduentu urbs ſtatim a peſte liberata eſt: unde latiſſime narrauit Ouidius libro metamorphoſe. xv. de Aeſculapio locutus.

Sedeſq; ſibi circũſpicit aptas.
Scinditur in geminas partes circũfluus amnis.
Inſula nomen habet: laterũq; parte duoꝝ.
Porrigit æquales media tellure lacertos:
Huc ſe deleta pinu phœbeius anguis
Contulit: & finem ſpecie cæleſte reſumpta.

Luctibus impoſuit: uenitq; ſalutifer urbi. Pulſi ergo ex italia medici diu poſt Catonẽ excæpti ſunt: nã ut ait Pli. pfato. xxix. li. ſolã hãc artiũ græcaꝝ mundũ exercet romana gratuitas: & i tãto fructu pauciſſimi quiritũ attigere: & ipſi ſtatim ad græcos trãſfugere. imo uero auctoritas aliter q̃ græce eã tractantibus: & apud inpitos experteſq; linguæ nõ eſt: ut cuicunq; medicũ ſe pfitenti ſtatim credat: cũ ſit periculũ in mẽdatio maius: nõ tamen illud intuemur: adeo blanda eſt ſperãdi p ſe cuiq; dulcedo. Nulla

ꝑterea lex quæ puniat inſcitiã capitalem: nullum exemplũ uindictæ diſcunt periculis noſtris: & expimẽta per mores agunt: medicoq; tantũ hominẽ occidiſſe ſumma impunitas eſt: hæc ille: & lib. xxv. ait. Minus hanc artẽ q̃ par erat noſtri celebrauere omnium utilitatũ & uirtutũ rapaciſſimi. Primuſq; & diu ſolus idem ille. M. Cato omnium bonarũ artium magiſter: paucis duntaxat attigit boum ẽt medicamina non omiſſa: poſt eum unus illuſtriũ tentauit. C. Eualgius eruditione ſpectatus imperfecto uolumine ad diuum Auguſtũ inchoato ꝑfatione religioſa: ut oĩbus malis humanis illius potiſſimũ principis ſemp mediceæ maieſtas: ante hunc condiderat ſolus apud nos: qđ equidẽ inueni Põpeius lenœus magni Pompeii libertus: quo primũ tpe hãc ſcientiã ad noſtros pueniſſe aiaduerto. Nãq; Mithridates maximus ſua ætate regũ quem debellauit Põpeius ante omniũ ante ſe genitorũ diligentiſſimus uitæ fuiſſe argumentis potius q̃ fama intelligit. Vni ei excogitatũ libere quotidie uenenũ præſumptis remediis ut conſuetudine ipſa innoxiũ fieret: primo inuẽto genere antitoti: ex q̃bus unũ ẽt nomen eius retinet Illum ſolũ mortaliũ Mithridatẽ uigintiduabus linguis locutum certũ eſt: nec ſubiectis gentibus illum hoiem per interpretẽ appellatũ ab eo annis ſex & quinq̃ginta: quibus regnauit. Is ergo ĩ reliqua ingenii magnitudie medicinæ peculiariter curioſus: & ab oĩbus ſubiectis q̃ fuere pars magna terrarũ ſingula exquirens: ſcriniũ cõmentationũ harũ ad exemplaria effectuſq; in arcanis ſuis reliqt. Põpeius ãt omni regia ꝑda potius trãſferre ea ſermone noſtro libertũ ſuum Lenœum grãmaticæ artis doctiſſimũ iuſſit: uitæq; ita profuit nõ minus q̃ reipu. uictoria illa ad Mitridatẽ ẽt teſte eodẽ Pli. in ꝑfato libro Aſclepiadis medendi arte clari uolumina extant, cũ ſolicitatus ex urbe Roma ꝓcepta pro ſe mitteret: hũc dixerat Pli. li. vii. eiſdẽ uoluminis fuiſſe pruſienſem: & li. xxvi. dixit primũ fuiſſe magiſtrum rhetoricæ: & nec ſatis in ea arte q̃ſtuoſum: & ad alia ſagacis ingenii: & ad medicinæ artem ſe repente cõuertiſſe: atq; ut neceſſe erat hoĩ: qui nec id ægiſſet: nec remedia noſſet: meditata quotidie oratione blãdiens omnia abdicauit: & totã alioꝝ medicinam reuocando ad quinq; res redegit: uidelicet ad abſtinentiã cibi: potꝰ & ueneris fricationẽ corporis: & ambulationẽ modeſtã. Quæ quiſq; ſibimet ꝑſtare poſſet. Quare uniuerſum prope humanũ genus circumægit in ſe non in alio mõ: q̃ ſi cælo emiſſus adueniſſet: reparata ẽt ratiõe qua uinũ ægris mederet dando ẽt frigidam aquã: & ut auctor eſt. M. Varro alia quoq; blandimẽta excogitauit iã ſuſpendẽdo lectulos: quoꝝ iactura aut morbos extenuaret: aut ſomnos alliceret. Cõcedebat ẽt balnea auidiſſima hoĩum cupidine: qn alia multa dictu grata atq; iucũda magna auctoritate conſtituit. Nãq; & uomitiões ſupra modũ arguebat: & medicamẽtoꝝ potus ſtomacho inimicos dixit. Is teſte Apulegio li. iiii. Floridori cũ ſeſe forte a rure ſuo reciperet In pomœriis ciuitatis uidit citra cũſpectum funus ab ingenti numero: moxq; illud adiit ptractauitq; corpus hois: & p quædã ſigna iuenit in illo uitã: cũq; clamaret: ut reportaret a rogo domũ: pars medico annuebãt: & reliq obſiſtebãt. tãdem uelut ab inferis domũ relatus eſt: moxq; recreueauit ſpiritus: & aiam in latibulis corporis delitescẽtẽ ſuis medicamẽtis uniuerſo corpori reſtituit: quãobrẽ uelut deus fuit ab hoĩbus honoratus: quod tetigit Pli. li. vii. cũ ait relatũ e funere hoiem conſeruauit: & ſubdit Pli. ſed maxime ſponſione facta cũ fortuna ne medicus crederetur: ſi unquam inualidus ullo mõ fuiſſet. Sicq; uictor ſuprema ĩ ſenecta lapſu ſcalarũ exanimatus eſt. Venerunt his tpibus Romã medici q̃plures & uiri celebres: ut Caſſius Calpitanus Arũcius Rubrius: inter quos Antonius muſa fuit: q̃ contraria medicina a ſectatoribus Themiſtonis q̃ diſcipulus fuerat Herophili diuum Auguſtũ graui periculo exemerat: ob qđ illi Auguſtus ſtatuã ex ære iuxta ſignũ Aeſculapi locari mãdauit: coluitq; eũ ſp amiciſſime ut teſtiſeſt Sueto. in uita Auguſti. Poſt hũc exortus eſt Vectius ualẽs: q̃ teſte Pli. li. xxxix. adulterio Meſſaliæ uxoris Claudii Cæſaris nobilitatus: pariterq; eloquẽtia aſſentator: potentiã nactus nouã inſtituit ſectã. At Neronis principatu eadẽ uis ad Theſſalum tranſiliuit delentẽ cũcta placita: & rabie quadã in oẽs æuimedicos perorãtem. Idẽ teſte Galieno li. primo de regimine ſanitatis: & ſimiliter li. primo. de ingenio librũ ad Neronẽ ſcripſit: in quo cũctis medicis & philoſophis tã ueteribus q̃ modernis ſeipſum effrenata q̃dã temeritate ꝑpoſuit. Hippocratẽq; oĩum medicoꝝ principẽ maxime ſupplãtauit. Hũc Galienus ipſe ignorãtiſſimũ fuiſſe oſtendit: nec inter medicos: ſed inter textrices ſordide creuiſſe: cũ eius pater lanæ pectinator: & mater textrix fuerit. Interim ut eodẽ li. pſequitur Pli. ſupuenit maſſilienſis Critias: qui ad motus ſyderũ ex Ephimeride de mathematica cibos phibens: horas obſeruans: auctoritatæ Theſſalũ præceſſit: diuitiaſq; reliqt innumeras: poſt quẽ repẽte ex eadẽ Maſſilia urbẽ Charmis inuaſit: & dãnatis nõ ſolũ prioribus medicis ueꝝ & balneis aqua frigida ẽt hybernis algoribus lauari ſuaſit: q̃ſi cõtraria neceſſario contrariis curarentur: & ut ait Pli. merſit ægros in lacus & uidebamus ſenes conſulares uſq; in oſtentationẽ rigentes. Qua de re extat ẽt Annei Senecæ aſtipulatio: nec dubiũ eſt oẽs iſtos famã noui tate aliqua aucupantes aĩas ſtatim noſtras negociari: hinc ille circa ægros miſeræ ſenttentiarũ cõcertationes nullo idem cenſente ne uideatur aſſertio alterius, hic illa infœlicis monumenti aſcriptio turbaſſe medicoꝝ piſſe. Interim ꝑdiere ex noſtris & exteris auctores nonnulli celebriores: q & herbarum naturas & plurium rerũ qualitates ſuis libris annotauere. Vt ex noſtris Macer ueronẽſis: q tempore Auguſti uolucrum qualitates: & herbarum naturas uerſu exꝑſſit: de quo Ouidius libro quarto triſtium inquit. Sæpe ſuas uolucres legit mihi grandior æuo. Quæq; necet ſerpens: quæ iuuet herba macer.
Euax ſimiliter rex arabum non ſolum herbarũ: ſed lapidum etiã ſpecies nomina colores: & q̃bus in regionibus ualeant comperiri: magno uolumĩe ad Neronẽ priucipẽ ſcripſit. Eiuſdẽ meminit Pli. li. xxv. dicens, Euax Dionyſius & Metrodorus herbarũ effiges pinxere: atq; ſubſcripſere effectus. Verũ ut ſub

dit pictura fallax est ex coloribus tam numerosis præsertim in emulatione naturæ multũ degenerare transcrbentiũ fore uaria. Præterea non paꝛ est singulas earum ætates pingi cũ quadripartitis uarietatibus anni faciem mutent. hæc ille. Post hos fuit Diascorides uir militaris: & in herbaria arte mirabilis qui quiꝙ uoluminibus uirtutes herbaꝛ arborum lapidũ aromatum aialium acuratissima doctrina de scripsit: imo ut de seipso testaꝛ. Quæcũꝙ inqt in his libris posui: nõ ex opinioe aut fama cognoui: sed ex electione & experimento didici: Vidi ego apud Cõstãtinopolim pulcherrimũ eius auctoris codicẽ antiquissimis græcis litteris exaratum. In quo nõ solũ herbaꝛ effigies: sed uolatilium quadrupedum & reptilium tanto artificio & proprietate depictæ erãt: ꝙto natura ipsa: utputo producere potuit. At Plinius de seipso loqtur nobis inqt certe excæptis admodũ paucis eõtingit reliq̃s: de quibus. s. tracta: herbas contemplari scietia Antonii Castoris: cui summa auctoritas erat i ea arte nostro æuo uisendo hortulo eius: in quo plurimas alebat centesimũ ætatis annum excedẽs: nullũ corporis malũ expert⁹: ac ne ætate quidẽ memoria aut uigore cõcussis: Sane tpibus Domiciani Traiani Hadrianiꝙ & Antõini pii nonnulli medici ex græcia ipsa urbẽ inuaserũt: & Protogenes primũ uir astutus & callidus: q̃ astutia & arte græca magis q̃ scientia medicinæ famã & quæstũ sibi q̃ritabat: cui Archigenes alter græcus tpe & ipsius Domitiani successit: q cũ assentator esset & mulieribus q̃ facillimus: grãdẽ Romæ sibi comparauit quæstum: contra cuius mores & insciciã Galienus in libris suis sæpe inuexit. Galienus uero uir doctissimus: & ea ætate in medicina singularis Romã principatu Traiani deuenit: eratꝙ oriũdus ex Pergamo oppido asiæ celeberrimo: sed Romæ tpibus Antonii pii floruit ut idẽ de se ipso diuersis in locis testaꝛ: hic i ea arte oẽs præter Hippocratẽ superasse crediꝛ: cõposuitꝙ libros multos & Hipocratis oia scripta miro ingenio explanauit: & ut græcus quidã medicus mihi rettulit centũ & quinquaginta uolumina in ea facultate edidit. Post illũ uero Rasis quidã pœnus fuit: qui ligua arabica ex oibus ante se medicinæ auctoribus uolumen collegit. Sed distictius & scientius: post eũ in eadẽ lingua Auicẽna hiſ palẽsis efficit: qui cũ reliquoꝝ scripta uiderit: tũ maxime Galienũ secutus est: quẽ suo li. i. de infrigidãdis medicoꝝ pricipẽ appellauit. Post hos cœperũt Itali i ea facultate plurimũ pollere: ut petrus de apono patauinus uir in omni ætate admirandus tũ in philosophia: tum in his quæ ad medicinæ theoricã spectãt: diuersas conciliando opiniones sua doctrina clarissimus est habitus: unde & conciliatoris cognomen adeptus est. Quin & ad problemata Aristotelis multa addidit: & illa ipsa subtili expositiõe declarauit. Hunc non longe post Thaddæus florẽtinus secutus est: qui adeo obscura oia Hippocratis & aliorꝝ principum in medicina detexuit & explanauit ut alter Hippocrates suo tpe habitus fuerit: diuiti aſꝙ cumulauit innumeras: nã a pricipibus Italiæ conuocatus. l. aureos in mercedẽ diurnam paciſci cõ sueuerat ab Honorio uero summo pontifice semel uocatus: non prius accedere uoluit: q̃ centũ aurei illi in diẽ statuerenꝛ: unde liberatus põtifex decẽ milia illi aureoꝝ cõdonauit: Tãdẽ octogenarius moritur Bononiæ circa annos domini mille ducentos septuaginta: Qua ætate ẽt Accursius florentinus legum glosator floruit: Thaddæo uero succesſit similiter Trusienus florẽtinus: qui plusq̃ commẽtum sup techne Galieni mira doctrina conscripsit: hic cũ in practica artis medicinæ ut multi ferunt inforatunatũ se conspiceret religioni se totũ dicauit: & chartusinus effectus est monachus. Post hunc floruit Dinus de garbo florẽtinus similiter & Thaddæi discipulus q patrẽ habuit Brunũ nomĩe & arte chirurgiæ clarissimũ: ut Thomas eius Dini filius i summa quã de arte medicinæ scripsit attestaꝛ. Dinus uero adeo utilia in Auicẽnã. scripsit cõmentaria: ut sine illis Auicẽnæ doctrinã stare non posse a nonnullis creditũ sit: scripsit ẽt in Galienũ de malicia uariæ cõplexionis & i Hippocratẽ de natura fœtus. Qui & in philosophia uarias & pulcherrimas disputauit: ac terminauit q̃stiones: hũc nõ inferiori ingenio nec fama secutus est eius filius Thomas: post quẽ floruit Cristoforus de honestis patria bononiẽsis: fuit & Marsilius similiter patauinus: q multaꝝ rerum cognitiõe: & scriptoꝝ subtilitate sua ætate pcelluit quẽ Iacobus de foro liuiæ secutus & fama & ingenio supasse crediꝛ. hũc Vgo senensis nostris tpibus secutus est. Qui diuinitatẽ quadã ingenii: & peritia medẽdi oẽs q ante illum apud nostros floruerũt: excelluisse creditur: Cuius uitã inclitã filius eius Sozinus philosophus similiter & medicus eleganti stilo scripsit. Sed ut putamus ad Vgonẽ summum subtilitatis facultatis medicinæ peruenit: quæ iam declinare uidetur. Ẽt hæc de hippocrate: ac de successoribus eius quæ nouimus breuiter dicta sufficiant.

Hippolytus cum. i. latino sequente duplicato. p. & penultima cũ. y. græco: ultima cum. t. exili scribitur: fuit filius Thesei athenienſium ducis ex Hippolyta Amazonum regina secũdum Iustinum: uel Antiopa secũdum Senecam in Hippolyto natus: & componitur ab hippos quod est equus & λυω̃ quod est discerpo: seu dissoluo: eo quod ab equis disceptus fuit: ut uidebimus in dictione phædra. Nam ut ostendit Plato in eo libro qui de nomine Cratilus inscribitur: hoc ut alia q̃plurima nõ uera fuerunt nomina sed a poetis conficta. Vnde ab euentu fabulæ nomen hoc inditum assumpsit.

Hippolyta eodẽ modo cum superiori scribitur: & fuit mater Hippolyti: quã Antiopam uero nomine dictã qdam uolunt: & ab euentu filii sic postea cognominata asserũt: de qua Vir. li. xi. æne. meminit cũ ait: Bellãtur Amazones armis Seu circum Hippolytem: seu se cum martia curru Pantesilea refert. Nã que ambe fuerunt Amazonum reginæ. sed ab Hippolyta deuicta Hercules balteum abstulit.

Hippolochus i cæteris eodem modo: & i ultima cum. ch. aspirato scribitur: fuit teste Homero libro iliados. vi. filius Bellerophontis: & Glauci pater. Alter teste eodem libro. xi. fuit Antimachi troiani filius q̃ una cum Pisandro fratre ab Agamẽnone in troiano bello interfectus est.

Hippomanes eodem modo ſcribitur:eſt teſte Seruio ſup.iii.georgicorum uirus defluens ex equarum inguinibus:quo tpe feruntur in amoris furorem.Heſiodus uero dixit herbã eſſe:quã ſi comederẽt eq furorem paterentur:& dicitur ab ἵππος ideſt equorum μανία furia:unde etiam a poetis ponitur ꝓ ea caruncula i frõte equi pulli nata:quam ſi quis matri ꝓriperet:nunq̃ deinceps pullum amaret.Et i quo cunq; ſignificato neutrum eſt terminatum in es:niſi cum pro uiri nomine ponitur.

Hipſicratea prima cum.i.latino & unico.p.ſequẽs cum.pſ.&.i.latino:ante penultima cum.c.exili & penultima cũ.t.ſimiliter abſq; aſpiratione ſcribit̃:fuit uxor Mithridatis:quæ ſumme uirum ſuũ dilexit.

Hypſipyle prima & penultima cũ.y.græco:antepenultima cum.p.&.i.latino ſcribitur:fuit Thoãtis lẽniadum regis filia:dicente Statio libro quinto thebaidos:ubi induxit narrare genus ſuum Adraſto argiuorum regi:Claro generata Thoãte:Seruitium Hypſipyle ueſtri fero capta Lycurgi.Et ut ipſe Sta. ſcripſit:cum Venus Vulcani coniunx indicante ſole:a marito in Lemno iſula cũ Marte adulterari palam comphẽſa fuiſſet:Lemniades aliis cũ ſacra diis peragerent:Venerẽ ipſam adulterã ſine honore liquerunt:quæ illis irata hircinum fetorem oibus immiſit:ob quod a uiris ſuis ſpretæ cũ ad bella contra uicinos Thraces illi exiſſent conſilio ſtatuerũt publico occidere oẽs cum redirẽt.Quod cũ fieret ſola Hypſipyle patri Thoãti pepercit:quẽ naui expoſitũ Bacchus pater ad coum inſulã proſprea nauigatione perduxit.At Hypſipyle cõſtructo rogo in propria regia:alterius ſuppoſiti funera pro patre:quẽ occidiſſe aiebat celebrauit.Inde uero paulopoſt tranſeũtibus cum argonautis laſone:ab his fœminis hoſpitio ac lecto ſuſcepti ſũt.Et ab Hypſipyle laſon:qui cũ ea iam duobus annis demorãtes orãtibus ſociis pro diſceſſu:& promiſſo reditu.ut teſtis Ouidius in ſexta epiſtolaꝝ heroidũ grauidam illam reliquit:quæ gemellos deinde peperit:Thoantẽ ſcilicet:& Eumeũ:quos alio alendos dimiſit:ne ſecũdũ ſuas ipſaꝝ leges in inſula maſculi nutrirentur:hos niſi caſu poſtea reuiſere nõ ualuit:nã paulopoſt fama ſubit portus uectum trãſlata Thoantem Fraterna regnare Coo.Ex quo Hypſipyle tanquam perfida alemniadibus poſcitur ad ſupplicĩ:quæ cũ fugeret a piratis in littore capta Lycurgo regi Nemeæ dono data fuit.In cuius ſeruitio dum filium ipſius regis Opheltem ipſa nutrix aleret:& redeũtibus ab obſidione Thebaꝝ regibus argiuis:ac in Nemæa ſilua ſiti pene pereuntibus:interrogata de aqua illos ad Langiam fontem perduxit:& quænã eſſet interrogaretur:& ſuos illa enarraſſet caſus:filii qui cũ Adraſto erant matrem eſſe dignoſcentes in ipſius proſilierunt amplexus. Sed dum inter hæc moratur infans quem inter flores & herbas ludentem liquerat:a ſerpente necatus eſt.Quod Lycurgus pueri pater ſentiens:ira inflãmatus illam inferias nato mittere accurrebat:ſed a regibus & filiis auxilia iplorãs ſaluata eſt.Quæ uero deinde illi contigerint:nec apud græcos nec apud latinos memini me legiſſe.

Hira cum.i.latino & unico.r.ſcribitur:fuit maritima urbs in agro propinqua Pylo ſub agammemnonis dominio:ut oſtendit Homerus libro ix.iliados.

Hyrcania prima cum.y.græco ſequẽs cum.c.exili:penultima cum.i.latino ſcribit̃:eſt in Aſia ſcytharũ regio:uti Q u.Curcius de geſtis Alexandri:& Plinius libro.xvi.ateſtantur.Quod Seneca i thyeſte cõfirmauit dicens.Quænam iſta regio eſt:an ſub æterna niue hyrcana tellus?Et Luca.ſimiliter lib.quarto Tinxere ſagittas errantes Scythiæ populi:quos gurgite batros icludit gelido uaſtiſq; Hyrcania ſyluis:quæ teſte eodem Curtio pantheris & pardis habundat pluribus:ſed maxime tigribus: quod Luca. etiam retigit libro primo in oratione Cæſaris ad ſocios cum dixit.

Vtq; feræ tigres nunquam poſuere furorem.
Quas nemore hyrcano matrum dum luſtra ſequuntur.
Altus cæſorum pauit cruor armentorum.

Hyrgis prima cum.y.græco:& ultima cum.i.latino ſcribitur:fluuius eſt Scythiæ:qui teſte Herodoto libro hiſtoriarum quarto intrat in Tanaim.

Hyriæ prima cum.y.græco:penultima cum.i.latino ſcribitur:fluuius eſt Boetiæ:de quo Homerus lib. ſecundo iliados meminit:& facit gentile hyriates.

Hyrmos cum.y.græco ſcribitur:& dicitur quaſi ſyrmos quod eſt detractus:Nã ſeries ẽ orationis uel cõſtructio tenorem ſuũ in multos uerſus protendens:ut apud Virgi.li.æneidos primo.Eſt ĩ ſeceſſu lõgo locus inſula portũ Efficit:& reliqua:ubi fit tractus uſq; ad id Horrẽtiq; atrum nemus imminet umbra & libro ſexto:Principio cælum ac terras campoſq; loquens:Lucentemq; globum lunæ:titaniaq; aſtra Spiritus intus alit.Vnde teſte Seruio hyrmos longiſſimum eſt hyperbatum.

Hyrœades prima cum.y.græco:antepenultima cum.œ.diphthongo ſcribitur:fuit teſte Herodoto lib. hiſtoriarum primo uir mardus:qui primus ex Cyri exercitu muros ſardium aſcendit.

Hirpi cum.i.latino ſcribitur:uocabulũ eſt ſabinum:& ut puto a græco corruptum.cum a græcis ẽt ſabini originem duxreint:ſignificatq; teſte Seruio apud nos lupos:quare ab ὁρπαξ quod ẽ rapax forſitã deductum fuit.Nam ut idem Seruius ſup.xi.Virgilii refert:fuerunt populi habitantes in mõte Soracte: qui cum Diti patri aliquando ſacrificarent:cum mons ipſe manibus conſecratus eſſet:& uenientes lupi exta rapuiſſent:illos diu ſecuti ſunt:quouſq; tandẽ ad quandã peſtiferam ſpeluncã aduenerũt:unde peſtem contrahentes habuerunt reſponſum poſſe eam ſedari:ſi lupos imitarentur:ideſt rapto uiuerent. Quod poſtquam factũ eſt:dicti ſunt populi hirpiſorani:ideſt lupi Ditis:cũ Pluto eoq; lingua Soranus uocatus eſſet:cuius rei memor Virgilius Arũcem ex eo loco ducẽtem originem lupo comparauit li. xi.At uero Plinius libro naturalis hiſtoriæ non populos fuiſſe hirpos dixit:ſed per paucas phaliſcorũ

familias:quæ ſacrificium annum ſed Soractis montem Appollini celebrabant:id operãtes:ut ait Soli
nus geſticulationibus religoſis:& impune ardentibus lignoq; ſtruibus in honorẽ diuinæ rei inſultabãt
flãmis parcentibus illis. Quibus ob deuotionis miniſteriũ ſenatus ppetuo conſulto omnium munerũ
uocationem dedit: Vnde Aruns apud Vir.libro.xi. Superos ſic uoce precatur.

Summe deũ ſancti cuſtos ſoractis Apollo: Paſcitur & medium fraẽti pietate per ignem.
Quem primi colimus:cui pineus ardor aceruo Cultores multa premimus ueſtigia pruna.

Dat pater: & reliqua. Varro autem ubiq; teſte Seruio religionis expugnator cum quoddã medicamẽ-
tum deſcriberet:ait ut ſolent hirpini:qui ambulaturi per ignes medicamento plantas tingũt:hæc illæ
de his forte intellexit Virgilius libro æneidos.vii.cum ait.

At Meſapus equum domitor neptunia proles. Hi feſceninas acies:equoſq; phaliſcos:
Quem neq; fas igni cuiquam:nec ſternere ferro:& ſubdit: Hi ſoractis habent arces:& reliqua.

Hyrtacus cum.y.græco &.t.ac.c.exilibus ſcribitur:fuit uir troianus ex Ida mõte:qui filium habuit Ni-
ſum Aeneæ comitem:a quo Virgilius patronymicum ducẽs ait:Hyrtacides comitum Aeneæ quem
miſerat Ida:habuitq; teſte Homero libro.xii.iliados alterum filium nomine Aſium.

Hyrus cum.y.græco ſcribitur.nomen eſt uiri proprium:de quo Oui.in remediis amoris:cur nemo eſt
hecarem:nulla eſt quæ cœperit Hyrum.Nempe q alter egens:altera pauper erat.

Hiſpon cum.i.latino ſcribitur:nomen eſt uiri proprium.

Hiſpania cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:regio eſt Europæ quæ a montibus pyrenæis incipiẽs:ut dixit
Aspianus clariſſimus hiſtoricus:& p columnas Herculis circuiens uſq; ad borealem oceanũ protẽdi
tur:ita ut oĩa in eo circuitu ad Hiſpaniã ſpectent:cuius magnitudo ut ait multa eſt: & icredibilis i uni-
ca regione.Nã decem milibus ſtadiis latitudo cõmenſuratur.longitudo uero prorſus eadẽ eſſe uidet:
Quam gentes q̃noq; diuerſæ & uariis nominibus cognominatæ inhabitant.quin &fluuios plures na-
uigabiles cõtinet:minoreſq; alios diuerſos & q̃plurimos i illos defluentes. Terra quoq; eſt fœlix:& opti
marũ rerum fertilis:hæc ille:ut ad uerbũ ex illo traduximus.Nã ſita eſt hæc regio inter Aphricã & Gal
liã aſeptentrione pyrenæis montibus clauſa:reliqs partibus undiq; mari concluſa.Interfluũt eam flu-
mina magna Bethys Mineus Iberus & Tagus auꝝ trahẽs:ut in Aſia Pactolus & Hermus.habet proui
cias ſex taraconenſem:carthaginenſem:luſitaniã:galitiã:& bethicã.hæc eadẽ prius Ibera ab Ibero am
ne cognominata fuit.Poſtea ab Heſpero fratre Atlantis Heſperia. Vltima ab Hiſpali urbe Hiſpania
nũcupaẽ:cuius urbis acculas Cæſar grauiter increpuit. Quod Cneo:& ſex filiis Põpeii magni fuerãt.
Sane eam dictionem aſpirari antiquæ inſcriptiones oſtendunt:ſed duæ ab hiſtoricis cognominantur
hiſpaniæ citerior:quæ eſt in ſeptentrionali plaga:& a pyrenæo uſq; ad carthaginem porrigitur: Vlte-
rior quæ in meridie a celteberis uſq; ad gaditanum fretum extenditur.

Hyſpeus cum.y.græco ſcribitur:fuit Archadiæ rex:quem nonnulli Cyrenes fuiſſe patrem credũt. Vir-
uero eam fuiſſe Pinei fluui filiam in libro georgi iiii.oſtendit.

Hyſtaſpes cum.y.græco &.t.exili ſcribitur:fuit pater Darii perſarum regis.

Hyſteron cum.y.græco &.t.exili ſcribitur:dicitur a noſtris ultimũ:& inde hyſteron proteron figura no
minatur: cum ſententia ordine commutatur:ut Poſtq̃ altos tetigit fluctus:& ad æquora uenit.Nã pri-
us ad æquora uenit q̃ tangeret fluctus. Vir.libro georgi.primo. Area tunc primum ingenti eſt æquã-
da cylindro.Et uertenda manu.Nam prius manu uertitur:q̃ æquetur cylindro.

Hyſterologia prima.cum.y.græco & ſequens cum.t.exili ſcribit:dici poteſt a noſtris ſermo ꝓposterus.

Hiſtiæus cum.i.latino utrobiq; &.æ.diphthongo in penultima ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro hiſto
riarum ſexto myleſiorum tyrannus.

Hiſtiæa eodem modo ſcribitur:ciuitas fuit in Euboia:de qua meminit Homerus libro iliados ſecundo
ϖδλυσ αφυλδνϑ ἱστιαίᾳ.

Hiſtoria per.i.latinum &.t.exili ſcribitur:& dicit ἱσορεῖν:quod ẽ ſepectare & cognoſcere ſignificat.un-
de & ἱσορρα ſciẽtẽ uocant:& ἱστεον eſt ſciendum:ſed primũ a græcis aſpiraẽ:unde nos hiſtoriã cum aſ-
piratione deduximus reliqua non aſpiranẽ:Sane teſte Gellio li.v. noctiũ atticaꝝ hiſtoriã ab annalib⁹
qdã differre eo putant.q; cũ ſit utrunq; reꝝ geſtaꝝ narratio:eaꝝ tamen proprie reꝝ ſit hiſtoria: quibus
rebus gerendis iterfuerit is qui narret. Annales uero eſſe cũ res geſte pluriũ annoꝝ obſeruato cuiuſq;
anni ordine deinceps cõponunt. Quã ſane differentiã accæptaſſe Seruiũ in primo æneidos certũ eſt.
Sed clarius ea differentia concipit ex libro Sempronii Aſellionis:primo oſtendentis q; inter annales
& res geſtas interſit: Veꝝ inter eos inquit qui annales relinquere uoluiſſent:& eos q res geſtas a roma-
nis ſcribere conati eſſent:oium reꝝ hoc interfuit. Annales libri tantũmodo quod factũ quoquo an-
no geſtum ſit demonſtrabant.i.quaſi qui per Diarium ſcribunt:quam græci ἐφημερίδα uocant.Nobis
nõ ſatis eſſe uideo quid factum eſſet id pronunciare:ſed ẽt quo conſilio quaq; ratiõe geſta eſſent demõ
ſtrare:& paulopoſt idem Aſellio in eodẽ libro.Nam neq; lacriores ad rempu.defendẽdam:neq; ſegni-
ores ad rem pperam faciundam annales libri commonere quicq̃ poſſunt.

Hiſtopus cũ.i.latino &.t.abſq; aſpiratione ſcribit:genus eſt nauis:quã teſte Gellio actuariam dicimus.

Hyſtris prima cũ.y.græco:& ultima abſq; aſpiratione:&.i.latino ſcribit:eſt aialis genus:quod teſte He-
ro.& Pli.li.ix.naturalis hiſtoriæ maxime in idia æthiopia:& aphrica creſcit:cricio ſimile:ſpinis tergus
hiſpidum habens:quas tenſa cute plærũq; laxatas uoluntaria iaculatiõe iacit:& aſſiduis aculeoꝝ nim-

bis canes uulnerat insequentes. Et sex hybernis mensibus latet.

Histrio cum.i. latino utrobiq; scribitur:& licet a græca dictione descendat:quæ minime aspiratur aspiratione tamen apud nostros suscæpit. Nã teste Festo huiusmodi scænici a nobis histriones uocati sunt qa primus qui hãc artẽ Romæ exercuit ab istria profectus ẽ: sed certissimum est histriam nullo modo aspirari. At uero Liuius & Valerius maximus non ab istria:sed ab hetruria illum uenisse dicunt:a quo eiusmodi nomen tractum fuit quare non græcũ sed hetruscum uocabulũ est. Similiter Cornelius Tacitus ab hetruscis histriões accitos dixit:& a tyriis equoq; cermtaia. Quos laudatissimo primmũ usui fuisse habitos uidimus in dictione Aesopus. Nã hi quoq; personati in scæna tragædias agebãt: comœdiasq; uoce & corporis gestu. Vnde ait Cicero:histrioni paululum extra numerum:aut si uersus ꝓnunciatus est una syllaba breuior aut longior exibilatur exploditur.i.pulsatione manuum eiicitur.

Hyusquianus prima cũ.y.græco sequẽte.n.scribit:herba est medicinalis:q̃ a nris dẽs caballinus uocat.

Hodius cũ.i.latino scribit:fuit teste Home. libro.ix.iliados unus ex græcoꝝ ꝓconibus in bello troiano.

Hœthyni cum.œ.diphthongo &.th.aspirato sequente.y.græco scribitur:populi sunt.

Hœtychius prima cũ.œ.diphthõgo:sequẽs cũ.t.exili &.y græco:penultima cũ.ch. aspirato &.i. latino scribit fuit teste Hom.li.vii.ilia.uir achiuus lõge optimus artis statuariæ opifex:q apd Hylẽ habitabat

Holos cum unico.l.scribitur:& dicitur latine totus:Olus uero sine aspiratiõe latinũ est:& uenit ab oleo uel olo quod sine aspiratione scribitur.

Hololampus similiter cum aspiratione & simplo.l.scribitur:dicitur a nobis totus flammeus.

Holor cũ aspiratione similiter & unico.l.scribitur:auis albæ nomen est:quã quidam cygnũ putant:& dicitur quasi holos.i.totus oreos albus:de quo Oui.i heroidibus: Sic ubi facta uocãt udis abiect⁹ i herbis Ad uada mæandri cõcinit albus holor:& Virgi.in bucolico. Argutos interstrepere anser holores.

Holocausta similiter cum unico.l.&.c.&.t.exilibus scribitur:ea sacrificia dicebãtur:i quibus tota hostia cõburebatur. Vnde componitur ex holon quod est totum & caustum combustum.

Holographum simili modo cum unico.l.scribitur:& dici potest a nostris totum scriptum & capi cõsuevit pro testamento testatoris manu penitus scripto.

Holosathron cum unico.l.&.th.aspirato scribitur:dici potest undiq; quassatum. Nam componitur ex holon quod est totum.& σαθρὸν quassatum quo nomine Plinius lib.xx.naturalis historiæ dixit quoddam genus petroselini cognominari.

Homerus cum aspiratione principii:& unico.m.scribitur:fuit omniũ poetarum clarissimus:cuius mater teste Herodo.in eius uita Eritheis uocata fuit:pater uero quis fuerit ignoratur. Aristo.li.iii.de arte poetica:ut rettulit Pultarchus Dæmonem quẽdam illius patrẽ fuisse dixit. Alii uero aliter senserũt: ut de gente patria:& uita illius tam uariæ sint sententiæ:ut satius sit de eo tacere:q̃ aliquid affirmare. Nã si ab ephoro ut Plutarchus refert patriam quæras cumæum dices. Si Pindaro omnium liricoꝝ principe:uidelicet tum smyrneum tum chium asseruabit:si ab Antimacho & Nicandro colophonium cẽsebunt:Sin ãt & ab Aristarcho & Dionysio thracio haud dubitabunt atheniensem dicere. Demũ cũ Simonides chium Aristotelẽ fuisse scribat non desunt q eum ex Cypro salaminium aut argiuũ esse contẽdant. Qua item tẽpestate fuerit:tam uariæ sentẽtiæ sunt:ut nesciamus quid efferre:Nã aliqui teste Plutarcho eũ asserunt tẽporibus belli troiani natum fuisse. Alii uero post troianum bellũ annis centũ Nõnulli ãt cẽtum q̃nquagita. Scripsit ãt poeta hic clarissimus ut subdit Plutarchus poemata duo: ilia den.s.& odyssea. Quoꝝ alterum bellũ troianum:alteꝝ Vlyxis uarios errores cecinit: Batracho myomachiam uero non sibi uideri Homero esse attribuendã:dixit idẽ Plutar.q̃n & margitẽ Homeri itidẽ eẽ negauit:de huius uero nullã prorsus fecit mentionẽ. Alii uero & hæc oĩa Home.ascripserũt. Hic ut Quintilianus quemadmodũ ex Oceano ipse idẽ dixit Homerus aium fõtium cursus initiũ capere oĩbus eloqnentiæ partibus exemplũ:& ortum dedit:hunc nemo in magnis rebus sublimitate:i paruis ꝑprietate superauit:idem lætus ac præssus iucũdus & grauis tum copia tum breuitate mirabilis:Nec poetico modo sed oratoria uirtute eminentissimus. hæc ille:& plura alia in laudes eiusdem poetæ admirandas prosequitur libro.ix. de institutione oratoria:& ut ego met quod de illo sentio fatear, Nihil iucundius aut dulcius aut gratiun legere possum. De quo dixit Oui.in li.ii.de fine titulo.

Aspice meonidem a quo seu fonte perenni. Vatum pieriis ora rigantur aquis.

Homelia cum aspiratione principii:& unico.l.atq;.i.latino secundum ueram orthographiã scribitur i dicatq; apud nos sermonem:& descendit ab ὁμιλῶ quod est sermocinor.

Homœsis cum.œ.diphthongo in antepenultima scribitur:dicitur a nostris similitudo. nã tropus est cũ ex similitudine alicuius cogniti in similitudinem deuenimus incogniti:cuius species tres:icon:parabola & paradigma:de quibus in suis dictionibus uidebimus.

Homographia cum aspiratione principii &.i.latino scribitur:dici potest æqualis scriptura uel pictura. nã componitur ex ὅμοιον quod dicit pariter & γραφία scriptura uel pictura.

Homolus cum unico.l.scribitur. mons est thessaliæ.

Homonymus penultima cum.y.græco scribitur:dicit a nostris eiusdem nominis:quo etiã proprio nomine pater Apollini Tyanei dictus fuit.

Homonyma cum.y.græco in penultima scribitur dicuntur a nobis æquiuoca:hoc ẽ æque uocata quas intelligi uelit non eadem in re existentia.

Homoncœa cum aſpiratione principii &.œ.diphthongo in penultima ſcribit̃:fuit liberta Cæſaris phã philiti & coniunx dulciſſima Atimeti:ut in ea dictione uidimus:

Homoptoton cum aſpiratione principii & cætera ſine aſpiratione ſcribunt̃:dici põt latine ſimiliũ caſu um uel ut ait Cic.in dignitatibus ſimiliter cadẽs.Nã cõponit̃ ex ομοσ qđ eſt ſimiliter & πτῶσισ caſus & dicit̃ figura cũ qs diuerſas dictiones in ſimiles caſus eximit:ut apud Enniũ mærentes flẽtes lachry mantes:& miſerãtes.itẽ neq; currentẽ:neq; noſcit euntẽ. Tollentẽq; manus ſaxũq; immane mouẽtẽ.

Hometeleuton cũ.t.exili utrobiq;:&.eu.diph.in penultima ſcribit̃:dicit̃ a Cicerõe in dignitatibus ſimi liter deſinens.Nã componit̃ ex ομοσ quod eſt ſimiliter & τελευτῶν finitũ:& eſt figura cũ plura uerba in eandẽ uocem terminant̃:ut abiit abſceſſit euaſit erupit:ſimiliter malui eos reduci q̃ reliq;:teneri quã deſeri.Et differt a ſuperiori:quoniã illa eſt ſolum nominũ hæc aliaq; dictionum:Hanc figuram uitans Virgilius in bucolico dixit:Cuiũ pecus:& non cuius pecus:ut teſtis eſt Seruius.

Hanapis cum unico.p.&.i.latino ſcribitur:fluuius eſt ſcythiæ:ut ſcripſit Herodotus libr. hiſtoriarũ.iiii. de quo in dictione tiarantus uidebimus.

Hora cũ aſpiratione a græcis tam pro tpe quã pro termino ſeu loco ſcribit̃:nos uero ut differẽtiã anno temus:cũ pro loco & termino accipit̃:abſq; aſpiratione ſcribimus:ut Qui prius ab oris:& ut puto hĩc deducit̃ ora quæ ſimiliter ſine aſpiratiõe ſcribit̃:& ſignificat funẽ:quo nauis ad terrã ligat̃:ut apud Liuium in lib.xiiii.in ipſis quoq; trepidatũ nauibus:dum ne hoſtes cũ ſuis ſimul irrũperent trahunt ſcalas:oraſq; & anchoras:ne in moliẽdo mora eſſet p̃cidũt.Quintilia.i epiſtola ad Triphonẽ ſimiliter ait Permitamus uela uentis:& orã ſoluentibus bene p̃cemur.Sane horæ ab Homero fingunt̃ li.v.iliados non minus phyſicæ q̃ poeticæ cæli portas conſeruare:qn & ab hora oia deriuata aſpiratione hẽnt.

Horoſcopus cũ aſpiratione principii:&.c.exili:hoc eſt ſine aſpiratione ſcribit̃:dicitur latinũ ſolariũ.Nã uas quoddã ſeu inſtrumentũ fuit:quo numerus horaꝝ diei cõſpici ad ſolẽ conſueuit:& cõponit̃ ex ho ra & σκοπῶσ qđ eſt conſideratio ſiue proſpectio:de quo Pli.lib.ii.naturalis hiſt.inquit uaſa horoſcopa non ubiq; eodem uſui ſunt:cum in trecentis ſtadiis:aut quingentis longiſſime mutentur umbræ ſolis.

Horologium cũ aſpiratione principii ſimiliter &.i.latino ſcribit̃:dicebatur ſimiliter latine ſolariũ:ut de heroſcopo expoſuimus:ſed iam relicto latino nomine multũ ſignificantius eo noſtro inſtrumẽto cõcipitur:in quo non tantũ ratio horaꝝ ex ſolaribus radiis:ſed ẽt occultato ſole ſermo:ut ita dicã horaꝝ agnoſcitur:utrunq;.n.logos ſignificat rationẽ ſcilicet & ſermonẽ.Nam non ſolũ horã oculis oſtẽdit ac p̃ſcribit.ſed ẽt auribus procul & domi manentiũ nunciat campana:quæ ſup impoſita eſt numeꝝ diſtiguente. Vnde quodãmodo uitam habere uidet̃:cum ſpõte ſua cietur:& dies ac noctes pro hoie opus facit:quo nihil neq; utilius neq; iucundius dici poteſt:nouũ tamen inuẽtũ eſt.ſimiliter & campana: ſed non admirabile:utilitatis tamen tantæ ac iucunditatis:ut cũ in rebus ciuilibus.tam uero in ſacris mirum proſit atq; oblectet.Campanam dixi more uſitato:nonuulli nolam uocant:ſed alteꝝ meo iudicio admirabilius in uentũ habemus:& apud nautas quoſq; pariter uſitatũ:pyxidẽ dico illam: quam prope dixerim uiuam ad lapidẽ ſideritem:qui magnes dicitur:nauigationẽ ita iam moderantur:ut cõmodi? ne an acutius excogitatũ ſit dubitem:nã tabulam illam quæ ſocia huius ẽ:ubi ſpatia maris atq; terraꝝ deſcribunt̃:neq; ita multum miror.eſt enim longi laboris ac ſedulæ diligentiæ potiuſq; ingenii diuini nec oĩno ueteribus nautis defuiſſe:exiſtimo:quod ſi nouum genus uelificandi: quod latinum uocant ab amalphitanis ut fert̃ excogitatũ:nuper perpetuã gloriã illis immunitatẽ apud nos oẽs horas pepit. Quid tandem laudis p̃miiq; debeatur inuentoribus pyxidis.Quanq̃ haud ſcio tãtũ ne tribuamus gloriæ nauigantibus:an credamus eos aliunde accæpiſſe:hoc eſt ab eodẽ ingẽtiſſimo hoium genere:q̃ horologia eſt p̃clara excogitarunt.Siquidẽ horologium illud ad eãdem pene formã pyſidis:quæ magnete temperatur.eandẽ quoq; propemodum rõem continet:& ubi quattuor & uiginti in orbem radii totidem uentos demonſtrant:ita hic pari numero diei noctiq; horas ſua in circulo puncta:hoc nõnulli q̃drantẽ uocant. Quæ tria ſiue ab eodẽ ſiue a diuerſis adiũcta ſunt.Profecto nec Dædali qui ſerrã.aſciã perpendiculum:& alia quæ i dictione Dædalus uidimus.Nec Theodori ſamii:qui ſamiis normã:libella:tornum:clauem:nec cyclopum:qui fabricã ferream:nec Panos qui fiſtulam:nec Mercurii q̃ monaulion adinuenit:iuuenta cum his de quibus diximus cõparanda ſunt:ſicut e contrario.Nõ maioris ingenii fuit inueniſſe arcũ & ſagittam cuius auctorẽ ferunt Scytherem iouis filiũ ut teſtis eſt Pli.lib.vii.naturalis hiſto.nec alia plurima ad hoium perniciẽ:quorum ſingula ad ſuos referuntur auctores q̃ excogitaſſe:ad quod p̃xime accedit ad ſuperiorẽ miraculũ:& bombardam uocamus:cui? auctorẽ execremur licet:tametſi ignoremus dignũ qui i morẽ Salmonei fulmine deflagraſſet:quoniã nihil tam ſimile fulmini eſt luce:ſonitu odore:huius nomen a bombo quod græcũ:a nonnullis quoq; latinorũ uſurpatũ & ab ardeo compoſitum eſt. Aliqui tormenta ænea magis dicere uolunt:habẽt & eius ſpecies ſua noia nec quẽ ſcriptorem ſequamur habemus:nec ẽt ſcriptum habemus:quo noie uocaret̃ id in quo uterq; pes utrinq; qeſcit eius q̃ inſidet equo.Nã ut in marmoreis ſignis Romæ conſpeximus:non utebantur illis antiq. Quid ferꝝ quo uelut ſoleis calciant̃ pedes equoꝝ iumẽtorũq;:q̃d illud ex corio extrema in parte lanceæ:qđ ferꝝ cornu ubi ad pectus lãcea ipſa reponitur? Quid magna pars armaturæ? ſed hæc non repono inter acute inuẽta:acutius ẽ inueniſſe ac multo utilius qua ratione frumẽtũ q̃ſi i piſtrino ad decurrentis aquæ impetum moleret̃:quod & ſi non admodũ recens eſt:tamen noie ſuo apud litteratos caret. Quidã ueteres uocant piſtrinum:uulgus uero molẽdinum:ſicut ea quæ uẽto aguntur: ſane

molendinarium:& molendinariam comperimus:ut Paulus iuriſcõſultus de fundo inſtructo. Aſinam inquit molindinariam:& molam negat. Neratius inſtrumento fundi contineri idem conſultus de mæta molendinaria reſpõdit. Si ruſticus eius fundi operariis moleretur eam quoq; deberi. Et ſubdit:ẽ autem mæta inferior pars molæ cathyllus ſuperior. hæc ille:rurſus & illud quoq; utilius qui acutius excogitatum eſt ex eo frutice:cuius nomen nõ legi alii cottonem alii bombycem ad ſimilitudinem bombycis:qui ſericum gignit appellant:conficere tria præcipue quæ non deerant quidem nobis:ſed acceſſionem hanc adiectã gauiſi ſumus:ueſtes:chartas.uela: Adeo nec ueſtibus nec:chartis:nec:uelis ullis melioribus utimur. Multa ſunt inuenta ad ſenſuũ oblectationem. Partim eius generis cuius olim iam alia fuerant ut i muſica:quod equidem & admiratione & laude dignum eſt:adhuc carens apto nomine organa uocant. Quædam item minora aptioribus appellata noibus monachordium cum.ch.aſpiratione & claui cymbalũ cũ.c.exili &.y.græco in antepenultima:& nõnulla alia his addamus.zuccara ſic.n. omnes uocant & plurima ex eis confecta:& pilam luſoriam. Non dico qua prius ẽt utebamur:cuius. Pithi inuentum. Plinius li.vii.dixit:ſed uẽto ut uulgus loquitur plenam:& ſi ueteres pueros luſiſſe ſole ac cæpimus:tamen & aliud fuiſſe:& hoc multo artificioſius eſſe non dubium eſt. Cuius inuentum ad marchionem ferarienſem:qui proxime defunctus eſt referunt:in eadem quoq; urbe rem ſordidam ſed utilem primum inueniam uolunt:e ſeuo cãdelam partim eiuſmodi apud priſcos nullum exemplũ fuit domuiſſe aues ad uenandũ. Nam de canibus qui cotunices attagenes faſiãnos perdices anates: cæteraſq; huiuſmodi aues uenantur minus affirmare auſim:q̃ de alitibus:quæ ſuapte natura ſibi uenantur nunc etiam nobis:quæ diligentia aut exercitatio adeo increuit:ut in artem & quidem nõ paruam euaſerit ſcripti ſunt multi & magni de ſtruzeria:ita.n.hãc artem nominãt libri ſtuidum nobilium hoium ac diuitum ſicut pauperum ac tenuiorem:illud quod nec ipſum affirmem:olim in uſu non fuiſſe:noctua aſcione ulula aliiſq; quibuſdam uolucribus captare alias uolucres:quod proprie aucupari dicitur Nam alterum magis uenari eſt:hoc inſidioſum:illud uiolentũ:hoc ex occulto:illud ex aperto: hoc blãda ſpecie decipiens illud ẽt anteq̃ noceat minãs:ut ſciamus uerum eſſe quod Ariſtoteles & alii quidam ſcripſerunt pauperum proprium eſſe cum mali ſunt dolo uti:diuitum ui:ideoq; altetum uulpeculæ:alterum leoni comparatur. Sunt ẽt minora dictu alia nonnulla:ut pelles bractea argentea indutas fuco: tingere in aureum colorem:quas auripelles uocant:meſſanenſium ut aiunt inuentum: qualia i ſingulis artibus ſua fortaſſe recẽtia inuẽta ſunt ut i aurificina Niellũ:illud in artẽ nullã cadit feciſſe duos orbes etenui uitro chryſtalloue aut berillo:per quæ ifirmior uiſus melius:ſi credibile eſt:uideat:quæ ocularia noiant. Nec id prætermittam quod ab ingenii argutia nõ abeſt haſtam i modum tubæ æqualiter perforatã:per quam impulſo ſpiritu cretaceas pilulas emittimus:quibus certiſſimo ictu auiculas occidimus:cuius nomen antiquũ nõ eſt:quia nec res antiqua erat:purpuræ antiqs in uſu fuerũt. Nobis ut mile ſint facit:quæ rariſſima eis fuit copia ſerici:& alia ſunt quæ inſerere poſſemus niſi in longum traherẽ oratio:quibus conſtat nos rebus nouis noua nomina accõmodare poſſe:ut ueteres a qbus præcepta habemus & exempla ſumimus factitarunt: Vnde ait Priſcianus in.viii. Si enim auctoribus timiditas obſtitiſſet:ut nullis nouis uterentur dictionibus ipſa natura & ſignificetionem rerum exigente petuis latinas anguſtiis damnata manſiſſet.

Horatius cum aſpiratione principii &.t.exili atq;.i.latino ab emendatiſſimis græcis ſcribitur:& ſecundum illos ab ὥραιος quod eſt pulcher deriuatur:nonnulli uero ex noſtris latinum eſſe:& latinam deriuationem habere uolunt:& ab oro oras oratus deduci aſſerunt:quod ſi uerum eſſet abſq; aſpiratione ſcribi deberet:ſed prior ſcriptura magis a doctiſſimis obſeruatur:fuit ergo poeta laudatiſſimus:patria uenuſinus:dicente Iuuenale in prima ſatyra:Hæc ego nõ credam uenuſina digna lucerna? fuitq; natꝰ patre libertino:ut ipſe idem.xxiiii.epiſtola atteſtatur dicens.

Me libertino natum patre:& in tenui re Maiores pennas nido extendiſſe loqueris.

Vt quantum generi demas:uirtutibus addas:fuit ſtatura breuis:ut in eadem epiſtola ipſe idem ſubdit

Corporis exigui præcanum ſolibus aptum.

Iraſci celerem tamen ut placabilis eſſem:&.xxvi.oſtendit quẽadmodum Romæ litteris liberalibus eruditus fuerat:& deinde uberioris ſcientiæ gratia nãciſcendæ Athenas cõceſſerit:& cũ doctiſſimus euaſiſſet familiaritatẽ.M.Bruti occiſoris Cæſaris adeptus:factuſq; ab illo tribunus militum cõtra.M.Antonium & Auguſtum:ſed uicto Bruto ex clade aufugit ipſo dicẽte in odis: Tecũ philippos & celerẽ fugã ſenſi recte non bene parmula:& ibidẽ. Sed me phoſtes Mercurius celer denſo pauentẽ ſuſtulit aere cui deinde Auguſtus Mecœnatis gratia indulſit:itaq; liberatus ad poetica ſe cõuertit:& pcipuos apd latinos uerſus lyricos expreſſit:imitatur Archilocũ alcæum Sapphon & Pindarum poetas græcos unde in.xxiiii.epiſtola ait:Paruos ego primus iambos. Oſtendi latio numeros animoſq; ſecutus.

Archilochi:non res & agentia uerba lycambrem. Temperat archilochi muſã pede maſcula ſappho:

Temperat alcæus:& reliqua:ſcripſit igitur odos:libros ſermonum duos:iſtitutiones poeticas:quæ poetria dicit:& epiſtolas:& cum diutias optimis ſtudiis cumulaſſet:tandem Romæ moriens Auguſtum rerum omnium ſuarum hæredem inſtituit:obiitq;.lxiii.anno ſuæ ætatis imperii uero Auguſti ãno trigeſimo quinto:fuitq; maxima pompa ſepultus in exquiliis apud Mecœnatem.

Hormeuus cum.e.abſq; diphthongo ſcribitur:fuit uir troianus interfectus a Polypete filio Perithoi: ut oſtendit Homerus libro.xii.iliados & deſcendit ab ορμη quod eſt impetus.

Horontes cum aſpiratione principii &.t exili ſcribitur:fuit ex lycia troianorum amicus:qui occiſo apd Troiam Pádaro lyciæ rege:qui troianis auxilia tulerat:ipſi Pãdaro in milicia ſucceſſit.Sed capta Troia diſcedens cum Aenea in:ſiculo mari perit:ut oſtendit Virgi.li.æneidos.i.eadem litteratura fluuius ḡdã Syriæ deſcribitur:qui teſte Pli.li.v.natu.hiſto.inter Libanũ & Antilibanũ montes iuxta Heliopoli urbem exorit.Et deinde antiochiã epiphanẽ diuidit.De quo meminit Iuue.in.iii.ſatyra cũ ait. Iã prideẽ ſyrius in tyberim defluxit horõtes.Quo ẽt noie gener Artaxerxis pſarꝝ regis cognominatus fuit.

Horizon cum.i.latino ſequente.z.conſonãte ſcribitur:dici poteſt latine finitio uel terminatio:& deſcẽdit ab opiſ̃ quod eſt finitio uel terminatio.

Hortes cum.th.aſpirato ſcribitur:fuit teſte Homero libro ſecundo iliados Theſſaliæ urbs.

Hortenſius cum aſpiratione principii &.t.exili ſcribit.latinũ puto & ab hortor deriuari.Nõnulli græcũ exiſtimant:& cũ.th.aſpirato ſcribunt:atq; ab Hortes urbe Theſſaliæ deductũ putãt:ſed prior ſcriptura ẽt apud doctiſſimos comunior fuit:Hortenſius teſte Quintiliano lib.vi.de inſtitutiõe oratoria:quã doq; oratoꝝ princeps Romæ habitus:inde æmulus Ciceronis & nouiſſime quoad uixit ſecundus. De eodẽ dixit Varro lib.iii.rerum ruſticarꝝ.Et poſt eum Gellius libro noctium atticarꝝ primo Qu.Hortẽſius fuit orator clarus:ſed delicatior q̃ uerũ deceat:& formæ non minus q̃ eloquentiæ ſtudioſus.Nunquã ſpeculo inconſulto proceſſit in publicum in illo ſe comere:in illo ſe mirari:in illo uultum togãq; componere conſueuit.De quo plura idem proſequuntur:Et Valerius maximus ac alii plures.

De aſpiratione dictionum latinarum tam in medio dictionis q̃ in initio & fine.

h

Is itaq; de dictionibus græcis:quæ latine ſcribuntur:& in initio dictionis aſpirãtur per ordinẽ habitis:decreui latinas quaſdã:quæ maxime difficultatẽ habere uidẽt hoc loco non ꝓterire.Immo per ordinem eas annotare:quæ aliquo mõ aſpirationis nota initio dictionum uel mediis ſyllabis ac ẽt in fine deſignant.Nam ois aſpirationis nota aut principalis eſt ſyllabarum:ual terminalis:aut media.Quæ quidẽ principalis ẽ ſolis uocalibus ꝓponitur:& duos retinet in dictionibus locos capitalem.ſ.& medium.Capitalẽ ut habeo:medium ut perhibeo.Quæ uero media eſt ut plnrimũ in dictionibus græcis ſcribitur:ut rhetor:Rhaphanus Theophraſtus & ſimiles:in latinis etiam ut quidã uoluerunt oia terminata in cher uel in chra uel in chrũ:& ante.c.habentia.l.ut pulcher pulchra pulchrũ ſupulchum fulchrum.Nonnulli uero ſolũ pulcher chra chrum:& ab eo declinata aſpirari uolũt cætera ſine aſpiratione ſcribenda eſſe dicunt.Quæ ãt terminalis aſpiratio eſt in paucis interiectionibus latinis inuenitur:ut uach ah oh:de quibus loco ſuo dicetur.Nunc de ea primũ aſpiratione tractabimus:quæ capitalem in dictionibus locum obtinet:& ab.a.incipientes hoc quoq; annotãdum duximus ipm a.ante.f.g.k.l.o.p.q.&.t.in latinis dictionibus recte aſpirari non poſſe.

Ha interiectio cũ aſpiratione ſcribit:ut ab.a.differat cum ꝓpoſitio eſt:uel litteræ nomen. Nã tũc quoq; aſpiratione caret:uel ut aliis magis placet:quia cũ interiectio eſt:affectum ſignificat:& cum aſpiratione profertur.Inuenitur nonnuuq̃ interiectio.ah.poſt ſe aſpirari:de qua poſtea pertractabimus.

Habeo habes cum aſpiratione ſcribitur:ut ab abeo is differat quando cum ab præpoſitione componitur & dicitur ſine aſpiratione abeo is it:& dicimus habui orationem magis q̃ feci orationẽ:ſed feci orationem frequentius q̃ habui dicimus.

Habito cum aſpiratione ſcribitur:& ab habeo uenit:ſimilirer habilis & habena:nam cum aliquã dictionem aſpirari dicimus omnes ab ea deſcendentes aſpirandas uolomus:Et cõſtruitur habito melius cũ accuſatiuo q̃ ablatiuo:ut Vir.in Alexi: Atq; humiles habitare caſas.Sane abundo quod in nõnullis locis aſpiratum comperitur:librariorum uitio tribuendum eſt.Nam ex ab præpoſitione componitur:& undo undas:quod deriuatur ab eo quod eſt unda.

Hac pronomine ſiue aduerbium aſpiratur:ut differat ab ac coniunctione:quæ ſine aſpiratione ſcribit. Verum in articularibus pronominibus & aduerbiis monoſyllabis inde deriuatis:non ſolum .a.ſed cæteræ uocales aſpirantur:ut hic hæc hoc huc.Quoniam hic pronomen a quo cætera huiuſmodi oriũtur teſte Priſcia.ab græco articulo hoc deriuatum eſt:quod apud illos aſpirari minime dubitari poteſt de quo in dictione eius uidebimus.

Hactenus cũ aſpiratione ſcribit:& ex hoc aduerbio & tenus componit:ſed in compoſitione penultima ipſa corripit. Virgi.Hactenus aruoꝝ cultus & ſydera cæli:& teſte Feſto hac fine deſignat. Ait.n.quatenus ſignificat qua fine:ſicut hactenus hac fine:ſed antiq̃ quatenos dicebãt:& quande pro quando: quatinus uero qm̃:hæc ille. Sane pro horum uerborũ declaratione:quia multi quatinus pro quatenus:& e cõuerſo ſcriptitare cõſueuerunt:exẽpla adducemus:inquit.n.Iuuenalis in ſatyra Natali:Eiſtunt q̃ promittunt hecatõben.Quatinus hic non ſunt:nec uenales elephãti:q̃tinus ſcripſit p.i.hoc ẽ ſũt nõnulli qui ꝓmittũt diis ſacrificiũ centum boum pro ſalute diuitis:Et ſubdit p antipophoram:nec.n.macta re & ſacrificare de elephantis poſſent:nõ.n.ſunt in latio:& ſi ſunt nõ uenduntur:& ſic quatinus poſuit pro quia:ut dixit Feſtus: At uero quatenus cum.e.ꝑ qua fine ponitur:hoc eſt ad quantũ ſiue ut exemplum ſit:cupio ſcire quatenus amor i amicicia debeat intẽdi ac progredi i.ad quantum ut ſcripſit Cic. in Lælio:quaſi ut uelim dicere utrum habeat finẽ ſeu mætam uel limitẽ amor & amicicia Simillter dicimus uerberaui filium meum quatenus ſit bonus.i.ad hunc finẽ ut ſit bonus.i.ad hoc q; ſit bonus.Itaque male dicitur.Iniunxit mihi dominus meus quatenus legam.

Hæ quod eſt plorare huius ꝓnominis hæc aſpirat:& diphthongat:dum uero eſt præpoſitio minime ſed quod ab ea deſcendit ſine aſpiratiõe & cũ duplicato.e.ſecundo.ſ.diphthongato ſcribitur.
Hædus cũ aſpiratione &.æ.diphthongo ſcribit:ut plene uidimus in dictione diphthongus ab illo tamen iſidorus aſpirationẽ abſtulit:ſed prævalet antiquorum uſus:&.M.Varronis ſentẽtia.
Hæreo uerbũ cũ aſpiratione &.æ.diphthongo:ut uidimus i dictiõe diphthõgus ſcribitur.
Hæres ſimiliter aſpiratur:& cũ diphthõgo ſcribit:ut i dictiõe diphthõgus uidimus a quo ex hæredo penultima producta deducitur.
Halo uerbũ primæ cõiugatiõis cũ aſpiratiõe ſcribit:ut ab alo differat cõiugatiõis tertiæ qđ ſine aſpiratiõe ſcribit:& nutrire deſignat:At cũ aſpiratiõe halare ſpirare ẽ:unde halitũ ſpiritũ dicimus. Iungiturq; cũ ablatiuo:ut ſertiſq; recẽtibus halant. At exhalo cũ accuſatiuo:ut Virgi.vii.æneidos. Sæuãq; exhalat.opaca mephitim.Iuue.i ſaty.Oibus i terris Bellorꝫ põpa animã exhalaſſet opimã.
Halitus cũ aſpiratiõe ſcribit:& ab halo halas primæ cõiugatiõis uerbo deſcẽdit:
Hamus cũ aſpiratiõe ſcribit:ut in datiuo uel ablatiuo quod ẽ hamo ab amo uerbo differat:
Hara cũ ſtabulũ ſignificat porcorꝫ cum aſpiratiõe ſcribit:ut ab ara deorꝫ:quæ aſpirationem nõ habet differat.Significat ẽt iterdum hara aſpiratũ teſte ſeruio.in Donatũ auem quandã auguralẽ:a quo nomine haruſpex & hariolus aſſerit deriuata eoſq; falſitatis arguit: qui ab ara deorꝫ hæc ipſa aſtruunt deriuari.cũ in ara deorꝫ principalis ſyllaba ꝓducta ſit:in haruſpex uero & hariolus ſit breuis. Sane Donatus in phormione inquit Harriolus quaſi fariolus uicit:aſpiratione poſita pro.f.littera.
Haruſpex cũ aſpiratiõe ſcribitur:ut uidimus in præcedẽti dictione.
Hariolus cũ aſpiratiõe ſimiliter ſcribitur:ut in dictione hara notauimus.
Harena a uerbo hæreo teſte Seruio deriuari uidet.eo q; mixta calce parietibus hæreat:& ob hoc aſpirandũ eſt. Alii uero conuenientius ab areo uerbo deriuatam putantes ſine aſpiratione ſcribũt arena ſimiliter arundo cũ ab ariditate dicatur:nunq; recte aſpiratur. Sunt qui uelint cum haſtam arundo ipſa deſignat:ut per aſpirationẽ ab arundine quæ canam ſignificat:diſcrepare faciant. Sane harundo mihi ubiq; nomen uidetur:quod cãnam ex ſua proprietate ſignificat:haſtam uero per quandam inter ſe ſimilitudinem. Vnde nullo modo aſpirandum puto.
Haſta cũ aſpiratiõe principii ſcribit:unde licet ab aſto uerbo:quod ſine aſpirationẽ ſcribit deriuari dicatur tñ ad differentiã ſecũdæ ꝑſonæ eiuſdẽ uerbi iperatiuo aſpiratiõem aſſumpſiſſe uidet.
Haurio cũ aſpiratiõe ſcribit:ut in ſecũda ꝑſona ab auris noie diſcrepet quod nõ aſpirat.
Haue uerbum ſalutatiuum antiqui nõnulli cum aſpiratione ſcribebãt:ut ab aue ablatiuo nois auis differet:& ab imperatiuo uerbi aueo:unde auidus & auarus. Sed iam tenet cõſuetudo: ut ſine aſpiratione ſcribatur.
Habeo ſecũdæ cõiugatiõis uerbum aſpiratur:ut ab ebeo ebeas cõiugatiõis primæ differat: Vñ ebeti dicũtur qui fœlicitate aliqua ceciderũt.
Hei iteriectio cum aſpiratiõe ſcribitur:ut ab ei pronomie diſtet:& qm̃ affectum ſignificat:cum auctore ſpiritu promẽdum eſt.
Heiulor aſpiratur:qm̃ ab hei iteriectiõe deſcẽdit.
Hem iteriectio ob maiorem ſpiritum aſpiratur.
Helluor aris teſte gellio li.ii.noctiũ atticarꝫ cũ aſpiratiõe ſcribitur:nulla ſane ratiõe niſi ut firmitas & uigor uocis:quaſi quibuſdã neruis additis itẽderet.& ide helluões guloſi dicti ſũt.
Herus cũ aſpiratiõe ſcribit:ut i datiuo & ablatiuo a uerbo futuri tẽporis ero differat.
Herba cum aſpiratiõe & ſine diphthõgo ſcribitur:licet ut quidam uolũt a uerbo hæreo: quod cum diphthõgo ſcribitur deriuari dicat:quia nõ naturaliter diphthõgum hæreo: ſed ex quadam differẽtia accæpiſſe dicat.
Heruga & herugo ſimiliter aſpirari:& a uerbo deducta dicunt:quia tenaciter rebus quas occupant hærent:licet ſine diphthõgo ob eandem cãm quã in ꝑcedenti dictione diximus ſcribantur.
Heri ſimiliter aſpirari:& ab eodẽ uerbo hæreo deduci dicunt:quia heſternus dies hodierno ſine alterius.ſ.diei interpellatione cohæreat:& ſine diphthongo ſcribitur.
Hertius ſiue herinacius cũ aſpiratiõe ſcribunt & ab eo quod ſetis horreat dictum eſt.
Hernia cum aſpiratiõe & abſq; diphthongo ſcribit:dicit teſte Seruio lingua ſabinorꝫ ſaxum: ſed magis placet illorꝫ expoſitio.qui dicunt herniam aſpiꝫ una & duꝫ idicat.Nam ſi ſaxum tãtummodo indicaret non dixiſſe Virgi.Hernica ſaxa colunt:ſed cum tantummodo hernia uel hernica. Nam cum deſcendunt inteſtina ad pygam teſticulorꝫ efficiũt illam duram & aſperam ob quod poſtea hernia dicitur:Iuuenalis in ſaty:Credo pudicitiam.Quibus incendi iam frigidus æuo Laomedontiades & Neſtoris hernia poſſit unde & populi illi qui in campania aſpera ſaxa incolunt hernici ſint cognominati:ut anagnini cum.g.ante.n.in penultia Priſciano teſte:ferentinates:uerulani: alatrini:fruſiõii:& his finitimi. Vir.i.vii.æneidos:Hernica ſaxa colũt quos diues anagnina paſcit.i.aſpa: uel ut alii uolunt a quodam ſabino illic habitãte ac regnãte hernici dicti ſunt. Macrobius uero dixit pelaſgum quendam nomie hernicum cõdidiſſe anagniam.
Hernius proprium uiri nomen cũ aſpiratiõe:& abſque diphthõgo ſcribitur:licet ab hæreo deductum credatur:quaſi hæreat annis:ſic.n.ueteres quandoq; filiis annos ꝑſagientes noia imponebant.

Hesternus cum aspiratione scribit:& ab heri descendit.
Heus aduerbiū uocādi spirat quia huiusmodi uocatiōes cū augumēto spiritus efferri consueuerūt.
Heu interiectio dolentis uel aduerbiū respondendi.qua ex dolore uel turbida responsione effertur cum aspiratione:hoc est cum augumento. spiritus profertur.
Hic siue pronomen sit siue aduerbium semper aspirat:ad quoꝝ differentiā signandā quidā ueteꝝ ut in marmoribus compluribus legi solebāt aduerbiū scribere diphthōgo græca:uidelicet heic: idq; rōne. Nā aduerbiū semp ꝓducit:ꝓnomen nōnunq; corripit:ut apud Virgi.li.iiii. Vnus hic inflexit sensus: quin & ꝓnomen illud idē differentiā similē detinet:quia cū masculinū est primā ꝓducit:ut Iuuena. in satyra.Omnibus in terris.Exitus ergo quis esto gloria uincitur idem.Nā de hannibale loquitur: cum uero neutrum semper illam corripit:datiuus autem siue ablatiuus pluralis facit eisdem & iisdem cum duplicato.i.uel isdem cum unico:utrunq; bene scribitur:sed in scansione unico semper.i.utimur: sicut in Virgilii & Antonii dii & diis ii & iis:Iuuenalis in satyra. Omnibus in terris: & quicquid græcia mendax audet in historia constratum cladibus isdem.Suppositumq; rotis solidum mare credimus. Non tamen hic patitur uersus eisdem:quod tamen alibi posuit:ut i satyra:Credo pudicitiam.Dat eis dem ferre cinædis.
Hinnio hinnis uerbū aspirat:& cū duplicato.n.scribit.qa augmēto spiritus hinnitus ab equis ꝓfert.
Hio hias uerbū & quæ ab eo tracta sunt:ut hiatus hiatio aspirant.eo q; hiādo maior fit spiritus: Nā ab oris sono cū aperit os tractū uidet:oratores tamē hiare ꝓ eo sumunt qđ est aliquid sua spōte & extre ma aliqua ui diffindi:ut tellus æstu:& ligna ariditate:aut nimio labore hiant.
Hir cū aspiratiōe scribit.qm̄ ab hœreo uerbo deriuat & uolā significat:nā ut aiūt physici.in uola porri magis sibi coherent q̄ in cæteris corporis ptibus:unde he partes solidiores esse dicunt:Alii uero ideo ab hærendo hir dici putāt qm̄ palmæ ipsæ rebus quibuslibet hærere soleant.
Hirsutus aspirari:& ab horreo deriuari uolūt:quasi horrens setis dicatur.
Hirtus simili mō & ꝓ syncopam idem est:quod cōplere hirsutus dicitur.
Hircus cū aspiratione principii scribit:& ab hirsuto deducit:unde teste festo hircipuli dicuntur homi nes duoꝝ piloꝝ. Quidā existimant hircos dictos ab oculoꝝ angulis:quos antiqui hirquos uocabant: ad quos frequenter libidinosa illa animalia luminum aciem in actu lasciuiæ contorquære cōsueuerūt unde teste Festo hirquitalli pueri primū ad uirilitatem accedentes a libidine.s.hircorum dicuntur: At Terentius Varro ut in dictione diphthongus cōmemorauimus dicit hircum a sabinis accæptum ꝓ commutationem.f.in.h.aspirationem.
Hirquus cum aspiratione principii &.q.sequente unico.u.scribitur:oculorum dicitur angulus & pro oculis nōnunq; capitur:ut Virgilius in bucolicis: Transuersa tuentib⁹ hirquis.
Hirudo cum aspiratione scribitur:& ab hærendo carni dicta uidetur: nam sanguisuga dicitur. Hora tius institutis poeticis.Non missura cutem nisi plena cruoris hirundo.
Hirundo cum.n.ante.d.similiter in principio aspirat:auis est.q̄ ex terra pulchro artificio nidū tignis suspēdit:& græce χελιδὼν dicit:de qua bene Ouid. Sub trabibus cunas tectaq; parua facit:
Hispidus cū aspiratiōe scribit:& ab horreo quidā deriuari putāt:quasi horrēs setis.
Hi pluralis nominatiuus ab eo quod est hic aspirationis notā traxit:per quam sane differt ab.i.uerbo & per unicum.i.scribitur.sicut & uerbum:si uero sine aspiratione scribitur:ipsum quoq;.i.duplicat:& di citur ii:uenitq; ab illo ꝓnomine is ea id.
Hiulcus aspiratur:& ab hio uerbo deducitur.
Hisco similiter aspiratur.quia frequentatiuū est ab hio tractū. Sane facere deberet hiasco: sed hiatus causa ablicitur.a.Et ut ostendunt oratores hiscere est quidē oris.& tm̄ humani:accipitq; pro eo q; est loqui aut os aperire ad loquendum:sed ferre per negationem:ut coram illo non auderes: hiscere. uel quid nunc habes quod hiscere audeas.Ouidius tamen poetice dixit.Hiscere nempe tibi terra rogāda foret:cum id quoq; oratores soleant potius dicere dehiscere.i.deorsum pessūq; apperiri.Quin & Vir. in primo His unda dehiscens.
Hodie & hodiernus aspiratur:eo q; ab hoc & die composita dicuntur.
Homo aspirat:& ut omnes ferūt ab humo descēdit:quod Quinti.deridere uidet:cū ait li.i.de institutio ne oratoria.Etiam ne hominem appellari quia sit humo natus:quasi uero nō omnibus animalibus ea dem origo:aut illi primi mortales ante nomen impositum terræ q̄ sibi.
Honor & alter eius noiatiuus honos cū aspiratiōe scribuntur:& ut multi putant differentiæ causa ut ab onos qui est asinus differat.Cur uero duplex sit terminatio noiatiui Serui.dixit:q̄ tūc honos dici cum scilicet affirmat:cū opus est ultimam lōgā habere in uersu:cum.r.uero quando breuem.
Hortor aspiratur:ne ab orior frequentatiuum esse credatur.
Horreor aspiratur:ut aspiratiōis horror cū eiusdē uerbi significatione concordet.
Hordeum cum aspiratione scribendum perhibent:eo q; horrere trahi uolunt:alii uero non aspirant:& ab oriendi celeritate deduci putant:sed magis ex testimonio Quintiliani aspirari placet:qui ait in pri mo de institutione oratoria apud uetustiores consueuisse per.f.loco aspirationis scribi:ut similiter fæ dus pro hædus:& alia nōnulla de quibus supra uidimus.
Horreū cum aspiratione scribitur:& teste Varrone ab horreo deriuatur:hoc teste Festo antiqui farre

um a farre dicebant:

Hortus horti:quamuis aborior ueniat plæriq; aſpirandũ:putant:ut ab huius ortus huic ortui: & ab ortus orta ortũ participio differat:is dicit ĩ quo olera & arbores oriuntur:unde olus unaquæq; herba ſatiua dicitur:qua ueſcimur:& cuius foliis & caule In edulium utimr. Verum horti in plurali tãtum nõ oleum ſunt:ſed arboribus conſiti uoluptatis amœnitatiſque cauſa parati.ut horti Saluſtiani. Pompeiani.Luculliani.Claudiani:de quibus Plinius in decimonono naturalis hiſto.inqt:in duodecimo tabulis legum noſtrarum nuſq; nominatur uilla:ſed ſemper i ea ſignificatione hortus.Et nõ lõge hinc ſubdit:iam quidẽ hortorum nomine ĩ ipſa urbe delicias:agros:uilaſq; poſſident.Et pergit:Primus hoc inſtituit Athenis Epicurus hortorum magiſter.Fueruntq;:ut idem auctor ait:teſte Plauto ſub Veneris tutela. At Virgilius Priapo hortorum curam dediſſe uidetur cum ad illum in bucolicis ait: Cuſtos es pauperis horti:& in quarto georgicoꝝ:ubi de hortis loquitur:inquit.Et cuſtos furum atq; auium cũ falce ſaligna Helleſpontiaci ſeruat tutela priapi:de quo pulchre Horatius meminit in primo ſermonum ipſum priapum ſic loquentem introducens.

Olim truncus eram ficulnus inutile lignum.
Cum faber incertus ſcamnum faceret me priapum.
Maluit eſſe deum:deus inde ego furum auiumq;
Maxima formido.nam fures dextra coercet.
Obſcœnoq; ruber porrectus ab inguine palus:
Aſt importunas uolucres in uertice arundo
Terret fixa:uetatq; nouis conſidere in hortis.

Hoſtio is.hoſtis quartæ coniugationis uerbum:q; æquo æquas ſignificat aſpiratur:ut per id a datiuo & ablatiuo eius nominis q eſt oſtium differat:q; teſtimonio plurimum grammaticorum aſpirari non debet: eo q ab obſto obſtas nõ aſpirato deriuetur.Item nec oſpes:quia a nomine quod eſt oſtium deducitur.Sed ut puto tenet conſuetudo:quæ & hoſtium & hoſpes aſpirant. Sed hoſtio uerbum ideo ſumptum eſt:quia in hoſtium conflictu quædam fieri conſueuit ordinum adequatio.

Hoſtis licet ab obſto obſtas non aſpirato deduci uelint:cum aſpiratione tamen ſcribendum differentiæ cauſa dicunt nec in genitiuo plurali cum nomine prædicto:ſ.oſtium cõueniret:& teſte Feſto apud antiquos peregrinus dicebatur qui nunc hoſtis perduellio.

Hoſtia declinationis primæ ab nomine hoſtis deduci phibent:qa teſte Feſto laribus imolabant:qđ ab illis hoſtes arceri putabãt.Sed alio loco ait Feſtus hoſtia dicta ab eo quod eſt hoſtire.i.ferire.

Hoſtimentũ ſimiliter aſpiratur.& teſte Feſto eſt beneficii compenſatio.

Hoſti capax.i.hoſtium captor:& aſpiratur eodem modo.

Huc aſpiratur:quia ab hoc deriuatur.

Humus cum aſpiratione ſcribitur.

Humare ſimiliter aſpiratur:& dicitur quaſi humo tegere.

Humor aſpiratur:& ut ferunt:ab humo dicitur.

Humeo eodem modo ſcribit:& ſignificat humorem teneo:unde humeſco.

Humilis aſpirat.qui ab humo dicit:hoc eſt humi decliuis.

Humerus aſpirat:qa ut phibẽt:ab humo deſcẽdit:eo qđ humeri iſtar humi ſufferẽdis oneribꝰ ſint apti.

Hudus aſpirari qdã uolũt:& p ſyncopã ab humido deduci alii uero ſine aſpiratiõe ſcribendũ uolũt:& p abiectionẽ primæ litteræ a ſudore deducũt:unde & uuidus & uliginoſus.

Hululo cum aſpiratione & ſimplo.l.utrobiq; nõnulli ſcribi uolunt:& hoc ob ſpiritus uehementiam:uel quia ab hiu interiectione deriuari putant.

Humanus cũ aſpiratiõe ſcribit:& iuxta litteram ab humo:ſecundũ ſenſum uero ab hõ deriuari uidet. Vnde ẽt humanitas quæ teſte Petronio grãmatico proprie eſt eruditio inſtitutioq;:quã in bonas artes didicimus:qui ſinceriter:ut ait cupiunt apetuntq;:hi ſunt maxime humaniſſimi.Et quoniã diſciplina hæc ex uniuerſis animantibus ſoli homini eſt conceſſa:humanitas maxime appellatur.

De aſpiratis in medio dictionibus.

Idimus ut putamus ſufficiẽter de his dictionibus:quæ apud latios ĩ initio aſpirant: Reſtat iam ut de his quæ in medio aſpirationẽ retinent pertractemus.

u — Ah interiectio eſt:& ĩ medio duarũ uocaliũ aſpirationẽ detinet.Nã ut aiũt grãmatici ipſe affectus quo interiectiones promunt:cogit eas interdũ paſpirari:ut cũ dicimus Ha uirgo infœlix.interdũ põt aſpirari:ut Ah te ne frigora ledant. Nã maior in fine dictiõis huius ſpiritus exigi uidet:& maior alterius in pricipio: iterdũ interaſpirari ut Plautus.aha.ohe.Iuue.in ſeptima ſaty: Sat eſt cũ dixit Horati.ohe: nã nõ ad placitũ ueræ intetiectiões eſſe uident:uelut cætere orationis dictiões ſed naturales potius. Vnde etiã omni ſunt interdũ nationi cõmunes. Aſpirantur ergo in medio aha uah:ohe:quæ per apocopen plærũque proferimus dicentes ah uah. Terentius. Vah conſilium callidum:ſimiliter oh.

Abhorreo cũ aſpiratiõe poſt ab ſcribit.Et uniuerſaliter omnes dictiones.quæ in initio aſpirant ſic cũ præpoſitionibus cõponũtur.ſeruãt aſpirationẽ ĩ medio.ut perhorreo.ĩhorreo.& ſimiles.

Abhinc ob eãdem cauſam in medio aſpiratur.

Adhæreo ex ad & hæreo componitur:& aſpirationem ſeruat in medio.
Ahenum aſpirandum eſſe ante.e.poſt.a.litteram putauit gellius lib.ii.noctium atticarum ex Fidi multi:nominis Romæ grãmatici auctoritate:qui ei librum æneidos ſecundũ mirandæ uetuſtatis oſtendit emptũ uiginti aureis quem ipſius Virgilii fuiſſe credebat:in quo iſti uerſus cum ita ſcripti forent:Veſtibulũ ante ipſum primoq; in limine pyrrhus Exultat telis & luce coruſcus ahena:additam igt ſupra uidimus.h.litterã:& ahena factũ:ſic in illo quoq; Virgilii uerſu in optimis inquit libris ſcriptũ inuenimus. Aut folii undã tepidi deſpumat aheni cuius ut paꝝ ſupra ait': nulla ratio uiſa eſt: niſi ut firmitas & uigor uocis:quaſi quibuſdam neruis additis intenderetur.
Anhelo ſcribitur ſimiliter per aſpirationẽ ante.e.nam ab alo trahit.& am præpoſitione:quæ nõ inuenitur niſi in compoſitione:& mutatur.m.in.n.alii uolunt ab ad.alii ab ana.
Cohors cũ aſpiratione in medio ſcribit:& quidã ſimplicẽ putant. Quidã ex con & hortor compoſitam uolunt:eo q; tribunus illam:uel ipſa ſeſe mutuo frequẽter ad pugnam hortari ſoleat.
Cohabito cũ aſpiratione in medio ſcribit:quã ex ſua cõpoſitione conſeruat.
Cohæreo ſimiliter in medio aſpirat:quia aſpirationẽ ex ſua cõpoſitiõe nõ reiicit.
Cohibeo cũ aſpiratione ante.i.ſcribit:nã deriuat a con & habeo:ubi abiicitur.n. & ipſum.a.in .i. conuertitur.Nõ tamen coerceo cum aſpiratione ſcribitur q̃a arceo:a quo deriuat:illã minime detinet.
Dehinc ob eadem cauſam aſpirationẽ in medio detinet.
Exhalo aſpiratur i medio:quia ab ex & alo componitur.
Inhio quia ab hio aſpirato componitur:aſpirationem conſeruat in medio.
Inhibeo ſimili modo aſpirationem mediam ſeruat.
Inhabilis eodem modo ſcribi debet.
Incoho hac ratiõe aſpirat in medio:ut ſecunda.ſ.uocalis per aſpirationem auctiore & differenti ſpiritu a prima eiuſdem ſpeciei littera ſonare uideatur:& licet in aliis temporibus & perſonis ſecũda uocalis in aliam cõmutet:tamen ne a principali diſcrepent:aſpirationẽ conſeruant.
Inchoo cum aſpiratione poſt.c.ſcribendum aſſerunt:alii ab ipſo.c.amouentes:inter duo.o. collocant:ac in coho ſcribunt.
Inhorreo aſpiratur inmedio:ut ſupra uidimus in aborreo.
Lachryma teſte gellio libro ſecundo noctium atticarum cum aſpiratione poſt.c.ſcribitur:ex eadem ratione:quam diximus in dictione ahenum.
Mihi cũ aſpiratione in medio ſcribit:nec ante aſpirationẽ habet.c.conſonantẽ:ut in ãtiquis marmoꝝ inſcriptionibus Romæ aſpeximus:nec ut puto cum ſono eius conſonantis proferebatur:ſed cum ab inſciis quibuſdam cũ.c.littera ante aſpirationẽ ſcribi cœptũ fuerit:eius litteræ ſonum aſſumpſit: quẽ etiã ea dictio nũc quoq; recte deſcripta cõſeruat:nam tũc quoq; ut ſcribebatur:ſic prolatam fine.c. fuiſſe exiſtimo:quod ſimile de nihil & nihilũ puto. At nõnunquã a noſtris mi unica ſyllaba abſq; ſequenti aſpirata ſcribitur:& ꝓfertur.Iuue.in ſaty.Omnibus in terris:Pallidulus mi Brutidius meus ad Martis fuit obuius aram:ſimiliter Catullus:Leſbia mi dicit ſemper male.idem alio in loco:Miniſter uetuli puer phalerni iger mi calices amariores. Virgi.Et mi genus ab ioue ſummo . Quod ex grecorũ imitatione proceſſiſſe puto:qui uoi ſcribunt & dicunt ita ut diphthongus ipſa oi in.i. noſtrũ ſit cõuerſa quæ in.æ.conuerti debuit:dici mœ:quod teſte Feſto antiqui noſtri obſeruauerunt dicẽtes ac ſcribentes mœ cum.œ.diphthogo ꝓ mi: Vnde in emandatiſſimo gellio circa initium libri undecimi noctiũ atticarꝝ ſcriptũ reperi italœ cum.œ.diphthongo in fine pro itali.
Nihilum cum aſpiratione media ſcribitur:a quo per apocopen extremæ ſyllabæ factum nihil. & p ſyncopam nil. Quibus hoc modo teſte Seruio ſuper.vi.æneidos in cõſtructione utimur:ut ſi pars ſequẽs orationis a uocali incohet dicimus nihil:ut Virgilius.
Heu nihil inuitis fas quenquam fidere diuis. Si autem conſonante initiũ ſumat nihil ponimus.ut iuuenalis:Nil tale expectas:& tamen nil producit cum nihil corripiatur.
Pulchrũ cũ aſpiratione poſt.c.ſcribi conſueuit.q̃q̃ teſte Seruio & Priſciano in dictionibus latinis regulariter poſt eam conſonantem aſpirationis nota nunq̃ ſcribitur.
Præhendo aſpiratur medio:ut ſecunda uocalis per aſpirationem auctiore & differenti ſpiritu a prima eiuſdem ſpeciei littera ſonaꝛ uideatur. Quod ſi quis quærat cur i Beem Creem Screem & cæteris huiuſmodi nota aſpirationis non ponitur.reſpondemus ne a principalibus diſcrepare uideãtur:nã Beo Creo.Screo aſpiratione carentur. Quare & cæteræ perſonæ eiuſdem etiam ſpeciei uocales habeant minime aſpirantur.
Perhoreo in medio aſpiratur:ut ſupra uidimus in dictione ab horreo.
Sepulchrũ cũ aſpiratione media a plæriſq; ſcribitur:ut pulchrum de quo ſupra uidimus.
Traho cũ.t.ſimplici & aſpiratione ante.o.ſcribitur:idq; fieri dicũt ut in ſecunda & tertia perſona a uerbo differat Traeo:quod minime aſpiratur:& ex trans & eo componitur:nam quemadmodum tranſpono cum.ns.& tranpono abſq;.ns.ſcribitur:& tranſduco ac traduco ſimiliter:ita etiam trãſeo & traeo uetereſ protulerunt.
Vehemẽs cum aſpiratiõe media ſcribit:& ut aiunt dictũ quaſi uehaꝛ eminẽter:alii ob id quoq; aſpirari dicũt:ut augumento ſpiritus eadẽ uocales in eadem dictione proferantur:ut deprehendo diximus

De aspiratione terminali.

Estat ut de terminali aspirationis nota aliqua pertractemus: quæ sane ī nullis dictionibus latinis reperiunt: præterq̄ ī paucis iteriectionibus: ut Ah Vah Oh: quæ Prisciano teste per apocopen ultimæ uocalis proferuntur. Quod similiter nec ī dictionibus græcis comperiri libet. At in barbaris qbusdam post tres mutas terminalis habetur uidelicet post. c. p. &. t. ut Sadoch Ioseph. Deleth. Et hæc de aspiratione dicta sufficiant.

Dictionū græcarū & latinarum: quæ scribuntur per. h. litterā tam ī principio medio q̄ ī fine orthographia finit. Incipit earum quæ ab. i. uocali scribuntur.

A cum. i latino scrbitur: fuit mior Atlantis filia: de qua Homerus libro decimoquarto odysseæ ait. Ἀγ μενιαννᾶ φαν: est etiam iteriectio exultans.

i Iachus cum. i. latio &. ch. aspirato scribitur: nomen est Bacchi: quod deductum uolunt ab ia: hoc est eiusmodi uoce: & χέων hoc est fundens. quasi eiusmodi lætitiæ uoce clamet. Alii uero cōponi uolūt ex ἰνδὸ σ qđ est uinū p abiectionē partis diphthōgi & cōmutatio & cōmutationē aliaꝝ litteraꝝ ī. a. uocalē. & χέων quod est fundens.

Ialysus cum. y. græco ī penultima scribitur. fuit urbs cypri.

Iambus cum. i. latio & sine aspiratione scribit: pes est constans ex prima breui & ultima longa. fic quoq; dictus ab iuentor e. ut ī glosula quadam Aristarchi super Homerum comperi.

Ianira cum. i. latio utrobiq; scribitur. fuit teste Hesiodo ī theogonia Oceani & Tethios filia:

Ianysus penultīa cum. y. græco scribit. fuit teste Herodoto libro histo. primo urbs ī arabia.

Iantha cū. th. aspirato scribitur fuit nympha Oceani & tethyos filia: ut rettulit Hesiodus ī theogonia.

Iapyx huius iapygos Pria cū. i latio in initio: sequēs cū. y. græco scribit. fuit dædali filius: a quo ea pars italiæ q̄ calabrya dicit ipygia dicta fuit. ut dixit Herodo. & Solinus confirmauit. De quo Vir. li. æneï. xi. Victor gargani cōdebat iapygis agris: p gargani iapygi: ut exposuit Seruius. nā eo teste garganus mons ē ī iapygia. q per calabriam usq; ī hadriaticum tendit pelagus.

Ipix cum. i. latio utrobiq;. & simili modo decliatur. uētus est. quē qdam circium uocāt. Gellius uero caurum ppe modū existimat de quo meminit Lucanus libro sexto cum ait.

Excipit aduersos zephyros & iapiga pindus.

Iapis cum. i. latino utrobiq; &. s. consonante in fine scripto: huius iapidis declinat: fuit nomē Aetholi q ad Venetiæ partes deueniens oppidū de suo noīe condidit: a quo & ea Venetiæ pars ubi fluuius est timauus simili mō cognominata fuit: ut Virgi. libro georgicorum tertio.

Castella in tumuli & iapidis arua timaui.

Iapetus cū. t. exili scribit: & habet accentū ī prima: fuit teste Hesiodo in theogonia Titani filius ex asia cōiuge: ex qua ēt Prometheū genuisse Epimetheūq; & hesperū atq; Atlantem dixit.

Iason cū. i. latino in principio & unico. s. scribit: fuit Aesonis filiꝰ fratris Peliæ regis thessaliæ: quem cū rex Pelias perditū ppter insignē periculosāq; regno suo uirtutē cuperet denuntiata militia ī colchos cū abire iubet: pellemq; arietis memorabilem gentibus reportare mandat: sperans interitū uiri: aut ex periculis tam lōge nauigationis: aut ex bello tam pfundæ barbariæ: ut hæc & alia quadragesimo secundo libro sui epitomatis scripsit Iustinus. Diodorus uero siculus libro historiaꝝ quinto narrat. Iasonē cū argonautis quo tēpore ad colchos delatꝰ fuit: Medeā iuxta littus ubi templū erat solis comperisse: quæ ob suam humanitatē a crudelibus parentibus sub libera custodia expulsam fuisse ait: cui causa aduentus patefacta ipsa iminēs a patre periculum crudelitatēq; inhospitē explicans ut cauerēt admonuit. Interim forma Iasonis capta & cōmunitaro consilio Medea se adiutricem ad perficiendum certamen propositum pollicita est. ita ut Iason iureturando data fide uxorem illam quoad uita superstes esset sibi futuram spopondit: cum qua argonautæ relictis in tēplo custodibus ad reliqua peragendo profecti sunt: put ab ipso Diodoro late enaratur: & ab Ouidio libro septimo metamor. Et duodecima heroidum epistolarum: quin & ab aliis poetis græcis & latinis. qui argonautica scripserunt reliqua referuntur: & aliqua uidebimus in dictione Oeta. Sane in hac dictione Iason ponitur illud. i. a poetis: quandoq; uocalis græco more: & quandoq; consonans ut Ouidius in duobus uersibus utrunq; obseruauit. cum ait libro septimo metamorphoseos.

Vt sine amore licet quid enim commisit Iason,
Quem nisi crudelem non tangit Iasonis ætas.

Nam in primo uersu est. i. uocalis in secundo uero consonans.

Iaspis cū. i. latino scribit: iapis est preciosus: de quo Plini. li. xxxvii. natu. histo. ait: iaspis de græco in latinū uiridis gēma interpretatur. Et subdit: Eius uocabuli cōpositionē: quæ ad ea inemēdate in oībus codicibus scripta habetur: ut nec ego nec alii uiri græcoꝝ doctissimi elicere potuerimus. Quare subdit idem Plini. Est aūt uiridis sicut smaragdus: sed crassi coloris. Alii uero putāt magis cōponi ex ἰὸν qđ est uiola: & ὅλος totus: quasi totus sit uiolaceus. cuius primū ídest nōnunq; uocalis ut Iuue. in quarta satyra. Præclara illic laudatur iaspis. Aliquando autem & consonās esse potest & uocalis: ut Virgilius li. æneidos quarto. Stellatus iaspide fulua.

Iberos cū. i. latino in initio: & absq; aspiratione scribitur: ut clarissime mōstrauimus ī dictiōe celtiberi:

fluuius est hispaniæ nauigabili cõmertio diues: ut dixerunt Pli. & Solinus: & orit̃ in cãtabris sub radicibus montis pyrenæi. ut asserit Albertus alamanus: a quo uniuersa hispania iberia olim dicta fuit: ut Virgili. li. ænei. septimo.

Tyrrhenoq; boues in flumine lauit iberas. i. hispanicas.

Tandem in balearicum mare sub feraria promontorio cadit.

Iberia absq; aspiratiõe: & cũ. i. latino utrobiq; scribit̃: dicta ẽ hispania ab ibero fluuio: ut testat̃ Pli. li. iiii. naturalis historiæ. Est etiam prouincia quædã alia iuxta pontũ inter colchida & armenia: a rege quodam cognominata: de qua Horatius.

Herbasq; quas colchis atq; iberia mittit Venenorum ferax.

& Virgilius li. viii. Pictus acu calamydem & ferugine clarus ibera:

Ibis cũ. i. latino utrobiq; scribit̃: auis est nili fluminis: quã semetipsã rostro p annũ purgare dicunt uesciq; serpentũ ouis: & ex eis gratissimam escam suis nidis reportare Iuuenalis in ultima satyra.

Ille pauet saturam serpentibus ibin.

Quam quidã ciconiam esse uolũt. Est etiã ibis ꝓprium nomẽ hois: quod fingit Ouidius inimico suo: contra quem opusculum: quod in ibim inscribitur: composuit: uoluitq; Archilocũ nomie inimici imitari: quod dicit his uersibus.

Nũc quo bitiades inimicum deuouet ibim. Hoc ego deuoueo teq; tuosq; modo.

Ibyx ultima cum. y. græco scribitur: genus est siluestris capræ pernicitatis admirãdæ. ut ostendit Plinius libro octauo naturalis historiæ

Icarus cũ. c. exili scribit̃: fuit filius Dedali: qui cũ patre e creta fugiens frætus alarũ fiducia: ultra parentis iussa altius euolasset: & solis ardor̃ cæra qua pennæ continebant̃: liquefacta esset: ita ut ab alis defluerent: in mare decidit: quod est inter myconem & gyarum: quod de suo nomine ab inde icareum mare deductum est: dicente Ouidio libro tertio de tristibus.

Icarus imensas noie fecit aquas. Vnde Iuue. Et mare pcussum puero fabrũq; sonantẽ. Sane Varro teste Solino icarũ cretẽ dixit ibi naufragio interisse: a cuius exitu locis nomẽ impositum fuit.

Icarius cũ. c. exili &. i. latino ante. u. uocalẽ semp ab Homero: & aliis poetis scribit̃. fuit Oebali laconum regis filius pater Penelopes ut dixit Homerus in odyssea κοῦρη ἰκαρίοιο πηνελοπείη. & ut puto ex Dorodoche filia Orsilachi: quã teste Homero in. xv. odysseæ uxorẽ habuit. Fuitq; Liberi patris comes cui ob iustitiã & pietatẽ loco muneris uinũ dedit: ut eius usũ mortalibus demõstraret. Quod cũ messoribus suis ad potandũ dedisset: & illi ebrii efficerent̃: post somnũ ad se reducti: putãtes ab illo uenenum accæpisse eũ interemerũt: qd altera filia Erigone cõperiẽs: dolore pcita laqueo se suspendit: ut iginus latissime de astronomia poetica ptractauit: & Seruius circa finẽ libri secundi georgicoq; tetigit. Est ẽt icarius simili scriptura: ut Pli. li. iiii. natu. histo. attestat̃: mons in attica regione.

Icon cũ. i. latino initio p abiectionẽ. e. &. c. exili scribit̃: nã apud græcos prima ei diphthongũ habet uidelicet εἰκών: & latine effigies dicit̃. quin & simulacrũ & imago p unicum. m. & statua: & inde incõmunia efficies oi proprietate expressa dicit̃. Vnde Pli. libro. xxxiiii. naturalis historiæ ait effigies hominum non solebant exprimi. nisi aliqua industriæ causa perpetuitatem merentium. Et primo sacrorũ certaminũ uictoria maximeq; olympiæ: ubi omni q uicisset: statuas dicari mos erat̃. Eorum uero qui ter ibi uicissent: ex mẽbris ipsoq; similitudĩe expressa: quas iconas uocãt. Et paꝝ supradixerat: Romæ simulachrum ex ære factum primum reperio ex peculio Spurii Cassii: quem regnum affectantem pater ipsius interemerat. Transiit a diis ad hominum statuas atq; imagines: quas multis modis antiqui tingebant: bitumine: & quod magis mirum est placuisse auro integere: hoc nescio an fuerit romanũ iuentum: certe etiam Rome non habet uetustatem. Et infra subdit: Athenienses nescio an primi omnium Harmodio & Aristogitoni tyrannicidis publice posuerunt statuas. Hoc autem est eodem anno quo & reges Romæ pulsi: excepta deinde res est a toto orbe terrarum humanissima ambitione etiam omnium municipiorum: & fori statuæ ornamentum esse cœpere: prorogariq; memoria hominum & honores legi & basibus iscribi: & in sepulchris tãtum legerentur: mox & in domibus priuatis factum atq; in atriis colentium: qui instituerunt sic colore patronos: togata effigie antiquitus statuæ dicabantur. Placuere & unde tenẽtes hastam ab ephesiorum gymnasiis exemplaribus: quas Achilleas uoant. Græcis mos ẽ nihil uelare: ac contra romani militia thoracas addere. Cæsar quidem dictator loricatam sibi dicare in foro suo passus est. Nam nuper factæ & nouiciæ sunt quæ nuper prodiere penulis iductæ. Fuisse statuatricem artem familiarem italiæ: ut inquit Pli. simulacra uetusta indicant. Hercules in foro boario ab Euandro sacratus: ut produnt: qui triumphalis uocatur: atque per triumphum uestitur in habitu triumphali. Præterea ianus geminus a Numa rege dicatus: qui pacis bellique argumento colitur: signa quoq; tuscania per terras dispersa: quæ in hetruriæ factitata sunt. Et ut idem Plini. i eodem libro scripsit. Rhodi etiam nunc tria milia signoꝝ esse Mutianus. iii. cos prodidit: nec paucio ra Athenis. & olympiæ delphis superesse credũtur. Est etiam icon figura teste Cicerone ad Herennium cum formæ ad formam cum quadam similitudine fit collocatio aut laudis: aut uituperationis causa ut ibat in prælium corpore tauri ualidissimi: impetu leõis accerrimi: similis iste quottidie per forum tãquam iubatus draco serpit dentibus aduncis.

Icus cum. c. exili sequente. u. scribitur a Cicerone in rhetoricis breuis cõplexio appellatur.

Ictericus absq; aliqua aspiratione &.i.latino scribit:passio est ex diffusione fellis procedens colorem inducens simile aiali:quod græci icterim uocant: ex quo nomen apud illos assumpsit: nonnulli uero ex nostris arcuatū morbum dixerunt:a similitudine arcus cælestis. At Varro auriginosum ab auri colore quo infirmos inficit appellauit Iuue.tamē in saty.Credo pudicitiam græco uocabulo usus ē cum ait:Cosulit ictericæ lento de funere matris.

Ichthyophagi:prima cum.i.latino in initio:sequente.ch.aspirato:secunda cum.th. similiter aspirato: &.y.græco scribitur:populi sunt Solino teste:qui mentanas indorū regiones ihabitāt: quos subactos magnus Alexander iussit a piscibus abstinere:quibus antea alebantur.Nam composita dictio est ex ichthys quod est piscis:& phago cū.ph.aspirato:quod est comedo.

Ida cum.i.latino & absq; aspiratione scribitur:mons est & silua rroianorum in phrygia:quam Homer. libro octauo iliados ferarum parentem dixit:& locū continere quod gargaron uocant. Vnde etiam scamander & simois flumina maiora fama q̄ natura defluunt.ut scripsit Pomponius li.i. & etiam eodem nomine mons alius in creta:dicente Ouidio libro fastorum quinto.Et creta nobilis ida Virgili. similiter libro æneidos secundo inquit:Mons idæus ubi:unde quæ ab ida per eus formant:per.æ.diphthongum scribuntur:ut idæus.

Idæus per.æ.diphthongum cum scribitur:& non solum appellatiuum:sed proprium etiam nomē ponitur ab Homero libro.vii.iliados quem troianorum præconem esse dixit.

Idas huius idæ cum.i.latino scribitur:fuit teste Homero libro nono iliados omnium sui sæculi uirorū formosissimus:& maritus Marpissæ:ut in ea dictione uidebimus.idem eodē Home.teste arcu sagitisq; sumptis Apollinem inuadere ausus est:ob Marpissam sibi adeo ereptam.

Idalius cum.i.latino & unico.l.scribitur:mons est in cypro Veneri sacer.de quo Virgilius libro æneidos primo Aut super idalum sacrata sede recondam.

Idathyrsus penultima cum.th.aspirato &.y.græco scribitur:q̄q̄ nonnulli græci indathyrsus cum.n.i prima scribere consueuerunt:fuit teste Herodoto & Plutarcho scytharum rex.

Idios cum.i.latino utrobi scribitur:& dicitur a nostris proprius.

Idiota cū.i.latino utrobiq;:&.t.exili scribit:dici pōt a nostris illitteratus: uel litterarum ignarus:Quo uerbo doctissimi uiri:ut Hieronymus: Ambrosius:Hilaris Augustinus Cyprianus.& plures alii sæpe utuntur.Cicero etiā in Pisonem.Sed plane animi sui causa ludos nobis idiotis relinquet. Et in eadem ea contentus quæ illi idiotæ ut tu appellas preclare dixerūt hinc idiomata:ut aromata:ut themata:ut peristromata:ut emblemata:ut theoremata.& alia mille similiter prouenerunt.

Idolū cū unico.l.scribit:nā licet apud græcos in initio sit ei diphthongus:nō tñ abiicimus.e.& ipsum.i. longum retinemus:& dici potest a nostris simulacrū.Et īde idolatria quasi simulacrorū cultura.

Idolatria cum unico.l.&:t.exili atq;.i.latino scribit:dictio est composita ex idoloq; latria.i.cultura nam λατρεύω uerbum a quo latria deducitur:apud nos colo interpretat.

Idothea cū.th.aspirato scribit:fuit Præti regis argiuorum filia ut ostēdit Home. in odyssea:

Idomeneus cum.e.absq; diphthongo scribit:fuit Deucalionis filius & Erectensum rex:qui strenue ī expeditione troiana militauit:imo ut narrat Helena Priamo Regi apud Homerum libro tertio iliados cretēses illū ut deū in honore habebāt. idem cum post euersam troiam ad cretam reuerteretur ut rettulit Seruius super tertium æneido orta tempestate uouit rem:cui primo in patria obuiaret se sacrificaturum:itaq; sospes reuersus cum primum filio obuiasset:illum ut aliqui asserūt īmolauit:uel ut alii ferunt:cum īmolare uellet:a ciuibus obeam sæuiciam pulsus calabryam aduenies salētinū calabryæ promontorium occupauit:super quo petiliam paruam condidit ciuitatem:dicente Virgilio.

Fama uolat pulsum regnis cessisse paternis.
Idomenea ducem desertaq; littora cretæ.

Et subdit in oratiōe heleni ad Aeneā.Et salētinos obsedit milite cāpos lyctius idomeneus:dictus itaq; Lyctius a lycto ciuitate cretæ. Vnde teste Seruio pulsus fuit:de quo in dictiōe lyctus uidebim⁹: sub eodem militasse se scribit apud troiam Ditis cretensis.

Idumæa cū unico.m.&.æ.diphthōgo a græcis scribitur:regio est in Syria teste Pli.li.v.natura. histo.a meridie quidē cōtermina arabiæ:a septētriōe uero phœnicæ:a qua libanus eā diuidit.habetq; ciuitatē idumē phœnicæ cōterminā:& abundantē palmis ut ostendit.

Luca.li.iii.dicēs.Et arbusto palmaq; diues idume. Vñ idumæus idumæa idumæū:ēt pro epitheto palmarū ponit a Vir.tertio georgicorum cū ait.

Primus idumæas referam tibi mātua palmas.
Quin & regionem ipsā ab eo quoq; græco nomine phœniciā cognominatā puto:uel ecōtrario.

Idume cū unico.m.scribit ciuitas est cōtermina phœniciæ:ut in p̄cedēti dictiōe uidimus.

Ies cum.e.absq; diphthōgo scribit: ciuitas ē achaiæ super promontorio eiusdem nominis:iuxta quod alpheus amnis pterfluens sex millibus passuum nauigat.Et declinatur in genitiuo huius ieris.ex qua ēt patriū ietes deducit.ut Home.Aristoteles ietē eē putauit.

Iesus absq; aliqua aspiratione:& cum.i.latino in principio scribit:sic enim græce scribit. ἰησοῦς quam sane scripturā nos imitari oportet.

Ielysos penultima cū.y.græco scribit.ponitur ab Homero.libro.iliados secūdo: ciuitas Rhodi. Altera

eiuſdem nominis narratur ab Herodoto in dorica regione græciæ.
Syrcæ prima cũ.i.latio:ſecũda cũ.y.græco:& ultima cũ.c.exili atq; æ.diphthõgo ſcribit̃:populi ſũt ſcythiæ ultra thiſſagetas:quibus teſte herodoto li.hiſto.iiii.contermini ſunt & propinqui.
Ilarus cũ.i.latino:& abſq; aſpiratiõe:atq; unico.l.a græcis ſcribit̃:quæ ſcriptura & a doctis noſtris obſeruatur:& dici poteſt a nobis ilarus ilara ilarum:& hic & hæc ilaris & hoc ilare lætus.
Illyris cũ duplicato.l.ſequẽte.y.græco & ultima cũ.i.latino a græcis iam ſcribit̃.Noſtri uero ut in triũphalibus.M.Plautii apud Thybur comperi cum unico.l.ſcribebant:uidelicet ob res i illyrico bene geſtas.Et eſt prouincia:cuius fines latiſſimi ſunt.Nã hinc eſt italia ſuperiorq; germania:inde macedonia thracia & epirus.hinc ſinus adriaticus inde fluuiorũ maximus noſtri orbis danubius:& ab eo quod eſt illyris:illiricus deriuatur:ut Virgilius:illiricos penetrare ſinus.
Ilus cum.i.latino abſq; aſpiratiõe & unico.l.ſcribit̃ fuit Troi regis dardaniæ filius: qui eam prouinciã a ſe Troiam dixerat:& fuit frater Aſſaraci:hic patruo in regno ſuccedens:ciuitatẽ ampliaſſe ſcribitur quam a ſe ilion dixit.
Ilion ſimiliter cũ.i.latino abſq; aſpiratiõe ſcribit̃:regia fuit priami:quæ & Troia a noie regiõis cognominata fuit:ab homero & oibus poetis cantatiſſima.Hæc teſte Pli.li.v.natu.hiſto.mille quingẽtis paſſibus a portu remota erat:& ſubdit.Omnis rerum claritas extra ſinum eſt.
Ilias cũ unico.l.&.i.latino utrobiq; ſcribit̃:opus eſt illud clariſſimũ homeri:in quo bellũ de ilio ſcripſit. Vnde Ouidi.li.iii.de arte amãdi. Quis noſſet homerũ ilias æternum ſi latuiſſet opus.
Ilioneus ſimiliter ſcribitur:& ilione maxima natarum Priami & iliades crinibus ſparſis atq; iliacas ex ordine pugnas.ilia ſimiliter Romuli mater & Remi.
Ilba cũ.i.latino ſcribitur:inſula eſt teſte Virgilio libro æneidos decimo:in exauſtis calybũ generoſa metallis.Eſtq; in mari tuſco a continenti diſtans decem millibus paſſuum:de qua dixit Plinius cum in aliis regionibus effoſſis metallis terræ ſunt uacuæ apud ilbam hoc eſſe mirum:quod ſublata renaſcantur & rurſum de iſdem locis effodiantur.
Ilys ultima cum.y.græco ſcribitur dicitur a noſtris limus. Vnde limax deducitur.
Imber cum.i.latino & ſine aſpiratione ſcribitur:deductũq; eſt a græco per cõmutationem uni⁹ litteræ .o.in.i.noſtrũ:nam apud illos dicit̃ ὄμβρος ſine aliqua aſpiratione:& ut ait Lucretius.Omnia ex igni terra atq; anima naſcunt̃ & imbre:a quo imbrices dici uolunt quaſi ſint imbrẽ recipientes.
Inarime cum.i.latino utrobiq; & unico.m.ſcribitur:dicitur a noſtris poetis inſula quæſita eſt in tuſco mari ſinuq; cãpano:ĩ quo mons erat inſtar ætnæ incẽdia eructans:de quo in dictione pchyta uidebimus. Quãobrem dixerũt Typhœnum gigantẽ iouis imperio ſub illo comprimi. Virgi.li.æneid. nono Tũ ſonitu pchyta alta tremit:durũq; cubile inarime iouis imperis impoſita typhœo. Et Lucanus ſimiliter libro quinto. homerus uero in ſecundo iliados ait ἔνναριμοῖς quaſi diceret ut a græcis cõponitur ἔνναριμοῖς.hoc eſt inarmis montibus opẽsĩ.
Inachus cum.ch.aſpirato ſcribitur fuit pater iouis & primus qui apd̃ argiuos regnauit:cui Phoreneus ſucceſſit.Hic a ſe fluuiũ achaiæ inachum nominauit:qui argolicum perſecat tractum.& ab inacho inachius chia.chium deriuatur dicente Virgilio libro georgicorũ tertio:inachiæ iuno peſtem meditata iuuencæ.Et libro undecimo æneidos. Vltro inachias uenisſe ad urbes dardanus.
Inachis cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur:patronymicũ eſt fœmininum deductum ab inacho:nam ſic quoq; io filia inachi cognomiatur:& facit in genitiuo inachidos Martia.in.xi.Nec petit inachidos limina ne futuat.
Idathyrſus cũ.th.aſpirato &.y.græco ſcribitur:fuit rex ſcytaharum:filius Sauli ſcytharum regis.
India cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:regio eſt orientalis aſiæ terminis: quæ ut omnes atteſtant̃ ab indo flumine nomen aſſumpſit.itaq; ab oriente incipiens uſq; ad aſiam ex occidentali parte protenditur ex merediana uero uſq; ad indicum mare:ex ſeptẽtrione uero uſq; ad caucaſum: at indus ille fluuius teſte herodoto libro hiſtoriarũ quarto ſolus poſt nilum crocodilos producit.
Intyba cum.t.exili &.y.græco in penultima ſcribitur:herba eſt capilloſa & amara: cuius tenues capilli ſegetes ambiunt & necant:dicente Virgi.libro georgico.primo.
Strymoniæq; grues & amaris intyba fibris.
Et ut quidam uolunt eadem dicitur cicorea:quod nobis minime uidetur.
Ino cum.i.latino abſq; aſpiratione ſcribitur:fuit Cadmi filia ex Harmione coniuge:uxorq; Athamantis regis thebarũ:& liberi patris nutrix:nouercaq; Phryxi & helles eadem cum Melicerta filio in mare præcipitem ſe dedit:ut narrauit Oui.libro metamor.iiii.eadem teſte Cicerone de natura deorũ a græcis dicitur λεικοθεα hoc eſt alba dea:a nobis uero Matuta:quæ aurorã ſignifitat:unde matutinus Priſcianus teſte deriuatur.
Inclytus prima cum.i.latino:penultima cum.y.græco:abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:deducitur q; a κλυτος quod almum & clarum indicat:quaſi nobilis ſit & eximius.
Intaphernes cum.t.exili ſcribitur:fuit nobilis perſa:unus ex his qui cum dario in magum coniurauerunt ut in dictione darius uidimus.
Io cũ.i.latino ſcribitur:fuit inachi argiuorũ regis filia a ioue ardenter amata:de qua Ouidius metamorphoſeos primo omnia pertractauit.Hæc cum ad ægyptios pergeret dicta fuit iſis & Oſiri iouis fi-

lio q̃ post mortem dictus fuit Apis nupsit.ut in dictiõe Osiris uidimus: & declinatur in genitiuo huius ionis & huic ioni:& hanc ionem.Plautus in uidularia.Quod si argus seruet qui oculeus totus fuit:quẽ quodam ioni iuno custodem addidit.

Ion similiter scribitur.fuit poeta græcus:de quo sæpe meminit Plutharcus: & latine interpretat uiola.

Iocasta absq; aliqua aspiratione scribit:fuit creontis thebani ex alto sanguie filia:ut sæpius statius i thebaide:& Seneca in tragœdiis ostenderũt:nupsitq; primũ Laio thebanorum regi.Post cuius nece nupsit Oedipo incognito filio:quem postq̃ regnum abiecisse uidit:& filios Etheoclem & Polynicẽ mutuis uulneribus se confixisse:gladio se peremit:uel ut alii dicunt laqueo se suspendit: Eadẽ habuit fratrem Creontem nomine:ut ostẽdit Seneca in initio secũdi actus Oedipi.

Iocastus eodẽ modo scribitur:fuit teste Homero li.xi.odisseæ filius Aeoli ex Lepatra cõiuge.

Ionia cum.i.latino utrobiq; scribitur:græcoq; est regio.atq; colonia in extremitate minoris asiæ uersus nos:media ut scribit pomponius inter cariam & æoliam:quam a caria ut ait Solinus Mæander fluuius diuidit.accæpiq; nomẽ teste uitruuio libro quarto de architectura a duce Ionio:nã ut ait postea q̃ athenienses ex respõsis Apollinis delphici communi totius hellados cõsilio tresdecim colonias uno tempore in asim deduxerunt:ducesq; in singulis coloniis cõstituerunt:& summam imperii potestatẽ iuno dederunt:quem etiam Apollo delphicus suum filiũ in respõsis est professus: isque eas colonias in Asiam deduxit:& cariæ fines occupauit.ibiq; ciuitates amplissimas cõstituit ephesum :militũ:myantha: quæ ut ait olim ab aqua uorata fuit:prœnẽ sanniteon:colophõa:chiũ:erythras:phacæa:clazõene: glebede melite:& ultimo uenit smyrnam:nam & subdit idem auctor eam terræ regiõem a duce suo iono appellarunt ioniam:ibiq; deorum immortaliũ templa cõstituentes cœperunt phana ædificare.Et primo apollini Pan ionio ædem uti uiderant in achaia cõstituerunt:& eam doricam appellarunt:quod in doricon ciuitatibus primum factam eo genere uiderunt:nõnulli uero alii ab ione inachi filia hoc mare ionicum cognominatum uolũt: quæ uersa in bouem:& a iunone œstro exagitata in id mare se iecit:ponitur etiam alia ioniæ regio a Solino in extremis italiæ:quam sic quoq; dictam dixit ab ione Naulochi filia:quam procaciter insidentem uiis Hercules interemit:a qua quidem regiũcula ionicũ mare dictũ quidam uolũt Alii uero a superiori ionia eo q; interiacẽtes insulas intra se duodecim ciuitates habẽtes contineat:& hoc ionium magnum dici uolũt:ut Virgilius libro æneidos tertio: Insule ionio i magno Quod uero Italie & Siciliæ propinquum est ionium minus cognominari cõtendunt. Seruius autem super id Virgilii ionio in magno inquit:ionium sinum est immensum ab ionia usq; ad Siciliam & eius partes esse adriaticum arcadicumq; & epiroticum:

Iole cũ unico.l.scribitur:fuit filia Euriti regis œchaliæ: ut in dictiõe œchalia ostẽdimus:& in dictiõe hyllus uidimus:qualiter post mortẽ Herculis ex eius iussu Hyllus uxorem illam duxit.

Iopas cũ.i.latino & unico.p.scribit:fuit aphroq; rex unus de procis Didonis:ut punica testat historia.

Ioppe cũ.i.latio & duplici.p.scribit:urbs ẽ maritima palæstinæ:quæ ut quidam uolũt regia fuit Cephei patris Andromadæ:hæc referẽte Solino i colectaneis:& Plinio libro quinto naturalis historiæ:fuit antiquissima omnium urbium in toto orbe:utpote ante inundatiõem terrarum cõdita. Quin & ostẽdit saxum:quod uinculorum Andromadæ uestigia adhuc retinẽt:quam expositam bæluæ ut ait Solinus nõ irritus amor circũtulit.Nõnulli uero alii nõ inopem palæstine:sed aliam indiæ urbem fuisse dicunt ubi Andromada marinæ bæluæ fuit exposita: cum dicat Ouidius libro primo de arte amãdi. Perseus andromaden nigris portauit ab indis.Et Sappho ad Phaonem.

Cãdida si nõ sum placuit cepheia perseo. Andromade patriæ fusca colore suæ.

Ego uero etsi ex ethiopiæ indicæ partibus illã fuisse cõfitear ad ioppem tamẽ palestinæ deductam extimo:cum bæluæ exponẽda fuit.

Iota cum.t.exili scribitur:nomẽ est litteræ græcæ:quæ formam habet nostri.i.latini:de qua Marti. in fine libri secũdi inquit. Vnum de titulo tollere iota potes: de quo in dictiõe beta.

Iphe fuit teste Homero in decimo odysseæ filia Aeoli ex Lepata cõiuge.

Iphinassa cũ.i.latino utrobiq; & duplicato.s.scribitur:fuit una filiabus Prœti argiuoq; regis quæ post liberationem suam & sororum nupsit Melampo liberatori:ut uidebimus i dictiõe Prœtus:fuit & alia eiusdem nominis Agamemnonis ex Clytemnestra filia:ut libro iliados nono mõstrauit Homerus.

Iphis cũ.i.latino utrobiq; scribit:fuit teste Homero libro iliados nono Patrocli amica:quam Achilles euersa urbe in schyro quæ troianis auxilia miserat.inde raptam amico donauit.

Iphicrates cum.i.latino &.c.t.exilibus scribitur:fuit teste Aemilio Probo:& Plutarcho:uir atheniensis: nõ tam magnitudine rerum gestarum q̃ disciplina militari nobilitatus:talis enim dux fuit non solum ætatis suæ cum primis compararetur:sed ne de maioribus quidam natu qbusdam anteponeret: multũ in bello ẽ uersatus:exercitibus præfuit:nũquã sua culpa male rem gessit:semper cõsilio uicit:tantũdem ualuit:ut multa in re militari partim noua attulerit.partim meliora fecerit.

Iphidamas cũ.i.latino scribitur:fuit teste Homero libro.xi.iliados: Antenoris filius corpore lato atq; pcero:qui ab Agamẽnone interemptus fuit bello troiano.

Iphigenia cũ.i.latino tribus i locis:&.ph.aspirato scribit:fuit Agamẽnonis filia ex Clytæmnestra. hãc ut poetæ ferũt dum agamemnon i aulide famosissimo portu Boetiæ ceruam Dianæ ignarus occidisset:& ob id Diana a græcis uẽtos abstulisset.responso habito:ut Agamemnonio sãguine dea placare

tur:impetratam Vlixis astua matre Clytemnestra sub colore facti matrimonii cũ Achille immolare parabant:sed miseratione numinis:oblata a diana pro ea cerua:iphigeniam in taurică regionẽ uentis deportauit:ubi operante dea a rege Thoãte eius sacris præposita fuit:quæ ipsi Dianæ ex humano sanguine fieri consueuerant:unde ait Chorus apud Senecam in octaua.

Leues auræ zephyriq; leues
Tectam quondam nube ætherea:
Qui uexistis raptam sæuæ.
Virginis aræ iphigeniam.

Post hæc ut dixit Ouí.lib.quarto de tristibus epistola quarta. Orestes iphigeniæ frater mactata Clytẽnestra matre:& Aegistho patruele adultero ob ultionem patris factus exul: & regno passus:ac rapta sibi a.Pyrrho Hermione cõiuge insanus efficitur:ob quod liberandus a Pylade socio in taurică regionẽ ad aram Dianæ deducit:sed cũ gentes ille alienigenas pro hostiis Dianæ immolãdis capere cõsueuerint Orestẽ tunc ipsum forte aduenientẽ cæperunt. Qui a sorore iphigenia cognitus: occisõ Thoãte Rege ipsa Dianæ simulachrum abscõditum in fasce lignorum sustulit:atq; cũ fratre Oreste aufugit:q; tandẽ ad Italiã uenientes in aricia simulachrum locauere unde & teste Herodoto lib.histo.iiii.iphigenia ipsa deinde apud tauricos pro dea habita & honorata fuit.

Iphthime cũ.ph.&.th.aspiratis atq;.i.latino scribit:fuit teste Home.in odyssea una ex filiis Icarí.

Ipidamus cũ.i.latino utrobiq; scribitur:fuit teste Orpheo unus ex argonautis.

Iphiclus cum.i.latino &.c.exili scribitur:fuit filius Amphitrionis:& frater Herculis habuitq; filiũ nomine Iolaum:ut ostendit Hesiodus in aspida.

Iphitus cum.i.latino &.t.exili scribitur:fuit teste Homero libro octauo iliados: uir troianus quẽ Virgilius libro æneidos.ii.maximũ armis dixit:huius filius Archeptolemus fuit auriga Hectoris:post mortẽ Eniphei priotis aurigæ.

Iris cũ.i.latino utrobiq; scribit:dicitur a poetis iunonis nuntia:immo & iouis: ut sæpissime ostendit Homerus:hanc libro.xi.iliados dixit idem Homerus habere alias ex auro & pedes ex aura & ut Seruius super quintum æneidos:ex magna parte Seruatur:ut Mercurius ad concordiam: iris ad discordiã mittatur. Vnde græce dicitur ἔρις:quæ lis est:& discordia dici uoluit:accipiturq; pro arcu:quẽ uariis coloribus in cælo cõspeximus:ob quod dicitur thaumantis.i.admirationis filia:quæ ex illis uariis coloribus nascitur:nam θαυμα græce latine admiratio interpretatur. Est etiam iris teste Plinio libro.xxi. naturalis historiæ:herba suauissimi odoris cuius radicem in unguentis & medicinis commendari dixit laudissima i illyrico locis siluestribus:habetq; caulẽ cubitalem & rectum:floremq; diuersi coloris specie sicut arcus cælestis:unde nomen assum pserit.

Ironia cũ.i.latino utrobiq; scribit:eius tñ prima apud græcos est ei diphthongus:sed q̃dam abiiciũt e & retinent.i.productã:alii contra abiiciũt.i.& retinent.e.simpliciter productã:ac scribunt eroniã: nã deriuat ab ἐρίω:q̃d est dico:& inde εἴρωνεύομαι in uoce passiui:q̃d est cauillor: unde ironiã illusionẽ interpretati fuerunt:nã figura est:cum aliquid p contrarium & illusionẽ effertur:ut Horatius.

Optat ephippia bos piger optat arare caballus.

Vnde teste Seruio: Tũc quoq; fit:cũ aliud uerba:& aliud cõtinet sensus: ut Vir.lib.iiii. æneidos.

Egregiã uero laudem:& spolia ampla refertis. Tuq; puerq; tuus magnum & memorabile nomẽ.

Ischyros prima cũ.i.latino:sequẽs cum.ch.aspirato &.y.græco scribit: & latine fortis interpretatur:nã descendit ab ἰσχύω:quod est prævaleo:habetq; accentum in prima.

Isagoge cum.i.latino & unico.s.scribit:q̃q̃ in initio apud græcos sit ei diphthõgus: sed a nostris abiecto e.retinetur.i.lõga:& dici potest introductio. Nam componitur ex εἰς: quod est in:& ἄγω duco. Vnde ἀγωγη ductio.

Isæus cum.i.latino &.æ.diphthõgo scribitur a græcis. Hic teste Libano sophista græco fuit Romæ tpe Domiciani declamator admirãdus:de hoc meminit Quint.lib.xii.de institutione oratoria:quũ de genere dicẽdi pertractãs ait: Trãseo plurimos Lycurgum Aristogitona & his priores Isæum Antiphontem:quos ut homines inter se genere similes:differentes dixeris specie. Iuuenalis ẽt in tertia satyra cũ ait de græculis:Ingenium uelox audatia perdita sermo Prõptus & isæo torrẽtior:ede quid illũ Esse putes? hunc etiam Plinius nepos:qui eisdem temporibus fuit: Plurimum laudat in quadã epistola inquiens:magna isæum fama præcesserat:maior inuẽtus est:summa ẽ facultas:copia: ubertas:dicit semper ex tẽpore:sed tãquam scripserit diu sermo græcus immo atticus: præfatiões terse graciles dulces:graues interdum & erectæ:poscit cõtrouersias plures: electionem auditoribus permittit:sæpe etiam partis surgit:iam igitur incipit statim omnia ac pene pariter ad manum sensus recõditi occursant uerba: sed qualia quæsita & exculta multa lectio:in subitis multa scriptio elucet:preœmiatur apte: narrat apte:pugnat acriter:colligit fortiter:ornat excelse:postremo docet: delectat:afficit: q̃d maxime dubites crebra enthymemata syllogismi circũscripti & effecti: quod stilo quoq; assequi magnum est:incredibilis memoria:repetit altius:quæ dixit ex tempore.ne uerbo quidem labitur ad tantam φρασν studio.& exercitatione peruenit.nam diebus & noctibus nihil aliud agit.nihil audit.nihil loquitur annũ sexagesimum excessit.& adhuc scolasticus tantum est.quo genere hominũ nihil aut sincerius.aut simplicius aut melius.nos uero qui in foro uersq; litibus terimur multũ maliciæ.q̃uis uolimus addiscimus.scho

la & auditoriũ ficta cauſa: res inermis: nec inoxia: eſt nec minus fœlix ſenibus pſertim: nã quid inſenectute fœlicius: q̃ quod dulciſſimũ eſt in iuuẽta: Quare ego iſæum nõ diſertiſſimum tãtum: uerumetiã beatiſſimũ iudico. hæc de illo Plinius pfatus ſcripſit. At uero cõtra uel ex inuidia: uel ex alia quauis cauſa Quintilianus lib. x. de inſtitutione oratoria dixiſſe uidet: cum ait declamatores quoſdam peruerſa ducit ambitio: ut expoſita cõtrouerſia protinus dicere uelint: quem etiam quod eſt in primis friuolum ac ſcænicum uerbum petãt: quo incipiãt: ſed tam contumelioſos in ſe ridet inuicem eloquẽtia: & q̃ ſtultis eruditi uelint ſtulti eruditis uidentur.

Iſandrus cũ. i. latino ſcribitur: fuit filius Bellorophontis.

Is per. i. latinum ſcribitur: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum primo urbs a babylone diſtans itinere dierum. viii. apud quã fluuius eſt nõ magnus: is ſimiliter cognominatus: qui bitumen ut ait ſtructuræ: totius babylonius ſubminiſtrauit.

Iſis p. i. latinum utrobiq; ſcribit̃: fuit filia inachi argiuoꝝ regis: dicta primo io: ut in ea dictione uidimus de qua latius uidebimus in dictiõe oſiris: & declinat̃ genitiuo Iſidis & iſis: ſicut Paridis & paris Iuue. i ſatyra Credo pudicitiã. ut ſpargat in ædem iſidis antiquo quæ proxima ſurgit ouili: Idem & in ea quæ incipit Scire uelim: Nuper enim repeto phanum iſidis. ſed q; etiam faciat huius iſis oſtẽdunt poetæ cum ponũt in accuſatiuo iſim. Lucanum circa finem libri. viii. Nos i templa tuam romana recæpimus iſim niſi dicamus eiuſmodi genitiuum nõ ſemper accuſatiui regulam ſequi: ut thybridis thybrim.

Iſidorus abſq; aſpiratione: & per. i. latinũ ubiq; ſcribit̃: Habetq; accentũ in penultima: ut uidebimus in dictiõe proſodia: nomẽ eſt uiri proprium. quod multi peruerſæ ſcribunt: inter quos Apuleius grãmaticus alias preſtãtiſſimus aſpirari uoluit: quod inter græcos nunq̃ emẽdate cõperit.

Iſion cũ. i. latino ſcribit̃: fuit filius Phlegyæ: & pater cẽtauroꝝ: de quo uidimus in dictione cẽtaurus.

Iſmenius cum. i. latino ſcribit̃: fluuius eſt boetiæ. ſic quoq; cognominatus teſte Diodoro libro hiſtoriarum. v. ab iſmeno filio Pelaſgi.

Iſter abſq; aliqua aſpiratiõe: & p. i. latinum i initio ſcribit̃: ẽ maximus fluuioꝝ europæ: alio noie uocatus danubius. ut Oui. lib. i. de põto. Ripæ uicina binominis iſtri. Orit̃ teſte Pli. lib. iiii. natu. hiſto. in germania iugis mõtis noriæ. ex aduerſo oppidi gallo; Scauri. q; uerſus ſeptẽtrionẽ per innumeras lapſus gẽtes imenſo aquaꝝ auctu. a ſiniſtris germanos linquens a dextris teutonicos: cũ primum in illyricũ uenit. mutato nomie iſterdicitur. & longiſſimo peracto curſu ſeptemq; diuiſus hoſtiis ſecundũ Solinum uel ſex ſecundum Plinĩ i mare ponticũ defluit. ut late pfati auctores executi ſunt. & Ariſtoteles lib. ii. meteuroꝝ ait: ſingula ora tanta eſſe. ut i ſexagita milia paſſuum longitudinis mare uicant.

Iſtria abſq; aliqua aſpiratiõe: & per. i. latinũ utrobiq; ſcribit̃: ponitur locus ab Herodoto libro hiſtoriaꝝ ii. iuxta põtũ: ad hoſtia iſtri: quem incolere dixit meleſioꝝ colonos: & ab iſtria abſq; aſpiratione deducitur teſte Pompeio hiſtrio: quæ apud nos aſpiratur: ut in ea dictione uidimus.

Iſthmos cum. th. aſpirato ſcribit̃: dicitur hoc nomine ea terræ ſtrictura: quæ inter duo maria concluſa iter porrigit ad cheroneſum: dicente Oui. in quarta epiſtolaꝝ heroidũ. Aequora bina ſuis oppugnant fluctibus Iſthmon. Et tenuis tellus audit utrunq; mare: idem in octaua. Qua duo porrectus longe freta detinet iſthmos Vecta peregrinis Hippodomia rotis. et Lucanus li. i. Gracilis mare ſeparat iſthmos ſuntq; duo celebres achaicus: ſup quo fuit urbs Corinthi: & thracius ſup quo teſte Pli. lib. iiii. naturalis hiſtoriæ. Cardia ſimiliter ciuitas fuit.

Iſmarus abſq; aſpiratiõe & unico. r. ſcribit̃. mõs eſt thraciæ teſte Seruio ſuper decimũ æneidos: & in bucolico: & ut refert Vibius in quadã ſui parte aſperrimus ẽ & incultus: in reſiduo uero fertilis uinetis: & oliuis. Quin etiam clariſſimus eſt Orphei incolatu: & inde iſmarius: ut Ouidius in prima epiſtolaꝝ.

Dictus es iſmariis iſſe per agmen equis.

Super hoc monte fuit iſmara ciuitas ciconũ. qui gẽtes ſunt thraciæ: de qua meminit Vir. lib. x. cũ ait:

Et tris quos idas pater: & patria iſmara mittit. Hanc teſte Home. lib. ix. odiſſeæ Vlyxes a troia diſcedẽs deſtruxit. quam iam maroniã uocari in gloſula quadã homeri cõperi.

Iſocrates abſq; aliqua aſpiratione & per. i. latinũ ſcribit̃: fuit græcus orator clariſſimus Horgiæ auditor multoꝝ philoſophoꝝ p̃ceptor eximius: ut Macrobius atteſtat̃: hic teſte Quinti. in diuerſo dicendi genere nitidus fuit & cõptus: & palæſtræ magis q̃ pugnæ accomodatus: oẽs dicẽdi ueneres ſectatus in inuẽtione facilis: honeſti ſtudioſus: in compoſitione adeo diligẽs: ut cura eius reprehendatur huius orõnes adhuc extant: quas maxima ſemper cum uoluptate lego.

Iſus cũ unico. ſ. ſcribitur: fuit filius nothus Priami: de quo in dictiõe antimus uidimus.

Italia græcũ uocabulũ ẽ: & cũ unico. l. &. i. latino utrobiq; atq;. t. exili ſcribit̃: regio ẽ europæ & oium totius orbis celeberrima: prius qdẽ dicta heſperia ab Heſpero. Atlantis fratre: a quo & heſperus occidẽtalis ſtella cognominata fuit. Hi teſte igino pulſus a fratre ab ea regiõe: q̃ nũc hiſpania dicit̃: & ea loca ubi nũc ẽ Italia occupatus heſperiã a ſe: ut priſtinã aliã prouinciã noiauit. At uero Macrobius lib. ſaturnaliũ primo: quũ de dei partibus logtur ingt: ab heſpero ſtella quã græci heſperã dicunt dicta eſt Italia heſperia: q; occaſui ſubiecta ſit. Quod Virg. lib. i. æneidos cõfirmaſſe uidetur cũ ait.

Eſt locus heſperiam graii cognomine dicunt.
Terra antiqua: potens armis atq; ubere glebæ.
Oenotrii coluere uiri: nunc fama minores.

Italiam dixisse ducis de nomine gentem. Nã potest cognomen hesperiæ dicta fuit œnotria: siue ab optimo uino quod in illa nascitur ut dixit Seruius super primum æneidos οἶνος græce latine uinum dicit siue ut Varro docet & Pli. li. iii. naturalis historiæ cõfirmauit: ab Oenotrio sabinorum rege i ea regnante. Post hæc uero & Italiæ nomẽ assumpsit ab italo siculorum rege: qui ut ait Seruius uenit ad eam partem: in qua regnauit Turnus: eãq; suo nomine uocauit Italiã: unde illud ẽ: Fines super usq; sicãos: hoc est usq; ad ea loca: quæ sicani. i. siculi sic quoq; a fratre itali cognominati tenuere. At uero Aristoteles libro politicorum. vii. hæc de Italia inquit: Tradũt periti homines illorum locorum fuisse italum quendam œnotriæ regem a quo mutato nomine: pro œnotris itali fũt uocati: oramq; illam maritimam europæ quæ est inter scylacæum & lameticum sinum: distãt uero hæc loca inter se meridiei iter. Italiæ nomen primum cæpisse. Hunc ergo italum tradunt agricolturã œnotrios docuisse: cum prius essent pastores uagi: ac palantes illisq; leges posuisse: & commessationes istituisse primũ: hæc ille: sed Varro ab omnibus discordare uidetur: nam li. ii. de agricultura sic ait: Græcia ãtiqua: pro ut scribit Timæus i historiis quas de rebus publicis scripsit: tauros uocabat italos a quorum multitudine pulchritudie ac fœtu Italiam dixit: Est & italiæ pars latium sic dictum ut quidam asserunt q; in Italia inter præcipitia alpiũ apœnini lateat. Varro a latino dictum putauit. Virgilius a latendo: unde ait libro. viii. æneidos cũ Euãdrum Aeneæ loquentem induceret.

Primus ab æthereo uenit saturnus olympo Hic genus indocile ac dispersum montibus altis.
Arma iouis fugiens: & regnis exul ademptis. Composuit: legesq; dedit: latiumq; uocari.

Lysippus prima cũ.y.græco:sequẽs cũ.i.latino scribit;fuit in arte sculptoria artifex clarissimus:ut Martialis in epigrãmatibus.lib.ix.Nobile lysipi munus opusq; uides. Vnde Carolus arretinus conterrane us meus:ludens cũ Poggio de Mercurio sibi misso a Kyarico anconitano: in quodã carmine elegiaco: inquit. Deniq; lysipus fingat spirantia signa.
Omnia mercurio cedere uisa meo.Nam animosa signa dffingere dicebatur: & teste Quintiliano lib. duodecimo ad ueritatem optime accessit: Ac ut refert Plinius lib.xxiiii.naturalis historiæ ad sexcenta decem signorum opera effecisse dicitur.

Lysippe eodem modo scribitur:fuit una ex natis Prœti:qnæ in uaccas commutatæ fuerunt:Vt uidebimus in dictione Prœtus

Lysimachus prima cum.y.græco:sequẽs cum.i.latino:ultima cũ.ch.aspirato scribitur:fuit macedo uir illustris:& Callisthenis discipulus:de quo clarissima scripsit iustinus lib.decimo. Alius fuit unus ex prĩcipibus Alexandri.

Lysmachia eodem modo scribitur:nam tam hæc dictio:q̃ superior ex lysio:& machia qđ est bellum cõponitur. Veꝝ lysimachia teste Iustino libro.xvii. sui epitomatis fuit urbs Hellesponti:quæ terræ motu corruit.xxii.anno postq̃ a Lysimacho rege uno ex principibus Alexandri magni fuerat cõdita. Sed postmodum reædificata:causa fuit multarũ cladum:dicente.L.Floro in secundo suarũ historiarũ lib. Lysimachia urbs a regibus Syriæ cõdita:ac Anthiochio magno hæridatario iure poscebatur: sed a Romanis negata fuit causa potissima secundi belli macedonici.

Lysander cum.y.græco sequẽte.s.scribit:fuit uir lacedæmonius:& fœlicitate magis q̃ uirtute gloriosus Nam bellum athenienſium cum peloponẽsis:quod iam sex & uiginti annis duraverat:ille nõ sui exercitus uirtute:sed aduersariorũ immodestia athenienſium omnẽ classem apud Egon fluuiũ cæpit: & bellum cõfecit. Quo facto athenienses lacedæmoniis se dedicere.& Lysander mirũ in modum elatus est. Quod id secutum fuit:ut lacedæmonii in maximũ odiũ gratiæ peruenerint.Nam cum semper factiosus fuisset:nil aliud molebat:q̃ ut oẽs ciuitates in sua teneret potestate:quod se lacedæmoniorũ causa facere simulabat.Sed ille tandem a thebanis occisus fuit.

Linum cum.i.latino scribit:dictũ ẽ a lineo uerbo græco & ãtiquo:quod detinere significat: quia illo oia detinent:ac primã producit. Vir.lib.geor.i. Vrit enim lini campum seges: urit auenæ: & simili modo apud græcos producit. At pro homine breuis est: Virgi.in bucolico. Vt linus hæc illi diuino carmine pastor. Sunt lini genera nõnulla:sed illud famosius:quod a græcis ασβεστην:hoc est inextinguibile ex augumẽto naturæ suæ teste Pli.lib.xviii.naturalis historiæ denominant:eo q nõ absumat ignibus. Id nostri ut ait uulũ uocant:ardẽtesq; in focis conuiuiorũ ex eo se uidisse mappas Plinius attestat.quæ sordibus exustis splenduerunt igni magis:q̃ possent aquis:& ut idem asserit regum inde funeribus tunicæ corpis faulla ab reliquo seperat cinere:Nascitur in diuersis adustisq; sole indiæ locis:ubi nõ cadũt imbres inter diras serpentes:assuessitq; uiuere ardendo:rarum inuentũ:difficile textu ꝓpter breuitatem: cum inuentum est æquat precia excellentiũ margaritarum.Hæc de illo Plinius: & huic proximũ dicit byssum:de quo in ea dictione uidimus.

Lipare cum.i.latino & unico.p.scribit:insula una ẽ ex æolis:sic quoq; teste Plinio li.iii.natura.histo.a Liparo rege:qui post Aeolum regnauit cognominata:ut interptatur λιπαρος pinguis. Vnde iparæus deducitur:cum.æ.diphthõgo in penultima scribit.Iuuenalis in satyra.Exemplo quodcũq; malo & sicato pectore tergens brachia uulcanus liparæa nigra taberna.

Lisus cum.i.latino & simplici.s.scribit:fluuius est Thraciæ p thasiorũ mediũ fluuens. Adhũc cũ uenisset Xerxes rex psarũ cum exercitu:ut testat Hero.lib.histor.vii. non sufficiens ad portũ defecit. Vnde ait

Iuuenalis in satyra. Omnibus in terris: Epotaq; flumina medo Prandente.

Lithargium prima cũ. i. latino: sequens cũ. th. aspirato: tertia cũ. y. græco: & penultima cũ. i. latino scribitur: spuma est argenti: & uocabulũ est compositum ex λίθος quod ẽ lapis: & argirium: quasi ea spuma in lapidem argenteum sit compacta.

Lithostratum prima cũ. i. latino: sequẽs cum. th. aspirato: & reliquæ sine aspiratione scribunt: & ẽ λιθόστρωτον .i. lapidum stratum pauimentum: unde ex græco & uerbo latino a sterno deducto componitur.

Littuus cum. i. latino &. t. exili scribit: nõnulli uocabulũ græcum putauerunt: ac nomen accepisse a soni tu ex auctoritate Homeri conant. Alii latinũ uolunt: & a lito uerbo deducũt. Erat nãq; baculis incur uus: quo sedentes augures auibus templa designabant. Er ut rettulit Plutarchus in uita romuli. fuit ro muli lituus conseruatus in palatino colle usq; ad Celtarũ tẽpora: a qbus capta urbs incẽsa fuit. Sed po stea expulsus a Camillo hostibus inter altissimas fauillas illesus cum omnia igni: cõsumpsissset: inuen tus est. Est etiam teste festo littuus genus buccinæ icuruæ: qua q cecinerit dicit liticen. Ennius: inde lo ci littuus sonitus effudit acutos. Vir. lib. æneidos sexto: Et lituo pugnans insignis obibat & hasta.

Lyus cum. y. græco scribitur: fluuius est minoris asiæ in pontum defluens.

Lolligo cum duplici. l. &. i. latino scribitur: piscis ẽ: ut sepia: uel forte ipsa sepia: & inde diminutiuũ Lolli gunc ula. Plautus in Casina. Emitto sepiolas lepidas lolliguncul as.

Locrinus cũ. o. post. l. &. c. exili atq; .i. latino scribit: mons est in brutiis ad extremũ italiæ ex opposito ad peloꝝ: sup quo Locrus ciuitas ab Aiace Oileo: & naritiis qui illũ secuti sunt ad Italiã: condita fuit dicẽ te Vir. li. æneï. iii. Hic & naritii posuerũt mœnia locri. de quo Iustinus li. xxii. sui epitomatis plura dixit Nã cum nauigaret Aiax a Troia ꝓcella naues dispgens: cum illaꝝ partem in Libyam trãsportaret re manentes ibidẽ illi oppidũ cõdiderunt quod locrũ uocauere: de qbus Vir. li. æneï. xi. Libycone habitã tes littore locros: partẽ uero aliã cũ Aiace in Italiã deportauit: ubi cõdiderũt socii oppidũ: quod simili locrũ uocauerũt: Et fuit hactenus teste Platone lib. i. timæi flos italiæ nobilitate diuitiis & gloria gesta rum reꝝ: quã usq; ad sua tẽpora dicit in arte sapientiæ triũphasse: in hac & crotone teste Pli. li. ii. natur. historiæ usq; ad sua tempora epidimia nusq; fuit: nec terremotus aliquis ãnotatus est. At Lucãus cũ. u. post. l. scriptus lacus est Campaniæ inter Baias & Cumas: & dictio ẽ latina a lucro deducta: Nam cum i eodem multitudo piscium caperet: e quibus lucra mercatores consequebant: lucrinus a lucro uocita tus est Verum cum ei proximum sit mare: & sæpe in lacum exestuaret: grãdia quãdoq; damna merca toribus ipsis & piscatoribus inferebat ob quod grãde uectigal: quod Romanis psolui debebant sæpius frustrabat. Vnde a senatu Iulio Cæsari cõmissum fuit: ut lucrinum a maris impetu immunem redde ret: qui oppositis muroꝝ molibus: & paruulo relicto mari: quod ad lacum transcenderet rem ipsam cõ fecit. Ob quod aquas iulias uocari uoluit: Vnde Vir. lib georgicoꝝ secũdo in illius laudes hæc ipsa cõ memorat dicens. An memorem potius lucrinoq; addita clausira. Atq; indignantem magis stridorib⁹ æquor: Iulia quo ponto lõge sonat unda refuso. Veꝝ ea loca saxose esse & ostreis referta ostendere ui detur Iuuenalis cum ait in satyra Crispini: Nulli maior fuit usus edẽdi tẽpestate mea circeis nata forẽt an lucrinum ad saxũ rutupione edita sundo Ostrea callebat primo deprehẽdere morsu. Sane teste Pli nio libro. ix. natu. histo. Ostreaꝝ uiuaria primum omnium Sergius orata inuenit in baiano ætate Lu cii Crassi oratoris: Et ut pergit: Is primum optimum saporem ostreis lucrinis ad iudicauit: quãdo eadẽ aquatilia generantur alibi meliora. sicut lupi pisces in thyberi amne inter duos põtes: Rombus Rauẽ ne. Muræna in Sicilia. Elobs Rhodi: & alia genera similiter.

Locrus cũ. o. post. l. &. c. exili scribit: ciuitas ẽ in brutiis sup mõte lucrino: ut in ꝑcedenti dictiõe uidimus

Lodix cũ. i. latino scribit: & ut quidam uolnnt a λουσις dictione græca deducitur: quæ apud nos ẽ lotio ita ut sit omne: quod lectulo imponitur: & lauari potest. Alii uero latinũ magis putant: atq; id apud nos designare uolũt: quod apud græcos σαγιδν hoc est lecti compertorũ: Iuuenalis in satyra: Credo pudi citiam. Modo sub lodice relictis: ac penultimam producit.

Lotus cũ. t. exili scribit: fuit teste Ouidio libro. ix. metamorphoseon nympha: quam cum amatam Pria pus persequeret: illa fugiens & deoꝝ adiutorium implorãs: illoꝝ miseratione cõuersa est in arborẽ sui nominis: quæ in Aphrica teste Plinio libro decimotertio naturalis historiæ ea parte: quæ ad nos uer git nascitur insignis: & præcipue circa syrtes & nasamonas. Eius magnitudo ẽ: quæ pyro: quanq̃ Corne lius nepos breuem dicat inciſura: & folia breuiora q̃ quæ ilicis uidentur. Sed quanto tẽpore hæc arbor durare potuerit: ostẽdit idẽ ipse Plinius circa finm libri. xvi. naturalis historiæ dicens Lotus ẽ Romæ in area Lucinæ: quæ eo anno cõdita fuit qui sine magistratibus tricẽtesimo sexagesimonono urbis fuerat incertum quanto uetustior: esse quidem uetustiorem non est dubium: quum ab eo loco Lucina nomi netur. Sed incerta eius loci ætas: quæ capillata dicitur: quoniam uestalium uirginum capillus ad eã de ferẽt. Veꝝ altera lotos in Vulcanali: quod Romulus constituit ex uictoria de Cumis: Ea æqueua urbi intelligit: ut testis est Massurius: radices eius in foro usq; ad Cæsaris præstatiões municipiorum pene trant. Et ut pergit fuit cum ea cupressus æqualis ætatis circa suprema Neroĩs principiis ꝓlapsa atq; ne glecta. Ex hac arbore teste Iulio Polluce de uocabulis rerum ad cõmodum Cæsarem optimæ cõficiun tur tibiæ. Sane teste Plinio libro. xxii. Q ui lotum arborem tantũ putant. Homero auctore argiui pos sunt: Is enim inter herbas subnascentes: deorum uoluptati lotũ primam nominauit.

Lotophagi cum. t. exili &. ph. aspirato scribit: populi sunt libyci: quoꝝ quidam littora Libyæ iuxta syr

tes inhabitabant:quidã uero magis ad austrũ tendentes usq; ad fluuiũ Tritona ptendunt:hi teste Herodoto li.histo.tertio uiuunt ex fructibus arbores loti:qui dulciores sunt dactilis:ex quibus ẽt uinum eos conficere dixit. Ad hos teste homero in odyssea tempestate maris perductus accessit Vlyxes:a quibus in Siciliam nauigauit.

Lucani cum.c.exili scribit:Populi sunt inter cãpaniam & Aprutium:siue inter apulos & calabros.Hi teste Pli.lib.iii.naturalis historiæ in samnitibus originem habuerunt.

Lucrinus cum.c.exili scribit:& est dictio latina denotãs lacum campaniæ a lucro deducta:ut uidimus in dictione locrinus.

Luthum pro colore.Et inde lutheus thea theum cũ.th.aspirato scribit.Nam a λυθρον quod est sanguinolentũ traductũ est.Est.n.color rubeus sanguini consimilis.Persius:iam clamides regum:iam luthea causapa captis:& inde lutheolus:theola theolum. Vir.in bucolico:Mollia lutheola pingit uacinia caltha.habetq; primã longã. At quum pro cœno ponitur & sorde:absq; aspiratione scribit: & hẽt primã breuem.Iuue.in satyra:Credo pudicitiam:Dum reddit:terramq; luto ferit intestino. Verum & pro colore nõnulli latinum putant:& a luce nomẽ assumpsisse.Gellius libro secundo noctium atticarum: Lutheus cõtra ruffus color est dillucidior:unde eius nomen quoq; esse factum uidetur. Sed magis placet grecum esse:& cũ.th.aspirato scribitur.

Acarius cum.c.exili &.i.latino scribit:fuit nomẽ uiri propriũ: & interptatur beatus.

Machaõ cum.ch.aspirato scribit:fuit teste Home.libro secundo iliados filius Aesculapii:& frater Polidarii: Vt in ea dictione uidebimus. Hic obsolertiam medicinæ artis cum aliis heroibus græcoq; ad Troiam e Creta cõuocatus fuit:a quo Machaõius deducitur.ut Oui.libro primo de ponto. Vtq; machaonijs pæantius artibus heros Leni to medicam uulnere sensit opem.

Maceria cum.c.exili &.i.latino scribit græcum multi esse uolũt:& a μακρον:quod est longum deriuari:Nam parietes sunt ex lapidibus absq; cõmento:quibus sepiri cõsueuit uinea:qui non nisi longi esse possunt.

Machæra cũ.ch.aspirato &.æ:diph.in penultima scribit:dicit a nostris sica culter cultellus gladi⁹ Iuue. in satyra.Et spes & rõ ait:Nã si piera ꝺrans tibi nullus i archa oñdatur amnes nomẽ uictũq; macheræ

Maccabeus cum duplici.c.in penultima cũ.eu.diphthongo scribitur: nomen est barbarum: sed a græcis sic conscriptum.

Macedonia cum.c.exili & absq; aliq; diphthõgo scribit:puincia est in Europa a Macedone filio Osiridis teste Diodoro siculo lib.histo.i.cognominata.Hæc angustos primitus terminos hũit:sed uirtute suorum regũ & gẽtis industria subactis finitimis ita ampliata est:q; de ea sic Solinus scripserit:Qui Edoni olim populi:quæq; Mygdonia erat terra:aut emathiũ thessalicumq; erat solũ nunc oẽ uniformi uocabulo macedonica res est:fastũq; corpus unũ.Nãq; teste Pli.li.iiii.natu.hi.centũ qnquaginta populos tenuit.Quod sane facit ad auctoꝝ quorundã concordiã:q in eiusmodi puinciis describẽdi discordare uident. At teste Solino Macedoniã ab orientẽ pcingit thracius limes: meridiana Thæssaliæ epirotæ tenent ab occidente dardani sunt & illyri. Qua in septentrionẽ tendit.Pœonia Paphlagonia protẽdit.

Macyberna cum.c.exili &.y.græco scribit:fuit teste Hero. urbs Sithoniæ:ut in ea dictiõe uidebimus.

Machina cum.ch.aspirato &.i.latino scribit:nam græce dicit μηχανη:quod apuod nos inuẽtionem indicat:& inde mechanicus cum.e.absq; diphthongo deducitur.

Macrocosmus absq; aliqua aspiratione scribit:& dicitur a nostris longus mũdus. Nam componitur ex μακροσ quod est longus & κοσμοσ mundus

Macrologia similiter absq; aspiratione scribitur:& dicitur longus sermo.

Macrobius similiter scribitur:& dicitur longæuus.Nam βιοσ quoq; uita nuncupatur.

Mactrochir secunda.c.exili:penultima cum.ch.aspirato scribit:&.i.latino:dicitur a nostris lõgi manus Nam componitur ex macros:quod ẽ longa: & chir manus.

Mæander cum.æ.diphthongo scribit:fluuius est Phrygiæ:ut Oui.lib.viii.metamor. Nõ secus ac liquidis phrygius Mæander in undis ludit:& reliqua quæ de eodem scribit: & inde mæandrius:qui etiã pro nomine proprio ab Herodoto ponit: & Polycratis amicus.

Mænalus cum.æ.diphthongo scribit:mons est Arcadiæ teste Pli.lib.iiii.naturalis historiæ altissimus & amœnissimus ppinquusq; ad argos:ut dixit Liuius li.iii.de bello macedonico: & refertus pinis:ut oñdit Vir.in bucolico cum ait.Mænalus argutumq; nemus pinosq; loquẽtes semp habet: semp pastorũ ille audit amores. Sed in plurali mænala in neutro genere:atq; idem qd singulare significat.

Mænades cũ.æ.diphthongo scribit: descẽditq; a mænone quod est furio. Quare apud nos furiosæ seu insanæ usitatiori uocabulo mulieres illæ dicebant. quæ bacchi sacra capillis sparsis hinc inde cursitabant.Iuuena.in satyra Credo pudicitiam: Crinemq; rotant ululante Priapo mænades & Persius: Bassaris & lyncem mænas flexura corimbis.

Mæotis cum.æ.diphthongo &.t.exili atq;.i.latino scribit:est scythæ maxima palus:quæ gex Tani.ab aqlone in pontũ defluit:& ut ait Vir.lib.geor.iii.Puppibus illa prius patulis nunc hospita plaustris: & alia q̃ plura:de qua plenissime Oui.lib.tertio tristium epistola decima.

Mæta cum.æ.diphthongo scribit:fuit quarta Prœti filia ex antia uxore.

Magnes cum.g.immediate post.a.& ante.n.scribitur lapis ē attrahens ferrū:cuius plures species Pli.cō numerat lib.xxxvi.naturalis historiæ.Et eodē teste sic quoq; appellatus est ab inuentore:ut auctor est Nicander:& in ida primum compertus.

Magnesia eodem mō atq; per.i.latinum scribitur:regio est teste Pli.li.iiii.natu.histo.Thessaliæ annexa Vnde & magnesi populi nominant̄.Item eodem nomine urbs est in asia: iuxta quā Scipio asiaticus in Antiocum regem perculit.

Magnetes eodem modo ac per.t.exile scribitur populi sunt Thessaliæ in equestri certamine docti:de q̄ bus Lucanus lib. vi.gentes thessalicas describens inquit.Et magnetes equis myniæ gēs cognita remis Hos & alio uocabulo magnesios uocitamus.

Magus cū unico.g.scribitur. Vocabulum est persicum id denotans qđ apud græcos philosophus:& a pud latinos sapiēs dicitur:hos galli dryiudas uocauere:ut in ea dictiōe uidimus. Aegyptii uero in ea si gnificatiōe qua: nos sacerdotes:& græci pphetas dixere.Indi gymnosophistas græco uocabulo:& sua interpretatiōe uocabāt:ut similiter in ea dictiōe uidimus.Babilonii nō & assyrii suos magos seu sapi entes chaldæos uocauere.Itaq; Laertio teste.magi apud persas deorum cultui maxime insistunt: pces illis ac uota & sacrificia offerunt:de deor̄ substātia & generatiōe differunt:signa statuasq; reprehendunt improbāt illor̄ errores qui dicūt mares etiam & fœminas in deis imperium esse. dicūt teste Sociōe ma tri aut filiæ miscerī:Plena esse demonum aera asserunt:cultū & usum auri interdicūt.His esse uestē cā didam:lectum humum:æsca aolus caseum panem:arūdine uti pro baculo.Hos magicæ esse diuinatio nis ignaros dixit Aristoteles in libro de magico:Quin & Zoroastrem ipsum cui eius artis initia ac prī cipatū tribuūt.Dion ex iterpretatiōe eius nominis astrorum asserit fuisse cultorē: Duoq; esse apud il los principia b num demona & malum:Vnū ex his iouem:quem Horamasdem:alter̄ Plutonē quem Arimanium uocāt.Dixerūtq; teste Eudoxo homines reuicturos: eos fuisse antiquiores ægyptiis: dixit Aristoteles libro de philosophia primo:ab his fuisse gymnosophistas cleartus solēsis asserit.Sed post hæc tractu temporis hi tātummodo magi dicti sunt:qui obfacinorum magnitudinem uulgo malefici appellantur.Nam & elemēta sæpe cōcutiunt:turbant mētes hominū. & sæpe sine ullo ueneni hausti: uiolentia tātum carminis interimunt:dicēte Lucano.Mens hausti nulla saniæ polluta ueneni.Incāta ta perit.Et Vir.in Damone.Carmina uel cælo possunt deducere lunam.Carminibus circe socios mu tauit Vlyxis.Frigidus in pratis cātando rumpitur anguis.Et alia quæ statim uidebimus. Mogos ergo ex Zoroastre persa habuisse initium dicunt:quem sex milibus annorum fuisse ante Platonis mortem Plinius libro.xxxv.naturalis historiæ ex testimonio Eudoxii prodidit.Hermodorus uero Platonicus i libro disciplinarum usq; ad excidium Troiæ. teste Laertio annos quinq; milia computauit. Sed unus hic tantum Zoroastres fuerit an postea & alius non satis constare Pli.dixit: Et paululum supra ostēdit eam artem quam magicam dicimus ab ipo Zoroastre:ut omnes auctores conueniunt in pside ortum habuisse.quæ ut ait fraudulentissima artiū in toto terrarum orbe plurimis sæculis ualuit. Et subdit au ctoritatem ei maximam fuisse:nemo miret̄:q; sola artium tres alias impiosissimas humanæ mētis con plexa:i unā sese redegit:natā primo e medicina nemo dubitauit:hac specie salutari irrepsisse uelut alti orem sanctiorēq; q̄ medicinā:ita bladissimis desideratissimisq; pmissis addidisse uires religionis ad quā maxime alligat̄ humanū genus. Atq; ut hoc quoq; suggesserit miscuisse artes mathematicas nullo nō auido futura de sese sciēdi:atq; ea e cælo uerissime peti credēti.Ita possessis hoium sensibus triplici uin culo in tm̄ fastigii adoleuit:ut hodie ēt in magna pte gentiū ualeat:& in oriēte regum legibus imper. Sine dubio illic orta in perside a zoroastre.ut inter auctores cōuenit.Et infra subdēs idem auctor pgit: mir̄ hoc in primis durasse memoriā ardentemq; tam longo æuo cōmentariis nō intercedētibus:præ terea nec claris nec cōtinuis successionibus custoditā.Mir̄ est ēt i bello troiano tm̄ de ea pte silentium fuisse Homero:& tm̄ operis ex eadem i Vlyxis erroribus:ut totum opus nō aliunde cōstet.Et infra sub dit:troianis itaq; tēporibus Chironis medicinis cōtenta ē ætas solo Marte fulmināte:hæc ille.Sed qui fuerint eius artis scriptores:aut quo ordine successerint:difficile est cōpire putant qdam Orpheū thra ca primitus intulisse ad medicinæ profectū.Deinde mortua uxore Eurydice tēptasse eam q̄busdā car minib⁹ teste Seruio sup.iiii.geor. Vir.ad lucē reuocare.Quod quia facere nequit:finxisse poetas cōiu gem iā receptā iter̄ necauisse dura Plutonis lege:quin & id Vir.sensisse cōfirmat:cū ait si potuit mānes arcessere cōiugis Orpheus:cum arcessere ppric euocātis sit.Sed eius rei nō expartem fuisse Orpheum prsus existimauit Pli.ex eo tūc quoq; q tota Thracia magices fuisset.Sane nō Thraciā:sed Thessaliā solā orbe in eo eius ueneficii infamem fuisse ostendit Luca.libro.vi.suæ pharsaliæ.Et Apuleius de ma gia libro primo & secundo.Quin & ipse Plinius q ait:Miror eqdē illis Thessaliæ populis famā eius ar tis tantā adesse:ut Menāder quoq; litter̄ subtilis illis in locis genitus.Thessalā cognominaret fabulā complexā ambages fœminar̄ detrahentiū lunā:q̄re primū de ea arte cōmentatū Honestem putat:qui ut ait maxime ad rabiē non auiditatē mō eius scientiæ græcor̄ populos agit.ita ut summā litter̄ cla ritatē gloriāq; ex ea scientia peterēt:hinc certe Pythagoras:Empedocles: Democritus:Plato:ad hāc de scendā nauigauere:exillis uerius q̄ pegrinatiōibus susceptis:hāc reuersi prædicauere: hanc in arcanis hūere.Dixit ēt Pli.Xerxem persar̄ regē in ea uersatū fuisse:& ut pgit diligētiores ingens ante hūc po nunt zoroastrē aliū pconnesium:quem ego illū puto:de quo Xanthus lydius teste Laertio inqt a Zo roastre usq; ad Xersis transitū sexcēti connumerant̄ anni post quē plures magos sibi inuicē succesisse

dixit idem Laertius: ut Hostanes: Astropsycos: Gobrias: Paratas: donec ab Alexandro eversum psarũ regnũ fuit: cõclusit ergo Pli. in eodẽ lib. medicinã & magicem pariter eadẽ ætate efflorvisse: illã Hippocrate: hanc Democrito illustrãtibus circa peloponnensiacũ Græciæ bellũ: quod gestũ est a trigesimo notræ orbis anno. nec ille: subdens eã artẽ totũ orbẽ pagrasse: atq; transgressam oceanũ: & Britaniam usq; puectã: quã suo tpe tantis cerimoniis celebrare dicit: ut desisse persis uideri possit. Nãq; & antigoribus tpibus in Italia fuisse ostendit Homerus in tota odissea: & cæteri post illũ poetæ referentes Circẽ habitãtẽ montẽ circæũ iuxta Caietã: ex ea arte mirandos ostendisse effectus: ut Virgilius in bucolico: Carminibus circe socios mutauit Vlyxis. & libro æneid. vii. Hoium ex facie dea scæua potẽtibus herbis Induerat Circe uultus ac terga ferarũ. Qua de re Aeschylũ antiquũ poetã græcũ dixisse puto Italiam herbarũ potentẽ: unde ẽt Virgili. in Mœri quædã de his talibus dicit: q̃ lege fœliciter. Durauit ẽt & hæc uenefica ars i Italia p lõga xp̃ianorũ tpa: ita ut tpibus Theodosii iunioris christianissimi principis dicat celeberrimus Augustinus li. xv. de ciuitate dei: Cũ essemus in Italia audiuimus quasdã mulieres imbutas his malis artibus dato caseo statim hoies in iumẽta cõuertisse q̃ ut alia iumẽta necessaria quæq; portabãt: & infinita opa iterũ hoies ab illis restitui: qb⁹ ut ait mẽs sp hũana cõseruata fuit. Quid nõne & Apuleius ipe platõicæ sectæ philosophus historice scripsit se i asinũ apud Thessaliã ueneficiis cuiusdã mulieris: dũ p magicã fieri auis conaret cõversũ fuisse? & tractũ tpis i hoiem restitutum? atq; suæ mtamorphoseos librũ scripsisse? Nõne ẽt Pli. Seneca & Cicero certissime affirmarunt messes in uarios agros magnorũ pitigii s traduci posse? Vñ ẽt apud Virgiliũ in Mœri. atq; satas alio uidi traducere messes. Oui. ẽt de fine titulo inqt: Carmine læsa ceres sterilẽ uanescit in herbã. Deficiũt læsi carmine fœtis aquæ: ilicibus glandes: cantataq; uitibus uua Decidit & nullo poma mouẽte fluũt. Quãobrẽ dixit Pli. li. xxviii. Romæ scriptũ in. xii. tabulis: q̃ fruges excantasset: & alibi q̃ mallũ carmen incantasset & alibi teste Seruio: neue alienã segetem pellexeris. Sed mirabilior etiã ex hac arte patrata narrant poetæ: ut Medea apud Ouidium libro metamorphoseos. vii. Cum uolui ripis ipsis mirantibus amnes In fontes rediere suos: concussaq; sisto: Stantia concutio cantu freta: nubila pello: Nubilaq; induco: uentos abigoq; uocoq;: Viuaq; saxa sua conuulsaq; robora terra. Et siluas moueo: iubeoq; tremiscere montes. Et mugire solũ manesq; exire sepulchris. Te quoq; luna traho: & reliq̃. Tibullus ẽt de magna locutus ait: Hãc ego de cælo ducẽtẽ sydera uidi. Fluminis hæc rapidi carmine uertit iter. Hæc cantu funditq; solũ: manesq; sepulchris Elicit: & tepido deuocat ossa rogo. Cũ libet hæc tristi depellit lumia cælo: Cũ libet æstiuo cõuocat orbe niues. & alia q̃plura: q̃ ipse & alii poetæ loquunt. nõ ergo tã grauiter romanis legibus ars hæc plecteret: si nõ pniciosa & cũ effectu multarũ rerũ cognita fuisset. Quare coactã & iuitã Didonẽ induxit Vir. li. æne. iiii. cũ ait: Inuitã magicas accingier artes: sane nõ oia quæ p eã mõstrant artem uera esse noscunt: sed multa dæmonũ illusionibus ostendunt: quæ ueridice facta minime fuerũt: ut hoiem cõuerti in lupũ: aut in iumentũ: lunam trahi: & similia: q̃ p humanorũ sensuũ alterationẽ quibus illi plurimum psunt: & non p ueras inducuntur effectũ. Nam solũ ea exeq; possunt: q̃ naturali uirtute dicunt: sed cum rerũ cognitione & ingenii acrimonia & longa expientia ac agilitate naturæ alterabilia facile coniungere ualeant: ea nõnunq̃ inducũt: q̃ miracula hoibus esse uidentur: & non sunt. Sed hæc hactenus. Nunc ad eius artis species transeamus: quarũ nonnullæ a romanis legibus pmittebant. Marcus Varro li. vii. rerũ diuinarũ quattuor tantũmodo species assignauit: pyromantiã aeromantiam hydromantiam: & necromantiã: pyromantiã illam uocitauit: quæ p ignẽ diuinare cõsueuit: nam pyr ignis & mantia diuinatio a græcis dicit. hæc inspicit qd fulgur: quid fulmen: quidque ignis significet p quẽ modũ Ciceronis uxor eũ sequenti anno futurũ consulẽ diuinasse dicitur: quia cũ post pactũ sacrificium q̃da in cineribus conspicere uelet: flãma repente exiluit: ut ipse libro de diuinatione descripsit iuxta qd Virgilius in Damone: Aspice corripuit tremulis altaria flãmis Spõte sua dũ ferre moror cinis ipse bonũ sit. Et Tanaquil Tarquinii prisci uxor uidens flãmã lãbere Seruii Tuli caput dixit: teste Liuio li. i. ab urbe futurũ ut puer unica fieret salus regis in rebus dubiis: & regnũ illi predixit. Simili mõ post captã Troiã disceptante Aenea de fuga cũ patre Anchise flãmula quædã apparuit uerticẽ lãbẽs Ascanii: & nullam illi inferens lesionẽ: quæ cum Ascanio regnũ futurũ portẽderet: discedere persuasit. Aeromãtia ea diuinatio erat: quæ in aere fieri uidebat: ut auiũ auspicia: augurìaq; & uentorũ aut grandinũ insuetæ pcellæ. Quẽadmodũ ẽt teste Pli. li. ii. natu. histo. relatũ est in monumenta. M. Actilio &. C. Portio cons. lac & sanguinem pluisse: qd ut alii ferunt sequenti anno pestẽ ualidam Romã inuasuram pnunciauit. Tpe ẽt quo Hannibal lacerabat Italiã teste Liuio de secũdo bello punico aquæ sãguini pmixtæ e cælo deciderunt in modũ pluuiæ: & libro octauo de bello macedonico anno iquit: quo de cessit Hannibal per biduũ pluit sanguis. Item teste Plinio eodẽ li. ii. ferũ in lucanis anteq̃. M. Crassus in parthis interẽptus est pluit: oẽsq; deinde lucani milites: quorũ magnus numerus in exercitu erat: cũ eo interfecti sunt: & subdit: Effygies ferri quæ pluit spongiarũ ferro similis erat: ẽt. L. Paulo &. C. Marcello cons. lana: ut idẽ inqt auctor circa castellũ cariphanũ pluit: iuxta qd post annum. T. Mamilius occisus est. Et subdit armorũ crepitus & tubæ sonitus auditos e cælo cimbricis bellis accæpimus. Tertio uero cõsulatu Marii a mamertinis & tudertinis spectata arma cælestia ab ortu occasuq; inter se concurẽtia & similia plura: q̃ diuersis tpibus cõtigerũt: ex qbus sp aliqd prædiuinatũ fuit. Hydromantia uero diuinatio illa est: quæ in aq̃ cõcipit: ut teste Varrone uidit puer in aq̃ Mercurii effigiẽ: quæ cẽtũ quinq̃gita uersibus oẽm mithridatici belli euẽtũ prænunciauit: & similia: q̃ multa similiter fuisse iam legimus

Necromantia eſt p mortuos diuinatio: νεκρον enī. i. mortuoꝝ: & mātia diuinatio: ut Ericto apud Lucanū li. vi. mortuū ſuſcitās euentū belli pharſalici Sexto Pompeio p̄dixit. Verꝝ & a nōnullis aliis plures ſubdunt̄ diuinationū ſpecies: & chyromantia: quæ p manuū inſepectationē diuinat Iuue. i ſatyra Credo pudicicią. Frontēq; manūq; p̄bebit Vati. Geomantia q̄ ex terræ cōcuſſionibus & aperitionibus diuinare cōſueuit: q̄ſi ſit terræ diuinatio. Haruſpicina & ſacrificiis aīaliū & extis diuinat. Iuuena. in p̄fata ſatyra: Armenius uel comagenus haruſpex Pectora pulloꝝ rimatur & exta catelli. interdū & pueri Et ut uult Donatus in cōmento phormi. haruſpex cū aſpiratione ſcribit̄ & a fari quæ inſpicis ſeu inſpexit dicit̄: q̄ſi faruſpex. ita ut. f. digama in aſpiratione fuerit conuerſum ſecundū ea: quæ ſupra circa horū cōmētarioꝝ initia demōſtrauimus: Arioli a ſacrificiis aræ ſup̄ ipoſitis diuinare ſatagebāt: ūde & nomē aſſūpſere: Sed p̄ cæteris auguria & auſpicia lege pmittēte. imo & in publicis negociis iubente a romanis obſeruabant̄: & augures illi dicebant̄: q ex auuiū garritibus & uolatibus diuinabāt: contra quos acrianū illud eſt: qđ refert Gellius li. xiiii. noctiū acticaꝝ: Nihil inqt credo auguribus: q̄ aures uerbis diuitant alienas: ſuas ut auro locupletet domos. ſed hoꝝ initiū & progreſſum uidebimus in dictione Tages. Auſpitiū uero dicit̄ uel a paſtu: uel ab inſpectione auiū. Sed q̄a cōſul anteq̄ iret i expeditionē capiebat auſpiciū hinc factū eſt: ut dicamus auſpicato ductū: antequam pricipio q̄ a ſolo duce capiunt̄. Et hinc auſpicari nō mō auſpiciū capere: ſed & incipere dicit̄. Nec in bonā tātū partē: ueꝝ in malā quoq; ut apud Plinīū nepotem: A t hō infœliciter natus manibus pedibuſq; deuinctus aīal cæteris imperatū: ab auſpiciis uita auſpicat̄: ſed plærūq; i bonum accipit̄: ut apud Teren. Haud auſpicato me huc attuli. i. nō fœliciter: q̄ſi auſpiciis repugnātibus. Quod melius Quinti. ipſe declarauit in declinationib⁹ cū de Achille ut opinor locutus: q ad mortē: quam dii futurā denūciauerant cupiditate ulciſcendi Patrocli ruebat: ſic ait: Eant nūc antiquaꝝ cōditores fabulaꝝ poetæ: & ſe ad exhortandū amicitiæ fidē magna quædā cōpoſuiſſe carminibus putēt: ſi dixerint aliquos p maria terraſq; aſperiorē fortunā amicorū ſecutos: aut principē Græciæ uiꝝ eam ultionē interfecti amici in auſpicata bella geſſiſſe: & alibi lib. ix. de inſtitutione orotoria: Itaq; ut apud nos Homerus ſic apud illos Virgilius auſpicatiſſimū dederit exordiū. Dicebat̄ ēt auſpex: qui p̄erat celebrandis nuptiis: q̄a auſpiciū pro nuptiis capere ſolebant Iuuena. in ſat. Oībus i terris: Veniet cū ſignatoribus auſpex: & adhibeat̄ hic pro p̄te mariti: ut pronuba quæ p̄eſt & ipſa nuptiis celebrandis pro uxore: ut uidebimus in dictione paranymphus. Aliq̄do ēt auſpex magis p̄prie accipit̄ pro eo: q dux eſt militiæ: ut apud Horatiū li. i. carminū. Nil deſperandū teucro duce: & auſpice teucro. Præter hos āt & alii ſunt peiores malefici: ut ſpecularis q̄ in ſpeculis & terſis corporibus uti ſunt enſes pelues & ſimilia: futura ſe poſſe p̄dicere p̄dicant. Phytonici ſimiliter & dicuntur: quos Phytonicus. i. Apollinis ſpiritus replet. & loquendo futura p̄nunciant. Præſtygiatores cū. t. exili ſequente. y. græco ſcribit̄: & a ſtyge: in q̄. ſunt tenebræ cōponit̄. hi. n. humanis ſenſib⁹ tenebras & fātaſmata incuciunt. Geneathliaci ſunt q ex die natiuitatis fortunā hois ac ſucceſſum ēt i ſingulis actibus p̄nūciare ſe poſſe iactāt. Iuue. in p̄fata ſaty. Si prurit frictus ocelli: Angulus iſpecta geneſi collyria poſcit. His ſimiles ſunt q mathematici uocitant̄: quos teſte Gellio gentilitio uocabulo chaldæos dicere oportebat. Et ut Iuue. ait: Nemo mathematicus geniū indemnatus habebit. Ex iſtis hi ſunt: q aſtrologi noiant̄: nō ſolū ex aſtroꝝ naturali curſu futura a p̄cedētes: ſed & minuta quæq; ex aſtris ſe poſſe p̄dicere p̄mittūt: ut cōſilia ipſa hoium: arbitria & uarias uoluntates: appetitiōeſq; & declinationes & fortuitos repētinoſq; in leuiſſimis rebus aīoꝝ impetus: receſſuſq; moueri: agitariq; deſup e cælo credunt: Ita ut ex neceſſaria q̄dam ſydeꝝ errantiū reciprocatione: eiuſmodi talia contingere p̄tinaci fronte aſſerant. Et hi cæteris uaticinātibus p̄ſtare uidebant̄. Vt Iuuenalis i eadē ſatyra: Sed maior erit fiducia quicquid dixerit aſtrologus: credunt a fronte relatum ammoni. Sortilegi ſunt qui per ſortes futura p̄nunciare ſe credunt. Prodigiatores qui ex prodigio futura prænunciant. Sed teſte Seruio ſuper ſecundo æneidos in longum tempus dirigit ſignificationem. Vnde explorant aliqui prodigium dici. quaſi procul elogium: Sed cum oīa hæc: & ſimilia cum ex ſapientiſſimis antiquis: tum ex chriſtiana religione uana & deceptoria fuiſſe claruerit. Reliquum eſt ut ab omnibus quoq; abiiciantur & abominentur.

Maia cū. i. latino ſcribitur: & apud græcos eſt diphthōgus αι: ſed apud noſtros diuiditur: ut in antecedētibus uidimus. Fuit Atlantis filia ex Pleione coniuge & mater mercurii: quā ſolam p̄cæteris iouis pellicibus iuno adamauit: ut uidimus in dictione mercurius. Ab hac nōnulli antiq uoluerūt mēſem maii denominatū: id maxime ex eo probantes: q illo mēſe mercatores oēs maiæ pariter & mercurio ſacrificabant. Sed ut rettulit macrobius i primo ſaturnaliū. Cornelius Labeo dixit eā maiam: cui mēſe maiores diuina agit̄: terrā eſſe hoc adeptā nomē a magnitudine: & ipſam eandē bonam deā eſſe exipſo occultiori ritu ſacroꝝ: faunamq; & opē & fatuam pōtificū libris indicari. Bonā q oium nobis ad uictum bonoꝝ cauſa eſt. Faunā q oī uſu animantiū fauet. Opem q ipſius auxilio uita cōſtet. Fatuā a fando q infantes partu editi non prius uocē edunt: q̄ attingerint terrā. Hæc apud græcos ut idē aſſeruit macrobius θεὸς γυναικεῖα dicitur: quā Varro Fauni filiā tradidit adeo pudicā: ut extra γυναικωνῖτιν: ideſt gignæcium nunq̄ ſit egreſſa. Nec nomē eius i publico fuit auditū: nec uirū unq̄ uiderit: uel a uiro uiſa ſit propter quod nec uir templum eius ingreditur. Vnde Iuuenalis conqueſtus de turpidinibus fœminarum ſui temporis inquit in ſatyra. Credo pudicitiā: Nota bonæ ſecreta deæ: & prius plures uerſus oſtēdit non licere uirilis ſexus figuram in templo deſcribere: aut maſculum murem adeſſe.

Malachias cum. ch. aſpirato &. i. latino ſcribitur: nomen eſt uiri proprium.

Malagma cum unico.l.&.g.ante.m.ſcribitur:id dicitur cum res dura per admixtionem alterius rei in mollé eſt redacta:& deriuatur a αμαλακια:qđ eſt mollicies:addę ꝙ malua herba ẽ.Ideo ſic dicta ꝙ mol liat aluum ut ait Macer.Dixerũt maluam ueteres ꝙ moliat alluum. Vnde Iuue. Vtere lactucis & mol libus utere maluis.Nam faciem duram Phœbe cacãtis habes.

Malea cũ unico.l.&.e.abſq; diphthongo ſcribiť:nã licet apnd græcos ſit ει diphthõgus: tamen abiecto ι.per ſolã.e.productã a nobis ſcribiť:atq; eius prima corripitur:ut Homerus libr. odyſſeæ.ix.περι γα πουταμαλειαν.Et ut ibidem oſtẽdit Homerus promontoriũ eſt Laconiæ:quod teſte Seruio ſup qui tum æneidos p quinquaginta miliaria in mare protenditur:ubi unda adeo ſæua eſt:ꝙ perſequi nauigantes appareat:dicẽte Statio li.ſeptimo.thebaidos:Et raucæ circum ſonat ira maleæ. Vir.li.v. Ionio ꝙ mari maleæq; ſequacibus undis.i.pſequẽtibus. Aſſumpſitq; nomen a Maleo argiuorum rege: qui ſuper illo ſumptuoſiſſimum etiam Apollini templum conſtruxit:quod maleoticum dixit.

Maliea cũ unico.l.&.i.latio ſcri. urbs fuit iuxta Theſſaliã:cuí⁹ populi malicer:& maſ maliacũ uocitať.

Malimnus cum.i.latino &.m.ante.n.ſcribitur:ponitur a Theocrito Siliciæ mons.

Mandane abſq; diphthongo ſcribiť:fuit Aſtyagis filia:quã teſte Herodoto li.hiſt.i.pater inſomniis tã tũ mixiſſe uidit:ut oẽm eius ciuitatẽ repleret:hæc Cãbiſæ perſæ nupſit:ex qua natus eſt Cyrus.

Mantia cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:eſt tamen apud græcos ει diphthongus in penultima: & dicitur a noſtris diuinatio:& mantis diuinus uel uates:quæ omnia ſimilia per.t.exile ſcribuntur:ut Necromãtia Chyromantia:Pyromantia:Hydromantia & ſimilia.

Mãto,cum.t.exilie ſcribitur:fuit Tireſiæ uatis thebani filia:quæ poſt thebanoꝝ clades ſeruitutẽ primo ſub Creonte:poſtea ſub Theſeo:quin & poſt patris interitũ ad diuerſa loca diffugiens: primo in Aſiã uenit:in cuius littore Iebedõ & clari Apollinis fanum ſtruxit:deide Italiã ueniẽs:ſociis ſuis græcis Mãtuam oppidũ condidit. Sed cũ interim ex Thiberino tuſco rege Ocnus ei natus eſſet:q & Bianor dein de cognominatus fuit:& ad ipſum oppidũ tuſci quoq; & ueneti conflurent:circũdedit Ocnus oppidũ muris:& in aliã formam redægit. Quin a matre Mantuam appellauit:dicente Virgilio li. æneidos. x.

Ille etiam patris agmen ciet ocnus ab oris Fatidicæ mantus:& tuſci filius amnis:
Qui muros matriſq; dedit tibi mantua nomen. Verum cum manto diuina fuerit ab ea mantiam,i.di uinationem deduci quam plurimi putauerunt:& teſte Priſciano in.vi.declinatur hæc Mãto huius mãtus. Inducit uerſum Vir.iii.quem modo uidimus.

Mantua cum.t.exili ſcribitur:ciuitas eſt in Venetia Galliæ ciſalpine:condita ab Ocno mãthus filio: ut in præcedenti dictione uidimus.

Mantius cũ.t.exili &.i.latino ſcribitur:fuit melampi filius ex iphianaſſe filia Prœti.Ex qua teſte Homero libro.xv.odyſſeæ duos filios genuit:Polyphicleum:& Cletum.

Manichæi cum.i.latino &.ch.aſpiraio atq;.æ.diphthongo in penultima ſcribitur:fuerunt hæretici quidam qui ab auctore hæreſeos manichæo ſic quoq; cognominati fuerunt.

Mapalia cũ unico.p.& unico.l.&.i.latino ſcribiť:uocabulũ eſt aphꝝ. De quo Hieronymus ſup amos. agreſtes inq̃t caſas & furnoꝝ ſimiles aphri appelãt mapalia.Eadẽ & magalia eẽ dixit Ser. ſup.iii. æneidos. ubi ait Vir.mirať molem Aeneas magalia quondã.Et eodẽ li. Vt primũ allatis tetigit magalia plãtis: ubi magalia primã produxit.Sed mapalia primam corripit:ut idẽ Et raris habitata mapalia tectis.

Marclylas cum.y.græco ſcribitur:fuit latro quidam in ſylua dodonæa.

Maræa penultima cum.æ.diphthongo ſcribitur:ciuitas fuit Aethiopiæ.

Mardonius cum.i. latino ſcribť:fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum.vii.Gobriæ filius ex ſorore Darii:qui primum Xerxem Darii filium ad bellum contra græcos incitauit.

Marathon cum.th.aſpirato ſcribiť:fuit ciuitas atticæ:diſtans ab Athenis paſſus circiter decẽ milia i cuius cãpis Artaphernes & Dathis Darii perſaꝝ regis pfecti cũ centũ milibus peditũ & decem milibus equitũ ab athenienſibus ſolũ decem milibus armatis conſilio & induſtria Milciadis pfecti,pfligati ſunt & adeo pteriti:ut non caſtra:ſed naues perierint:uel late deſcripſit Herodotus libro hiſtoria.vii.Quæ omnia contingerunt teſte Gellio anno ducenteſimo & ſexageſimo poſt urbem conditam.

Marathron cum.th.aſpirato ſequente.r.ſcribitur:& dicitur a noſtris fœniculum: ſed græco uocabulo Plinius & alii nonnulli ſæpe utuntur.

Mariandyni ſecunda cum.i.latino:& penultima cũ.y.græco ſcribitur.populi ſunt teſte Herodoto libr. hiſtoriarum primo:iuxta pontum:olim ſub tyranide Crœſi.

Maris cũ.i.latino ſcribiť:fluuius eſt teſte Herodoto libro hiſt.quarto agathryſoꝝ in iſtrum defluens.

Marſi cum.i.latino ſcribitur:populi ſunt in Italia:non multum ab urbe longinqui:de quibus Pli.li.vii. &.xxiii.naturalis hiſtoriæ ait:Gẽs marſoꝝ a Marſo Circes filio ortũ habuit:ideoq; marſis ui quadã genitali aſſerit datum eſſe:ut nõ ſolum ſerpentibus ſint illæſi:ſed ſerpentum ipſi ſint domitores:& incantationibus:atq; herbarum ſuccis faciant miracula medelarum. Alii ſunt teſte Herodoto libro hiſtoria quarto eodem nomine populi ſunt Scythiæ.quæ eſt in Aſia.

Marſya cum.y.græco ſcribitur:& apud nos terminatur in.a.quæ apud græcos in as deſinit habetq; accẽtum in prima:fuit uir quidam:qui cum mineruæ ſonoram tibiam comperiſſet:& affiaram pulchrum habere ſonum ſenſiſſet:cœpit inter nymphas pulſitare. Vnde ex ea iã arte ſuperbus effectus teſte Ouidi. li.vi.faſtorum: Prouocat & phœbum:Phœbo ſuperante pependit.

Cæſa receſſerunt acute mẽbra ſua. Idẽ & latius li. vii. metamor. enarrauit. Ob quod id inq̃t ſuue. ad Neuolam. Occurris fronte obducta ceu marſia uictus: ſic ergo a Phœbo excoriatus & uictus: dicit a poetis cõuerſus in fluuium ſui nominis: qui teſte Liuio lib. vii. de bello macedonico a celenis Phrigiæ ciuitate: nec procul a Mæandri fontibus oritur. Quin & in ipſũ mæandrũ cadit: dicẽte Lucano lib. iii. qua celer & rectis deſcendẽs marſia ripis Errãtem Mæandron adit: mixtũq̃ referẽt: & reliqua. Solinus uero nõ a cælenis: ſed ab Apamia magis dicere uidetur. Quã ſane diſſonantiã ſoluerat Plinius lib. vi. natu. hiſtoriæ: cũ ait. Apamia q̃ prius Celene dicta eſt. iuxta hũc fluuiũ teſte Herod. circa finem libri quinti ſuaꝝ hiſtoriarum: Perſæ & cares grãde prælium inierunt:

Marmaridæ cũ. i. latino ſcribitur: populi ſunt aphroꝝ: teſte Pli. lib. v. natura. hiſtoriæ & Aegypto cõterminí: qui & uſq̃ ad maiores ſyrtes protendũtur.

Martyr cũ. t. exili &. y. græco ſcribit. & nõnunq̃ more græco cũ. s. in fine terminamus: dicit a nr̃is teſtis.

Martha cũ. th. aſpirato a græcis ſcribitur: nomen ẽ hebreæ fœmine proprium.

Marpiſſa cum. i. latino & duplici. ſ. ſcribit fuit teſte Hom. li. ix. ilia. filia Eueni & ſpecioſa int paucas nympha: uxorq̃ idæ oium illius ſæculi uiroꝝ formoſiſſimi: fuitq̃ mater Cleopatræ pulcherrime fœminæ & amãtiſſimæ uxoris Meleagri. Et ut ſubdit: idem Home. cũ eadem raperet ab Apolline eius uir idas arcu ſagittiſq̃ ſumptis Apollinem inuadere nõ dubitauit. Quã poſtq̃ rapta eſt: parentes Halcyonem cognominauerũt: quod mater eam domi deflebat ſortita luctuoſum ac flebile Halcyonis fatũ.

Marpeſia cũ. e. abſq̃ diphthõgo & unico. ſ. atq̃. i. latino ſcribit: mons eſt teſte Seruio ſup. vi. ænei. in inſula Paro: de quo Vir. Quam ſi dura ſilex: aut ſtet marpeſia cautes.

Maſaniſſa prima cũ. a. ſecũda ſimiliter cũ. a. poſt unicũ. s. penultima cũ. i. latino ſubſeq̃nte duplici. s. ſcribit: nõ. n. primũ. s. aliquo pacto duplicari potuit: ut ignari quidã ſyllabarũ uoluerũt: cũ eius prima a. a poetis breuis ponat. Oui. lib. i. faſtorum: Poſtera lux melior ſuperat maſaniſſa Syphacem. Et cecidit tælis Haſdrubal ipſe ſuis: At uero ex noſtris cõſuere qdam ſecũdum. a. in. e. cõmutare: ac dicere Maſeniſſam. Nõnulli uero in. i. ſed melius eſt more græco p. a. quanq̃ barbaꝝ ſit uoc abulũ. Fuit Galæ numidaꝝ regis filius: cui ſuccedens in regno: primo romanis capitalis hoſtis fuit: Deinde amiciſſimus effectus uſq̃ in finem pſeuerauit. De quo oĩa Liuius de ſecundo bello punico: & maxime lib. vii.

Maſſagetæ cũ duplicato ſ. &. t. exili ſcribit: diciturq̃ in ſingulari maſſagetes: ſunt teſte Pli. lib. vii. natur. hiſtoriæ. nobiles populi Scythiæ aſiaticæ. Hi cũ per deſerta diſcurrunt: ſanguinem ſuoꝝ potant equorum: dicente Lucauo in libro tertio: Longaq̃ ſarmatici ſoluens ieiunia belli.

Maſſagetes quo fugit equo. uolucreſq̃ geloni. Et Claudianus in Rufinũ: Et q̃ corniped es in pocula uulnerat audax maſſagetes. De quibus late ſcripſit Hero. lib. hiſtoriarum. iii.

Maſſilia cum duplicato. ſ. atq̃. i. latino utrobiq̃ & unico. l. ſcribit: urbs eſt in ſinu galliæ trãſalpinæ ſeu teſte Solino in Narbonenſi puincia: a phocenſibus quondã fugatis perſaꝝ aduentu quadrageſima quinta olympiade cõdita fuit. Iuſtinus uero lib. lxiii. inquit: Phocenſes coacti exiguitate terræ: mare curioſius exercebãt piſcãdo mercãdo: plærunq̃ latrocinio maris: quod illis tẽporibus decus erat: ueniẽtes in ſinum gallicum ad hoſtiũ amnis rhodani: cuius loci amœnitate capti: reuerſi domum ſollicitauere plures. Qui tãdem duce Proto ueniẽtes: maſſaliam cõdidire: ut idem late proſequitur.

Maſſylia cũ duplicato. ſ. atq̃. y. græco ſubſequente: & penultima cũ unico. l. &. i. latino ſcribitur: nõnulli uero illud. y. græcũ in. u. noſtrũ conuertunt: & Maſſuliã uocauerunt. Quod ſæpe fieri in antehabitis oſtendimus. Hæc teſte Seruio ſup quarto æneidos mediteranea eſt Beronicæ ciuitatis Libyæ: unde haud lõge ſunt horti heſperidũ: & mõs Atlas: dicente Didone apud Virgiliũ eodem in libro. Hinc mihi maſſyliæ gentis mõſtrata ſacerdos. Heſperidum templi cuſtos: epulaſq̃ draconi.

Quæ dabat: & ſacros ſeruabat in arbore fœtus. Martialis in. x. Nõ mea maſſylius ſeruat pomaria ſerpẽs Ab hac teſte eodem Seruio ſup ſextũ æneí. populi ſunt maſſylii: quos alio nomie mauros dicimus Liuius uero lib. viii. de ſecũdo bello punico nõ mauros ſed mauris affines dixit. Hos fuiſſe ualidiſſimos teſtatur Pli. lib. v. natura. hiſto. Ipſi quoq̃ neq̃ ſellam. neq̃ fræna quærẽtes. Sed ſola uirga cõtenti ſuos uelociter equos exagitant: dicente Lucano libro quarto.

Et gens quæ nudo reſides maſſylia dorſo:
Ora leui flectit frænoꝝ neſcia uirga. Sed hanc gentem bellis fuiſſe extinctã: dixit Pli. ꝑalegato libro:

Maſſulii cũ duplicato. ſ. ſequente. u. uocali: & unico. l. ſcribitur: populi ſunt: qui & maſſylii cum. y. græco ſcribuntur: ut in præcedenti dictione uidimus.

Maſtiche cum. t. exili ſubſequente. i. latino: &. ch. aſpirato ſcribitur: genus eſt gummi: & teſte Pli. li. xii. naturalis hiſtoriæ gemma eſt. Laudatiſſima autem chia: quæ & candida eſt.

Mathematica ſecunda cũ. th. aſpirato & abſq̃ diphthongo: reliquæ ſine aſpiratione ſcribunt dici poteſt latine diſciplinalis: ad diſciplinã enim mathematicæ ſpectant: ut geometria: arithmetrica: muſica: & aſtrologia: ſed alia eſt ſuperſticioſa: de qua in dictione magus uidimus.

Matuta abſq̃ aliqua aſpiratione ſcribit: ponit ab Homero pro aurora: unde teſte Priſciano matutinus deriuatur. A nonnullis uero græcis λεύκοθεα ideſt alba dea uocatur.

Matthæus cũ duplici. t. & ſecũdo aſpirato ſubſeq̃nte. æ. diphth. ſcribit: nomẽ ẽ hæbreũ: & uiri propriũ.

Mauritania cũ. t. exili &. i. latino ſcribit: nomẽ eſt regiõis cuiuſdã in aphrica: deductũ a μαῦρον qđ eſt nigrũ: eo q̃ nigros colonos habeat. Eſtq̃ in ultimo Aphricæ uerſus gaditanũ fretũ: & occidentale ocea-

num gignitq; ſimias:dracones:ſtruchiones:& olim plena elephantibus fuit:quos tã ſola India gignit.
Mauſolus prima cũ.au.diphthongo:ſequẽs cũ unico.s.&.o.uocali:ultima cũ unico.l.&.u.uocali ſcribitur:ſic græci:ſic Cicerone:ſic Plinius:& Gellius pro proprio uiri nomine ſcribũt. At uero poete noſtri cũ pro monumento accipiunt:inter.s.&.o.interponere unum.e.conſueuerunt:& dicere mauſeolum ut id Caroli mei arretinꝰ:Nũc caria antiquo fuerit ſpoliata ſepulchro. Vel mauſeoli nobilis extat opus Nã fuit eo noie dictus maritus Artemeſiæ Cariæ rex:cui iam mortuo amatiſſima uxor nobile ſtruxit ſepulchrũ :& de mariti nomine mauſeolum uocauit:ut Martialis lib.x. epigrãmatum: Marmora parua quidem:ſed non ceſſura uiator Mauſeoli ſaxis pyramidumq; lege. Quandoq; uero & pro ſepulchro addiderunt nonnulli poetæ ante ſyllabã eius dictionis ultimam in plurali alteꝝ.e.& dixerunt mauſeolam:ut idem Martialis libro epigrãmatum primo: Aere nec uacuo prudẽtia mauſolea. Et Lucanus lib. octauo. Pyramides claudant indignaq; mauſolea. Sane id opus teſte Plinio libro.xxxvi.naturalis hiſtoriæ inter ſeptem miracula cõputatur. Quod maximi eius tpis ſculptores ſcopas: Bryas: Timotheus: & Leochares pariter cælauere: patetq; ab auſtro & ſeptẽtrione ſexagenos ternos pedes: breuis a frontibus:toto circuitu pedes quadringentos:undecim attollitur in altitudinem:uigintiquinq; cubitis cingitur colũnis triginta ſex:& oriente cælauit Scopas:a ſeptẽtrione Bryas:a meridie Timotheus:ab occaſu Leochares:& ut ſubdit.priuſq; id opus pagerẽt:regina Arthẽſia:quæ mariti mẽoriæ id opus extrui iuſſerat obiit:non tñ ſculptores illi receſſerunt niſi abſoluto:id gloriæ ipſoꝝ tempoꝝ artiq; monumentum indicãtes:ſed ante mortẽ regina Artemiſia teſte Gellio lib.x. noctiũ atticaꝝ monumentum illud diis manibus ſacris mauſoli dicauit:fecitq; agona.i.certamen laudibus eius dicũdis:& p̃mia poſuit pecuniæ aliarũq; rerum bonaꝝ ampliſſima. Ad eas laudes decertãdas ueniſſe dicuntur uiri nobiles:ingenio atq; lingua p̃ſtabili Theopõpus: Theodoctus: Naucrites. Sunt ẽt qui Iſocratem ipſum cũ his certauiſſe memoriæ mãdauerint:ſed eo certamine uiciſſe Theopompum indicatum ẽ. Is fuit Iſocratis diſcipulus & idẽ Gellius teſtatur extat nũc quoq; Theodocti tragœdia quæ inſcribitur mauſolus:in qua eum magis q̃ in proſa placuiſſe ingenius in exemplis refert.
Mazeres cum.z.conſonãte ſcribitur:fuit Cyri miles.
Mechanicus ſecunda cũ.ch.aſpirato:ultima cũ.c.exili ſcribitur: dicitur uilis artifex.
Meciſteus abſq; aſpiratione aliqua &.i.latino:atq;.eu.diphthongo in fine ſcribitur:fuit teſte Home.lib. xiii.iliados filius Echii:& ex ſociis Aiacis thelamonii.
Medea abſq; aliqua diphthongo a noſtris ſcribit̃:licet in penultima apud græcos ſit:ει.diphthõgus:ſed nos abiicientes.i.ſolum.e.productã retinemus:fuit filia Oetæ regis colchoꝝ ex Hypſea cõiuge:quæ laſonẽ ſecuta:ab illo deinde ob Creuſam Creontis corinthioꝝ regis filiã abdicata fuit:ex quo furiis exagitata filios:quos ex iaſone ſuſceperat interfecit:atq; Athenas aduolans Aegeo regi annoſo nupſit ex quo filiũ ſuo nomine Medũ ſuſcæpit:ſed cũ deinde Theſeus Aegæi ex priori uxore filius a longa peregrinatione rediſſet:uidens illũ medea teſte luſtino lib.xlii:magnæ uirtutis uirũ:& medeũ filium infãtem eſſe:ac maritũ ſenẽ ab Aegæo per diuortiũ diſceſſit:& in Aſiam cum filio deinde perrexit:atq; ibi urbẽ condens:ab eius nomine mediã dixit. A qua tota deinde regio media dicta fuit. Hæc eadẽ a poetis nonnunq̃ dicta eſt phaſides:ut in dictione phaſis uidebimus. A medea ẽt medeides deriuat̃. Ouidi. lib.ii.de arte amandi. Non facient ut uiuat amor medeides herbæ.
Media cum.e.abſq; diphthongo ſcribit̃:regio ẽ in Aſia cõtermina Aſſyriæ & perſiæ: atq; mari hircano ſic quoq; cognominata a medo medeæ filio.
Medon cũ.e.abſq; diphthõgo ſcribit̃:fuit teſte Home.li.ii.iliados.filius nothus Oilei ex matre Rhena.
Medeficaſtes abſq; aliqua aſpiratione uel diphthongo ſcribit̃: fuit teſte Home.filia notha Priami.
Mediſtucicus abſq; aliqua aſpiratione a græcis hiſtoricis tranſlatum cõperi:nomẽ ẽ magiſtratus q̃ in cãpania ſummus habebatur.
Meduſa abſq; aliqua diphthongo:& cũ unico.ſ.ſcribitur:fuit filia Phorci ex Cetho cõiuge. De q̃ plene uidebimus in dictione pegaſus.
Megæra prima cũ.e abſq; diphthongo:ſecunda cũ.æ.diphthongo ſcribitur: cum pro furia ponit̃ primãq; ſemper corripit.:& ſecundã producit. Virg.lib.xii. æneidos.
Dicuntur geminæ peſtes cognomine diræ. Quas & tartaream mox intẽpeſta megærã:
Vno eodẽq; tulit partu. Et alibi :Furicli a ſede megæra. Claudianus ſimiliter de laudibus ſtiliconis inquit: Improba mox ſurgit triſti de ſede megæra.
Megara prima cũ.e.abſq; diphthongo:ſeq̃ns cũ.g.ſeq̃nte.a.ſcribit̃:& primã ſp ꝓducit: ac ſecundã corripit. Fuitq; filia Creõtis:dicẽte Home.lib.xi.odyſſeæ Καὶ μεγάρην Κρεΐοντος ὑπερθυμοῖο θυγατρα
Eadẽ fuit uxor Herculis:quã inſaniẽs interfecit:ut idẽ Home. & Seneca in Hercule furẽte oñderunt.
Megabyzus cũ.y.græco ſeq̃nte.z.cõſonante ſcribit̃:fuit nobilis pſaꝝ unus ex his:q cũ Dario in magũ cõiurauerunt:ut in dictiõe Darius uidimus. Et fuit zophyri pater:ut in ea dictiõe uidebimus:q zophyrus filiũ ſimiliter Megabyzũ habuit:q̃ teſte Hero.lib.hiſto.vii.unus fuit ex ducibus Xerxis.
Megacles cũ.c.exili ſcribitur:fuit teſte Hero.lib.hiſtoriaꝝ.i.uir athenienſis.& filius Alcmeonis.
Megaleſia cũ unico.l.&.i.latino ſcribit̃:fuerũt ludi magnæ matri deũ facti. De q̃bus Liuius in bello macedonico inqt. M.Iunius Brutus ædem magnæ matris deũ in palatio dedicauit:& ludos ob eã dedicationem factos megaleſia appellauit:& a mega.quod eſt magnũ deductũ uocabulum eſt.

Meges cũ.e.absq; diphthongo scribit:fuit teste Home:Phylei filius:& unus ex græcoꝝ ducibus.
Melan cum.e.absq; diphthõgo & unico.l.scribit:dicitur apud nos nigrũ: sed nõ nisi in cõpositione utimur:ut melancholia:melancholicus dicitur:aut simile.
Melancholicus antepenultima cum .ch. aspirato:sequẽs cum unico.l.&.i.latino:ultima cũ.c. exili scribitur:componiturq; ex melan:quod ẽ nigrũ:& colicus:quod a chole quæ apud nos bilis deducitur. Nam ille est:qui nigram bilem habet. Et ut refert Cicero libro tusculanaꝝ primo. Aristoteles quidam ait ingenioſos melancholicos esse:ut ego me tardiorẽ esse non moleste feram.
Melãthius cũ.th.aspirato &.i.latino scribit:nomen est uiri proprium. Et unus teste Home. fuit uir troianus quem:Eurypylus in eo bello interemit. Alius teste Theocrito fuit pastor. Alius Quintilia. teste pictor fuit cura pingendi præcipuus.
Melãthia eodẽ modo scribit:fuit teste Aristarcho sup.x.odysseæ Home. filia Deucalionis ex Pyrrha.
Melas cũ unico.l.scribit:nomẽ ẽ nonnulloꝝ fluuiorum. Nã unum esse in mygdonia ostẽdere uidetur: Ouí.cum ait lib.metamor.ii. Mygdoniusq; melas:& trænarius Eurotas Aliũ esse i minori Asia & smirnã circũeuntem Solinus in collectaneis dixit. Aliũ nauigabilẽ esse in Cilicia:& ipsius terminũ dixit Plinius lib.v.hoc ẽ Ciliciam a Pamphilia diuidẽs. Aliũ in Thracia:ut in eodẽ lib. Plinius idẽ cõfirmat.alium esse dixit Pli.lib.ii.in Boecia:q a Parnaso ꝓfluens: mineruæ sacer dicit a poetis:ḡa ripæ eius oliuis sint refertæ. De quo meminit Hero.li.hist.vii. Aliũ esse in Sicilia ostẽdere uidet Ouí.li.fastoꝝ.iiii.cum de fluminibus:& locis siciliæ q̃ peragrauerat Ceres loq̃ns inqt. Sacratũq; melã pascua læta boum.
Melampus absq; aliq̃ diphthongo:& cũ unico.l.scribit:& declinatur in genitiuo huius melãpodis:sicut huius Oedipodis. Nam nomen compositum est ex melan:quod ẽ nigrũ:& πούς pes ob quod ultimæ dictionis declinationem sequit. Fuit teste Homero lib.xv.odysseæ filius Amythaonis ex patria Argo q ut ait Mãtes fuit egregius:iuxta quod Statius libro thebaidos.iii.amythaone cretus iam senior: sed mente uirens phœboq; melampus Assotiat:passus dubium cui pronus apollo.
Oraq; cirrhea satiaret largius unda. At alii dicũt eũ fuisse medicum illustrẽ & filias Prœti helleboro sanauisse. Quod tetigisse uidet Virg.cũ dixit in.iii.georgicoꝝ cum de medicinis pro sæua peste loqueretur. Nocent artes:cessere magistri Phylirides chiron amythaoniusq; melampus.
Meleager absq; aliqua diphthongo & cũ unico.l.scribit: & habet accentũ in penultia: fuit Ocnei regis Calydoniæ & Alteæ filius. in natiuitate cuius infert Ouid. pcas tres ab Altea iã labore partus soluta uisas circa ignẽ stamia nentes:& cũ flammis ligni stipitẽ posuissent dixere. oẽ nati erit æqua cũ stipite uita. Quod cũ audisset Altea illis descẽdẽtibus surgens:stipitẽ igni subtraxit:illũq; ne cõburreret diligẽter seruauit. Quid uero de eo post uerit ipse Ouidius late descripsit metamorphoseos in octauo.
Melibœus cum unico.l.sequente.i.latino:penultima cum.œ.diphthongo scribit: pro pastore ponitur a poetis:& est quasi curam boum gerat.
Melibœa cum eadem orthographia scribit:urbs fuit littoralis magnesiæ propinqua Thessaliæ:ut testis est Hero.libro historiaꝝ.vi. Et fuit patria Philoctetæ: dicente Lucano libro sexto. Precioq; nephandæ lampados herculeis fortis melibœa pharetris.
Melicerta cũ.i.latino & absq; aliqua aspiratione scribit:fuit filius Leucotheæ:& Athamãtis regis thebarum:cũ quo mater uidens furentẽ maritũ in mare se ꝑcipitem dedit. Et cũ apud nos terminat in.a. apud græcos definit in.s.de quo Parthenius poeta græcus γλαυκωκαιεῖλινα μελικέρτᾳ.
Melciades cum.c.exili &.i.latino scribit:fuit teste Hero.lib.histo.vi.uir atheniẽsis Cypseli filius. Vel ut ait Aemilius Probus Cimonis:q factus dux belli contra Dariũ Hystapsis filiũ miráda cõtra illium cõfecit:ut uidimus in dictione marathon. Habuitq; duos filios Cimonẽ & metiochũ. Tandẽ ob crimen peculiatus in carcere defunctus ẽ:ut omnia de illo Aemilius probus breuiter collegit.
Melicratum cum unico.l.&.i.latino absq; aspiratione scribit:dicitur uinum coctum cum melle. Nã meli cum unico.l.apud græcos dicit mel:& cratum potens uinum.
Melimella in primis habet simplum.l.in ultimis duplicatũ:Et puto cannas illas esse:ex quibus iã sachrarum elicimus.martialis in primo. Dulcibus aut certãt quæ melimella fauis.
Melisphyllum secũda cũ unico.l.&.i.latio:penultima cũ.ph.aspirato &.y.græco:atq; cũ duplici.l.scribitur:dicit apud nos apiastrũ:hoc ẽ μελίφυλλον.idest apis:φύλλον folium. Nã herba ẽ: cuius folia sapiunt mel:uel qa ex illis apes q̃ facillime mel excudũt. Itaq; famelicis apibus cõuenire dixit Vir.lib.geor.iiii. cum ait. Trita melisphylla:& cerinthe ignobile gramen:Plinius similiter lib.xx. naturalis histo. Apiastrũ. Iginius quidẽ melisphyllum appellat. Sed in cõfessa damnatione ẽ uenenatum in Sardinia.
Meliloton cũ.i.latino & simplo.l.utrobiq; atq;.t.exili scribit:herba ẽ cũ flore:quã teste Plinio lib xxi.naturalis historiæ sertulã campanã uocant asertis:q̃ ex illa fieri cõsueuerant. Odor eius croco uicinus est Et flos ipsa canna placet maxime foliis breuissimis & pinguissimis. Vnde Ouí.quarto fastorum.
Pars thyma:pars rores.pars meliloton amant.
Melissus cũ.l.&.i.latino atq; duplicato.ſ.scribit:fuit rex cretensis antiqssimus:qui teste Didimo in libro narrationis tyndaricæ:ut rettulit Lactantius lib.institutionũ primo: primus diis sacrificauit. Habuitq; filias duas. Amaltheam.ſ.& melissam:q̃ louem pueꝝ caprino lacte ac melle pauerunt. Vnde melissa apes dicta fuit:& Amalthea capræ eiusdem nomen accæpit. Fuit melissus alius philosophus ex samo insula ithagenis filius ab Aristotele sæpissime nominatus:fuitq; Parmenidis auditor deinde præfectus

classis electus:magna dedit uirtutis documenta.

Melita cum unico.l.&.i.latino atq;.t.exili scribit:insula ē in siculo mari:haud lōge a sicilia:periculoso tamē diuīcta mari:ut attestat Pli.li.iii.natu.hist.& Cicero li.vi.uerrinarū. In hac ēt fuit oppidū eiusdē nominis:a quo non longe in promontorio fanū Iunonis erat:a cunctis summa cū reuerentia celebratum.

Melodia secundū rectam traductionē deberet scribi in secunda cū.œ.diphthōgo:ac dici melœdia. Nā cōponitur ex meli:& ωίλια cuius prima apud nos in.œ.diphthōgo transfertur.ut supra uidimus. Sed ut seruetur sonus græcus abiicitur.e.& solū.o.retinetur:significatq; dulcem sonum.

Melobosis cum unico.l.&.i.latino scribitur:fuit teste Hesiodo nympha oceani & Tethyos filia.

Melpomene cum.p.non aspirato scribitur:fuit una musarum:ut uidebimus in dictione musæ.

Memnō cū.m.ante.n.in eadem syllaba scribit:fuit teste Homero Tithoni filii Laomedontis troiani regis filius. De quo Diodorus siculus libro.iii.historiarū:scribit Theautamo i asia regnāte:q uigesimus a Nino atq; Semiramide descēdit Agamēnon aduersus Troiā:cū græcis bellū mouit:cū iā assyrii āplius mille annis asiæ impassent. Priamus uero bello oppressus ab rege Theutamo pfidiū ut poetæ assyriis subditus p legatos postulauit. Ille.x:milia æthiopū:totidūq; susianos cū ducētis curribus duce mēnōe ad Troiā misit. Erat tūc quoq; Tithōus illius pat pfectus psarū accæptus maxime regi:mēnō uero ætate florēs ac animi corporisq; pstās uiribus:ea maxime tēpestate uigebat. A edificasse eū ferūt in susis loco excelsiori regina:q̄ usq; ad persarū imperiū pmansit:memnonia ab illo denoiata. Srtauit & uiā leopheram in ea regione:q̄ adhuc memnonia uocat. Hic cū apud Troiā multos græcos in bello occidisset:tandē a thessalis p insidias interficitur:cuius corpus ab æthiopibus ereptum fuit:& crematū :ac illius ossa ad Tithonum patrē delata Plato uero li.iii.de legibus dixit Troiā nō assyriis subiectā:sed illo rū potētia frētā. A it enim:Nemo profecto ambiget:troianorū exemplo cōmonitus:qui assyriorū potētia fręti:quæ a Nino traxit originem:bellū in se ipsos concitarunt. Erat.n.adhuc principatus non cōtemnenda potentia. Et subdit: A ssyriorum enim principatus particula quædam Troiæ potentia fuit.

Memphis cum.i.latino scribitur.fuit urbs in ægypto:quam teste Diodoro siculo lib. histo.ii. Ogelous rex ægypti condidit ambitus stadiorū cētum & quinquaginta:urbem oium ægypti præclarissimam opportuniori totius eius oræ loco.ubi nilus in plures scissus ptes efficit formā deltæ:quo fit ut tanq̄ i nili claustro posita aditū præbeat:prohibeatq; ad superiora loca nauigantibus:& ad cohibēdam aquarum inundationem uersus notum aggeres ingētes opposuit. Et a partibus cæteris undiq; effossus est lacus ingens:ac profundus:qui urbem efficit munitissimam. Vnde & posteri reges fere omnes relictis Thebis:& regiam habitationem in ea ædificarit. Refertq; etiam idē auctor quosdam dixisse denominatā memphim a conditoris filia:aliamq; referemus opinionem in dictione Osiris.

Menalippe cū unico.l.&.i.latino atq; duplicato.p.scribit:fuit Antiopes amazonū regīæ soror. Hæc ab Hercule capta fuit in bello:quod contra amazones gessit:quā cum sorori restitueret :accæpit i pcium reginæ arma & baltheum. Nā hæc quoq; ex eo bello reportare fuerat iussus ab Aristeo. De illa etiā Iuuena.meminit in satyra:que incipit Stemata quid faciunt:cum ait: Tu personam menalippes.

Mendensium cum.i.latino scribitur:unum est ex nili hostiis

Menechæus penultima cum.ch.aspirato:&.æ.dihpthongo scribit:De uiro hoc meminit etiam Cicero circa finem libri primi tusculanarum:qui oraculo edito:largius est patriæ suum sanguinem.

Menedemus absq; aliqua diphthongo scribitur:fuit eretrihensis philosophus:Phædonis cuisdā uiri nobilis filius sed pauperis architecti. Alii sutorem tabernaculoq; aiunt fuisse:& utrāq; artem menedemū didicisse cōcedens deinde ad Platonē militiam deseruit. Fuitq; honestate & grauitate celebris:& præcipuæ auctoritatis in obiurgando. Fuit magnanimus & plene liberalis. Corporis in eo sene:ut in iuuene status fuit:athletæ instar firmus & ualidus atq; adustus. Amabat inter poetas Aratum & Lycophronem tragicum.maxime studebat Homero:deinde lyricis:deinde Sophocli. Atq; Achæo secundas partes inter tragicos dabat: Aeschylo primas.magistros Platonē & Xenocratē pariter aspernabatur. Stilponem admirabat solū infinitāq; orationis copiam fundebat. Prius habitus ludibrio ab oibus: postea in tanta fuit oium admiratiōe:ut ei gubernacula ciuitatis traderent. Et cū ob calumniā ad Antigonū proficiseretur:nec induci posset:ut patriam eriperet:septē dies cibo abstinuisse ferūt: & fic. lxxiiii. suæ ætatis anno animā exhalasse. Alius fuit menedemus similiter philosophus Caloti iampsaceni discipulus. Hic teste Hippoboto eo uenerat:ut sumpto habitu furiæ circūiret dicens:uenisse se ex inferno ipe culatorem peccātiū: ut iterato descēdens omnia dæmonibus renūciaret:quæ uidisset. Vestis hæc erat pulla tunica tallaris astricta puniceo baltheo:pilleus arcadicus capiti impostus:habens intexta elemēta.xii.cothurni tragici:prolixa barba:uirga in manu fraxinea.

Menippus cum.i.latino & duplicato.p.scribitur:fuit philosophus cynicus genere phœnix:& ut scripsit Achaicus in æthicis conditione seruus:cuius dominus teste Diocle fuit Bathus quidam pōticus.& ut rettulit Hermippus fuit diurnus fœnerator:& uocatus Hemerodanistes:tādem insidias passus:oia quæ habebat amisit:ex qua re se suspendit. Fuere sex menippi. Primus qui de lydiis scripsit:Xanthūq; breuiauit: Secundus hic ipse. Tertius stratonitus sophista. Quartus sculptor. Quintus & sextus pictores: quorum meminit A pollodorus.

Menalcas absq; diphthongo & cum.c.exili scribitur:nomen ponitur a poetis pastoris proprium.

Menesthius cum.th.aspirato:&.i.latino in penultima scribitur fuit teste Homero in initio libri sexti ilia

dos ex arna urbe Arithoi & Philomeduſæ filius: quem Paris in bello occidit.

Meneſtheus cũ.e.poſt.th.aſpiratũ.fuit Petei filius: & Diomedis auriga. Alius fuit Athenarũ dux Theſei & Phædræ filius: ac frater Demophontis. At uero cum ſcribitur.n.in mediate poſt.m.uidelicet meneſtheus: fuit uir troianus: ut in ea dictione uidebimus.

Meneſtho cum.th.aſpirato ſcribitur: una eſt ex nymphis: quæ teſte Heſiodo in theogonia filia fuit Oceani & Tethios.

Menœtius ſecunda cum.œ.diphthpongo: & penultima cum.t.exili &.i.latino ſcribitur: fuit teſte Homero lib.xi.iliados Actoris filius: & Patrocli pater: a quo menœciades Patroclus a poetis noſtris ſæpe dictus eſt ut Ouidius in prima heroidum: ſiue menœciadem falſis cecidiſſe ſub armis.

Mentor cum.t.exili ſcribitur: fuit in uaſis cælandis mirus artifex: de quo Plinius libro duodecimo naturalis hiſtoriæ: mentori inquit quotidie teſtimonium perhibet capitolinus Iuppiter: & Diana Epheſia: quibus fuere conſecrata artis eius uaſa.

Quare ait Iuuena.in ſatyra Stemata quid faciunt: Rare ſine mentore menſæ: & Carolus noſter Arretinus ad Ciriacum.

Parrhaſium tabulis uinces: uincesq; cauandis,
Pyrgotelem gemmis: mentoraq; in pateris.

Menander cum.e.abſq; diphthongo ſcribitur: & nonnunq̃ menandrus etiam traducitur: atq; primam ſemper corripit. Ouidius de triſtibus.

Fabula iucundi nulla eſt ſine amore menandri.

Et ſolet hic pueris uirginibuſq; legi. Nã fuit hic poeta comicus: & Theophraſti diſcipulus: atq; ab eo teſte pãphila.xxii.commentariorũ li.inſtitutus. Qui uel unus: ut ait hæc uerba Quintilianus de inſtitutione oratoria li.viii.meo quidem iudicio diligenter lectus ad cũcta quæ præcipimus efficienda ſufficiat: ita omnem uitæ imaginem expreſſit: tanta in eo inueniendi copia: eloquendi facultas. Ita ẽ omnibus rebus perſonis affectibus accõmodatus. hæc ille. Ob quæ putauerat illum Ouidius perpetuo duraturum: cum de illo li.de fine titulo dixerat: Dum falax ſeruus: durus pater: improba lena
Vixerit: & meretrix blanda menandrus erit. Hunc & apoſtolus Paulus ſe legiſſe indicat: cum ad corinthios ſcribens inquit. Vt ait unus ex ueſtris: Corrumpunt bonos mores confabulationes peſſimæ: qui uerſiculus eſt menandri.

Menyllus cum.y.græco & duplici.l.ſcribitur: fuit quidam athenienſis.

Mentha cum. th.aſpirato ſcribitur: & uocabulum eſt græcum herbæ nobis notiſſimæ. De qua Pli.libro xix.naturalis hiſtoriæ: menthe inquit nomen ſuauitas odoris apud græcos mutauit: cum alioquin mẽta uocaretur. Vnde ueteres noſtri declinauerant.

Meonia cũ.e.abſq; diph.&.i.latino ſcribit̃: regio ẽ in minori aſia: q̃ deinde lydia a Lydo fratre Tyrrheni cognominata fuit: ut in ea dictione uidimus. Et a meonia meonis patronymicũ fœmininũ deducit̃: ut Oui.li.ii.de fine titulo: meonis aſſyriũ fœmina tinxit ebur: & meonides maſculinũ: ut idem lib.iii.

Aſpice meonidem: a quo ceu fonte perenni Vatum pieriis ora rigauit aquis.

Mephitis cum.i.latino utrobiq;: &.t.exiliſcribitur. Nam teſte Priſcino li.vii.mephitis quoq; quod proprium eſt a græco μεφιτις ut quibuſdam uiderur mutatione.ſ.in.ph. tranſlatum: rationabiliter in.in. facit accuſatiuum. Et proprie teſte Seruio ſuper.vii.æneidos eſt terræ putor: qui de aquis naſcitur ſulphuratis: & ẽ in nẽoribus grauior ex denſitate ſyluaq;. Vnde ait Vir. Lucoſq; ſub alta Cõſulit albunea nemorum: quæ maxima ſacro Fonte ſonat ſeuamq; exhalat opaca mephiti. Et ob hoc iunonem eam eſſe quidam uolunt: quam aerem eſſe cõſtat: ex cuius corruptiõe putor naſcit̃: ita ut dea ſit odoris grauiſſimi. Alii mephiti deum eſſe uolunt leucotheæ connexum ſicut Veneri Adonis.

Menones cũ.i.latino ſcribit̃: fuit teſte Homero li.x.ili.moli filius: & li.ii.dixerat fuiſſe aurigã idomenei: & cũ eo duce nauiũ: quæ uenerant ad. Troiã: ipſi Marti ut ait martis arbitrio cõpatandũ. Habetq; accẽtum in ante penultima De quo Horatius in primo carminum ad Agrppam memor fuit his uerſibus.

Quis mater tunica tectum adamantina
Digne ſcripſerit: aut puluere troico
Nigrum merionem: aut ope palladis
Tydidem ſuperis parem:

Mercurius cũ.c.exili ſcribit̃: Nec dictio græca eſt: ſed latina a mercibus ut q̃dã aſſerũt deducta. Nã græce hermes dicit̃: ut i ea dictione uidius. Fuit iouis filius ex Maia Atlãtis filia: quã iuno p̃ oibus pellicib⁹ adamauit: ita ut illũ mox natũ teſte Martiano Capella ſuis uberibus allactauerit: ſicq; diuio lacte pſus licet ex mortali fœmina natus: ĩmortalis tñ effect⁹ ẽ dictuſq; deus facũdiæ: mercatoq;: paleſtræ furũ nũtiuſq; & iterp̃s deoq;. Eundẽ dicũt ex ſorore Venere Hermaphroditũ. Exq; Lycaone Dædalionis filia Autholiũ genuiſſe idẽ p̃cibus Iunonis Martẽ e duris carceribus liberauit: ut uidimus i dictiõe Alœus. Ipſe idẽ Argũ interemit. Prometheũ in caucaſo religauit: & mille alia: q̃ de illo poetæ cõfingunt. Ipſe lyrã ſeptichordẽ cõpit. Illi dat̃ uirga caducea: & tallaria allata ſubinnectit: dicẽte Vir.i.iiii. æneidos.

Primum pedibus tallaria nectit
Aurea: quæ ſublimen aliis ſiue æquora ſupra:
Seu terram rapido pariter cum flamine portant.

Tunc uirgam capit: has animas ille euocat orcho.
Pallentes: alias sub tartara tristia mittit.
Dat sũmos: adimitq; & lumina morte resignat.
Illa frætus agit uẽtos: & turbida tranat Nubila:
Addidit etiã his Statius galerũ cum ait:
Obnubitq; comas: & temperat astra galero.
De quo Horatius in primo carminum hymnũ scripsit.
Mercurii facunde nepos atlantis:
Qui feros cultus hominum recentũ
Voce formasti catus: & decoræ.
More palestræ.
Te canam magni iouis: & deorum
Nuntium: curuæq; lyræ parentem
Callidũ quicquid placuit iocoso
Condere furto. & plura.
Meroe cũ. œ. diuisis syllabis scribit: est teste Herodo. li. hi. ii. & Diodoro li. i. insulæ cuiusdã nili metropolis: a quo & tota insula nomen assumpsit: quã Cambyses cõdidit: itaq; a matre denominauit. Et ut subdit Diodo. insulæ forma scuti est psimilis: atq; magnitudine supat cæteras nili insulas: pater. n. lõgitudine stadiis tribus milibus: latitudine mille ciuitates in ea sũt plures sed cæteris nobilior meroe ab cuius uno latere libyã uersus plurimi arenæ cumuli: ab altero ad arabiã posito p̃cipitia montiũ isulã cingũt. Effodiunt̃ i ea aur̃: argentũ: æs. fer̃: insup & hebenũ fert. Lapidũq; multiplex genus distatq; a sye ne teste Pli. li. ii. natu. histo. q̃nq; milibus stadior̃: in qua bis in anno absumit̃ umbra rer̃. Sole. s. tenente. xii. ptẽ tauri: & quartã decimã leõis. Quare dicebat Achoreus ad Cæsarẽ apud Luca. li. x.
Ambitur nigris meroe fœcũda colonis.
Læta comis hebeni: quæ quãuis arbore multa
Frondeat æstatẽ nulla sibi mitigat umbra.
Linea tã rectũ mũdi fert illa leonẽ. Cuius icolis teste Põpo. li. iii. dimidio ẽ ptẽsior. uita q̃ nr̃a. Hor̃ fœminæ mãmas habẽt grãdes: & æquales ifantibus. Vñ luue. i saty. Exẽplo quodcũq; malo inquit.
Quis tumidũ gutur mirat̃ in alpibus: & qs
In meroe crasso maiorem infante mãmillam.
Mesena cum unico. s. scribitur: ciuitas est teste plinio libro tertio in sicilia propinqua peloro monti: fuitque teste Floro libro secundo causa primi belli punici: & inde mesani eius urbis ciues.
Mespila cũ. i. latino scribitur: & uocabulum est græcum arboris nobis notissimæ
Mesopotamia cum unico. s. atq; unico. p. &. t. exili scribitur: regio ẽ maioris asiæ in medio euphratis & tigris. Vnde & nomen assumpsit: nam mesos græce latine medium: & potamos fluuius. itaq; habet tigrim ab oriente: & euphratẽ ab occidẽte: a meridie uero babyloniã: & a septentrione caucasum.
Mesonyction cum unico. s. &. y. græco: sequentibus. ct. exilibus: atq;. i. latino in penultima scribitur: tẽpus est mediæ noctis: quasi μέσῶ: quod est medium & νοκτῖων noctium.
Messalina cũ duplici. l. & unico. l. atq;. i. latino scribit̃: putãt qdã dictionẽ hãc originaliter esse græcã & a messãla quod cognomẽ fuit uiri a deuicta messana teste cassiodoro accæptũ: & fuit fœmina romana filia Barbati messãlæ cõsobrini Tiberii Claudii quinti imperatoris: quæ cũ adolescẽtula esset ipsi Claudio seni nupta fuit. Eadẽ tãtæ libidinis fuisse fert̃: ut innumeris adulteris se submiserit: & sæpe mutata ueste lupanaria celebrauerit. Quin teste Pli. li. x. natura. histo. sto. & Sueto. in uita Claudii certauit cũ scorto famoso ad libidinis actus. seq; meretricẽ superasse inter diẽ & noctẽ quinq; & uiginti cõcubit⁹ affirmauit. Et iterrogata respõdit: potius labore fessa: q̃ cõcubitu saciata. Quod Iuuena. p plures uersus lepidissime tetigit in satyra Credo pudicitiã: quos q uoluerit ibidem legere poterit: ubi tãdẽ cõcludens inqt. Et quod potuit tamen ultima cellam clausit adhuc ardens rigidæ tẽtigine uuluæ.
Et lassata uiris nondum satiata recessit.
Tandẽ teste Cornelio Tacito li. xi. suarũ historiarũ Messalia ita fuit libidinis stimulata furore i. C. Silium iuuẽtutis romanæ pulcherrimũ genere nobilẽ. ingenio pspicacẽ: q; iuliã Syllanã nobilẽ fœminã eius matrimõio exturbauit: ut uacuo adulterio potiret̃. Nec illa furtim: sed multo comitatu ueniebat ad domũ. eius gressibus adhærebat. largiebat̃ opes: eũ honeribus sublimabat: & cũ iã illa facilitate adulteroq; in fastidiũ uersa eẽt: ne Silius eã adulterã spernaret̃: nomẽ matrimõii cõcupiuit. Cũ ergo claudius sacrificii gratia hostiã iuisset: cũcta nuptiar̃ solẽnia celebrauit: duxitq; insomnẽ noctẽ licẽtia cõiugali. Timebãt oẽs principi narrare patrata: reputãtes habentẽ Claudiũ: & fascinatiõibus uxoris deuictũ Reminiscebant̃ multoq; necis iussu messalinæ factæ: tãdem cũ lõga mora eẽt principis apud hostiam: dixit narcissus imperatori. Veniã peto. matrimoniũ Silii & messalinæ uidit populus & senatus. Et ni ppere reuertaris: tenebit maritus urbẽ. Reuertit̃ ergo princeps: moxq; adulterũ iussit ad se uenire Cui & messalinæ custodẽ dedit: traxissetq; Claudiũ messalina in iudiciũ suũ ni in cædem eius Narcissus pperasset: dicẽdo cẽturiõi & tribuno: qui aderat impatorẽ iubere cædẽ: tribuni ergo ictu necata ẽt dũ cũ mre in horto eẽt fuitq; corpus cõcessum matri. Quæ hoc in loco trãsferre uoluit: ut id Iuuena.

intelligi posset:quod ille in satyra:quæ incipit Omnibus in terris:in hæc uerba explicauit. Sed casto quid forma nocet. Et subdit:Elige quid nã suadendũ esse putes:cui nubere cæsaris uxor.
Destinat.optimus hic:& formosissimus idem. Gentis patriæ.rapitur miser extinguendus.
Messalinæ oculis:& reliqua:quæ elegantissime pluribus uersibus exequitur.
Messena cum duplici.s.sequente.e.scribitur:fuit ciuitas græcie ꝓpinqua pylo:quam teste Lactantio super quarto thebaidos amysus amnis interfluit.
Mesthles cũ.th.aspirato sequente.l.scribit:fuit teste Homero libro secũdo iliados:unus ex his ducibus qui in auxilium troianorum aduentarunt.
Metapontũ absq; aspiratione scribit.fuit italiæ oppidũ in sinu tarẽtino conditum teste Solino a locrensibus. Et inde metapontini populi:de quibus Herodotus li.histo.iii.meminit:
Methaplasmus cũ.t.exili scribitur:dici potest a nostris transformatio. Nã cõponit ex meta:quod dicitur & plasma figmentũ:unde trãslatio quædã est recti solitiq; sermonis in alterã speciẽ metri ornatus: uel necessitatis cã:cuius species sunt ꝙplures:ut diuersis in dictionibus apparebit.
Methaphora cum.t.exili &.ph.aspirato scribit:dr a Cicerone & Quintil.latine trãslatio. Fitq; Quintiliano auctore li.viii.de istitutiõe oratoria:cũ nomẽ aut uerbũ ex eo loco:in quo ꝓpriũ ẽ trãsfertur in eũ in quo aut ꝓpriũ deest:aut ut dixi quia decentius:ubi nihil horꝝ præstabit: quod transferr impropriũ erit. Et a cõparatiõe distat eo ꝙ illa coparat rei:quam uolumus exprimere.hæc pro ipsa re dicit. Nam comparatio est:cũ dico fecisse quid hominẽ ut leonem:translatio cum dico de homine leonem. Huius uis ois maxime quadruplex uidet:cum in rebus animalibus aliud pro alio ponit:Vt Liui. Scipionẽ a Catone allatrari solitũ refert:in aia pro aliis generis eiusdẽ summũ:ut Virgilii.in.vi. Classiq; immittit habenas. Aut ꝓ rebus aĩalibus in aia:ut ferro an fato metus argiuũ occidit. Aut cõtra.ut Virgi.ii.ænei. Sedet inscius alto Accipiẽs sonitũ saxi de uertice pastor. Quid ꝙ ex his teste Quintiliano oritur mira sublimitas: Quæ audaciæ proxima periculo translationis attollit. Cum rebus sensu carẽtibus actũ quendã & aios damus. Qualis est id Virgilii in.viii. Pontẽ indignatus araxes. Et illa Ciceronis pro Ligario. Quid enim tuus ille Tubero districtus in acie pharsalica gladius agebat: cuius latus ille mucro potebat. Qui sensus erat armoꝝ tuoꝝ. Duplicatur interim hæc uirtus apud Virgiliũ. cũ ait in.vii. Ferrũq; armare ueneno. Nã & uenenũ armare:& ferrũ armari:translatio est.
Metallum cum.t.exili & duplicato.l.scribitur:dici põt apud nos perscrutatũ. Nam a μεταλλῶ uerbo græco quod apud nos pescrutor dici põt:certissime deriuatur. Vnde dicebat Iuppiter apud Homerũ μητεσυ ταητα εκαζα διεϊρεω μητεμεταλλα. Ad quẽ Iuno respondens ait: καίλϊηγσεωαρος γουιηρὸ μαϊδυτε μέταλλω.
Metis cũ.t.exili &.i.latio scribit:fuit teste Hesio.i theogõia nympha q̃dã una ex filiis Oceani & tethyos
Methymna penultima cum.th.aspirato sequẽte.y.græco:ultima cũ.m.ante.n.scribit. Ciuitas ẽ i lesbo optimum uinum bibens. Ouidius i primo de arte. Gargara quot segetes:quot habet methymna racemos:& inde mhymnæus cum.æ.diphthongo i penultia deducit. Vir.i secundo georg. Nõ eadẽ arboribus pendet uidemia nostris. Quã metymnæo carpit de palmite lesbos. Ouid.i.decimo prio metamor. Et metymnæi potiunt littore lesbi.
Metathesis secũda cũ.th.aspirato & ultia cũ.i.latio scribit dr ad uerbũ trãspositio.nã meta trãs:& θεσις positio. Fitq; apud poetas cũ unica lra necessitatis cã ex uno dictiõis loco i aliũ trãsponit. Vir.in.x. At tibi tymbre caput euãdrius abstulit ensis. Nã dixit teste Seruio thymbre pro tymber. Apud oratores uero fieri dicit cum animos iudicum in res præteritas transfert.
Metamorphosis cũ.t.exili &.ph.aspirato scribitur:dicit a nostris transformatum. Nam compositum est nomen ex meta quod est trans:& morphosis mutatio. Vnde & nobile illud opus Ouidii i scribitur metamorphoseon.i.de trãsformationibus.
Methona cum.th.aspirato scribitur. Vrbs est littoralis in peloponneso.
Metalepsis cũ.t.exili &.p.ante.s.sequẽte.i.latino scribit: figura ẽ quã teste Quinti. li.iii de institutiõe oratoria nos uarie trãslatiuã:trãsumptiuã uocamus. Nã ex meta:& λαψισ:q̃ ẽ acceptio cõponit. Fitq; cũ aliqua dictio aliud a suaꝓpria significatiõe ex his:q̃ ꝓcesserunt denotat. Vir.i Tityro. Post aliquot mea regna uidẽs mirabor aristas:hoc ẽ segetes.& sic æstates:& ob id ãnos.
Methodus cũ.th.aspirato scribit:ut in antehabitis uidimus:dicit apud nos uiam:quæ pro ratione sumitur Virg.in primo georgico. Ignarisq; uiæ mecum miseratus agrestes.
Metonymia secunda cum.t.exili:sequẽs cũ.y.græco penultima cũ.i.latino scribitur:dicit a Cicerone denominatio ut Bacchus pro uino:Ceres pro pane. Terẽtius in eunucho:Sine Cerere & Bacco friget Venus. Et in andria:Fac periculũ idest experientiam:quæ ex periculis grandis accipit. Ad idem .i. Vir.Iã ꝓximus ardet Vcalegon idest domus Vcalegonis. Dicimus etiam per hanc figurã pigrum frigus:quia homines pigros facit:pallidũ timorem:eo ꝙ pallidos homines reddat.
Metiochus cũ.t.exili &.i.latino:atq;.ch.aspirato scribit:fuit teste Herodoto li.histo.vi.filius Melciadis athenensis non ex Hegesiphyle filia Oloris regis thraciæ:sed ex priore defuncta: cuius nomen non explicat. Herodotus. Et ut pergit idem auctor cũ hic a phœnicibus caperet.& Dario pharũ regi cõtra quẽ pater belũ agebat presentaret in nullo prorsus læsus fuit:sed eum donauit Darius pulcherrimo palatio multis possessionibus & diuitiis qn & uxorẽ Persam illi dedit ex q̃ fœliciter liberos procreauit

Metrũ cũ.t.exili ſcribĭt:dr̃ a noſtris menſura:qua qa uerſus cõmenſuratur.græco ẽt uocabulo a nobis. metra dicunt̃.Sũtq; eius genera multiplicia:de qbus diuus Augu.in muſica abſolutiſſime pſecutus ẽ.

Metrodorus cum.t.exili ſcribĭt:interpretari põt mẽſuræ donum: uel menſuratũ donum fuit athenienſis pictor:idemq; philoſophus:& in utraq; ſcientia:teſte Pli.lib.xxxv.natur.hiſto. magnæ auctoritatis. Itaq; cũ.L.Paulus deuicto perſe petiiſſet ab athenienſibus:uti ſibi q̃ probatiſſimũ philoſophum mitterent ad erudiendos libros athẽienſes:Metrodorꝝ elegerunt:profeſſi eundẽ in utroq; deſiderio pſtantiſſimum.Quod ita paulus quoq; indicauit.

Metrocles cum.c.&.t.exilibus ſcribitur: fuit philoſophus maronites:frater hipparchiæ:auditor primo Theophraſti:deinde Cratis thebani leuiri ſui · Obiit ſenex a ſeipſo ſuffocatus.

Metropolis abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur:dici põt ad uerbũ metricia ciuitas.Nam cõponitur ex μητηρ.quæ eſt mater & πολις .ciuitas:Et inde metropolites dicitur. qui ei ciuitati ſacerdotio præeſt.

Myia prima cũ.y.græco &.i.latino unã facientibus diphthongon ſcribĭt:dicĭt a noſtris muſca.Quam ſane dictionẽ cum aliis dictionibus compoſitã nos eo modo ſemper tranſcribimus:ut cynomya.i.canina muſca quẽadmodum in ea dictione uidimus.Eſt itaq; muſca animal immundiſſimum: & prorſus ſine memoria.Et ut teſtis ẽ Plini.lib.xxi.natu.hiſto.mons quidam eſt in creta carma noie nouem milia paſſuum ambitu:intra quod ſpatiũ muſcæ nõ reperiunt̃:natũq; ibi mel nuſq̃ attingunt.

Mycale cũ.y.græco &.c.exili:atq; unico.l.ſcribĭt:fuit teſte Herodo.lib.hiſto.i. ciuitas apud Ioniam:ubi eſt panionium:ut in ea dictione uidebimus.Fuit etiã cuiuſdam concubinæ nomen: ut Iuuenalis in ſatyra.Si te proprofiti.Sed tua nunc mycale.

Mycaleſſus cũ.y.græco &.c.exili:atq; unico.l.& duplicato.ſ.ſcribĭt:puto regionẽ fuiſſe Boetiæ:cum dicat Homerus de Boetia tractans lateque diffuſam mycaleſſum.

Mycenæ prima cũ.y.græco:& ſeq̃ns cũ.c.exili &.e.abſque diphthongo ſcribĭt urbs fuit teſte Plinio lib. .iiii.natu.hiſtoriæ in achaia:hoc ẽ in argolica achaiæ regiũcula:ſic quoque cognomiata teſte Porphyrio in ſecundũ iliadis Homeri librũ a micena nympha laconica. Fuitque agamẽnonis patria & regnũ dicẽte Virgilio:Eruet ille argos : agamẽnoniaſq; mycenas. Ponĭt a poetis etiã nõnunq̃ in ſingulari.ut Virg.in.v.æneidos: Argolicoue mari depræhenſus & urbe & mycæne: ubi dixit Seruius declinari mycene mycenes ſicut Agaue agaues. Vel latina declinatione mycenã mycenæ.

Mycerinus prima cũ.y.græco:ſequens cũ.c.exili:penultima cũ.i. latino ſcribitur: fuit teſte Hero.filius cleopis regis ægypti:poſt quẽ & ipſe in ægypto regnauit.

Micythus prima cũ.i.latino:ſequẽs cũ ypſilo:& cũ.c.exili ultima cũ.th.aſpirato ſcribĭt: fuit uerna anaxilei procuratoris reginoꝝ: & cauſa magnæ cladis tarentinoꝝ.

Mycone prima cũ.y.græco:ſequẽs cũ.c:exili ſcribĭt:inſula ẽ una ex cycladibus uicina dolo:ita ut Apollo ipſam dolon per mare errantẽ:ut dixit Virg.in tertio Mycone gyaroque reuinxit:

Microcoſmus cũ:i.latino:& abſque aliqua aſpiratiõe ſcribitur dicitur minor mundus.Nã cõponitur ex μικροσ:quod eſt paruus:& κοσμοσ mundus:

Micrologus eodẽ modo ſcribĭt:& dicĭt paruus ſermo:uel ẽt parua ratio.Nã utrunque logos deſignat.

Micropſychos penultima cũ.y.græco:& ultima cũ.ch.aſpirato ſcribĭt:dicitur puſillanimus Nã a ψυχη quæ ẽ anima cõponitur.

Midas cũ.i.latio ſcribĭt & a nõnullis abſque finali.ſ.fuit Gordiæ bubulci filius: & rex phrygũ: q̃ cũctoꝝ pene regũ opes pecũie abũdantia añceſſit:de quo Hero.in li.hiſtor. & Iuſtinus li. epitomatũ.xi.plura ſcripſerũt.Qui & Ouĭ.ſimilĭt li.xi.meta.illius fabulã elegãtiſſime ẽ pſecutus:Ita ut cũ ultio inĭ Apollinẽ & marſyam decertãtes in canendo iudex cõſtitutus eſſet:& ipſe ex hebeti ingenio p marſia ſententiã ferret:aſininis auriculis phœbo deturbatus ẽ:ut tetigit ẽt in prima ſuaſatyra Perſius.

Mydun cũ.y.græco ſcribĭt:fuit teſte Homero in.v.iliados auriga Pylemenis ducis paphlagonũ: quem Antilocus Neſtoris filius in bello troiano occidit.

Mygdonia prima cũ.y.græco:ſequens cũ.g.ante.d.penultima cũ.i.latino ſcribĭt:regio eſt macedoniæ littoralis:incipiẽs ab Aenea ciuitate craſſææ:quæ teſte Hero.in.vii.hiſtoriaꝝ ab oriẽte eſt illi cõtermina:& uſque in thermopontũ:ſeu thermicũ ſinũ ut alii uocãt ꝓtenditur. In hac Niobe in ſaxũ cõuerſa cõſpicitur:ut Ouid.in:xiiii.epiſtola heroidũ.

Quæque ſuperba parẽs ſaxo per corpus aborto.

Nũc quoq; mygdõia flebilis aſtat humo.Et Sappho ĩ epiſtola ad phaonẽ.Quæ mihi mygdõii marmoris ĩſtar erãt:iuxta hãc ẽ inſula mygdo:de q̃ meminit Iuue.in.iii.ſatyra cũ dixit. Aſt hic mygdõe relicta

Mygdonus eodẽ mõ uti ſupior ſcribĭt:fuit frater Otrei:ac teſte Porphyrio ſup tertiũ iliados Homeri libr̃ ambo fratres Hecubæ uxoris regis Priami: & ciſſei filii :ambo reges ĩ thracia:& patrueles Polymeſtoris & a Mygdono eius filius Chorebus mygdonides.Nam teſte Seruio patronymicũ ẽ quia ſi gentis eſſet mygdonius diceret̃.nã ut ait nullũ gẽtis patronymicũ in des exit.

Miletus cũ.i.latino & unico.l.atq;.t.exili ſcribĭt:fuit teſte Pli.li.v.natura.hiſto.urbs ĩ ionia atque eius regionis caput:in qua teſte Seruio ſup.iii.georgicoꝝ Virgi. lana optime tingebat̃:a qua mileſia uellera dicta eſſe cẽſemus.ut Virg.i.iiii.georgicoꝝ.Mileſia uellera nymphæ Carpebãt alia fuit teſte Homero lib.ii.iliados in Creta:alia ĩ leſbo:a qua nõnulli magis mileſia dici uellera uoluerunt.

Mily prima cũ.i.latino:ſequẽs cũ.y.græco ſcribĭt:fuit teſte Herodo.locus in aſia:qui ante ſolyma uoca

batur:quæ lycii incolunt.
Mylitia prima cū.y.græco:sequēs cū unico.l.&.i.latino:atq; subsequente duplicato.t.scribit:dicit teste Herodoto lib.historiaꝝ.i.assyriorum lingua Venus.
Milo cum.i.latino & unico.l.scribit:fuit uir crotonēsis athleta illustris & qui supra humanas uires fecit se dicit.Nam taurū in olimpico certamine ictu nudæ dextræ occidisse tradit: & p stadiū in humeris sine fatigatiōe portasse:totūq; die quo illum mactauerat comedisse.Hūc teste Gellio lib.xv.noctiū atticaꝝ in chronicis scriptū est Olimpiade primum coronatū esse. Exitumq; habuit uita miserandū & mirandum:ut idem late psequit.Et Valerius de mortibus non uulgaribus.
Mimas cū.i.latino scribit:mons est in minori asia ut ostendit Home.in hymnis:in quo cū Bacchus mirum in modum a mulieribus celebraretur.dicte sunt bacchantes mimalonides.
Mimallonides cū.i.latino & duplicato.l.scribitur:cognomen fuit bacchantiū mulierum deductū a mōte minoris asiæ:qui mimas uocatur:de quibus Ouidius de arte amādi lib.i.tetigit: Ecce mimallonides sparsis in terga capillis.
Mimus cum.i.latino scribit:dici potest a nostris effictor.Nam μιμοῦμαι:quod est imitor deriuat & uel intra uel extra scænam gesticulationes quasdam exercebat. quibus gestis hominū ac naturas effingēs lætissimis sententiis populum in risum conuertebat.
Minerua cū.i.latino scribit:nec dictio græca est:ut quidā ignari putauerūt:sed latina cuius interptationem dixit Balbus apud Cicer.in secūdo de natura deoꝝ:quasi uim minet.Nā græce quoq; Pallas dicit ut in ea dictiōe late uidebimus.Et a uerbo πάλλω:quod est uibro: deducta est: eo quod hastā uibrare: docuerit:& cōsueuerit. Vnde Palladium eius simulachrum dictum fuit:quod Romæ in æde. Vestæ fuisse ostendit Plini.lib.vii.naturalis historiæ.Nam cum laudes summas.L. Metelli eius fœlicitatem indicantes enarrasset:quæ nulli alii postremam conditatem cōtingere:subdit hæc omnia abūde uno casu refutari possunt:quoniā his metellus orbam luminibus exægit senectam amissis incēdio cū palladium raperet ex æde Veste memorabili cā:sed euētu misero. Quo fit ut infœlix quidem dici nō debeat: fœlix tamen esse nō possit: Tribuit ei populus romanus quod nulli alii abscōdito æuo: aut quotiens in senatū iret:curru ueheret ad curiam.Magnum ei & sublime:sed pro oculis datum de quo certa intellexit Iuuenalis:cum ait in.iii.satyra.
Da testem romæ tan sanctus q̄ fuit hospes.
Numinis idæi:procedat uel numa:uel qui
Seruauit trepidā flagranti ex æde mineruam.Fuit namq; hospes numinis idæi. Scipio Nasica ei⁹.Cn. Scipionis filius:teste Liuio li.ix.de secundo bello punico.qui cū.P. Scipione patre maioris Aphricani in hispania cæsus ē dictus Nausica Donato teste in arte maiori cū de agnomine tractat: ḡa maiores nares habuit.Hic teste Pli.vii.naturalis historiæ:& eius nepote de uiris illustribus cū adolescēs esset uir optimus oīum romanoꝝ iudicio senatus & populi decretus est. Quare idæā matrē pessimū te uenientē: nō mō in urbē:ueꝝ a mari in palatiū detulit.Procedat Numa:qui teste Liuio li.i.ab urbe.secundus fuit romanoꝝ rex e curibus sabinis claro oppido natus Pompilii filius suo sæculo iusticia & religiōe clarissimus:plene ius diuinum & humanū nouerat. Quare dixit Ouidius in.xv. metamorphoseos.
Destinat imperio clarum prænuntia ueri.
Fama numā:hāc tantā prudētiā natura portendit:cū prima fuerit ætate canus:uel procedat qui seruauit a flāmis illæsam trepidā mineruā:quæ lignea erat:& facile ab igni cōburi poterat:quo sane incēdio luminibus orbatus euasit. Quare dixit idē Iuue.in satyra Credo pudicitiā Dicite uos neptes lepidi cæciq; metelli:qñ.s.Mineruam per flāmas ex flagrāti æde.s. Vestæ eripuit. Vnde Liuius in.vi. belli punici secundi incendiū describens:quo tabernæ argentariæ arserunt:subiunxit cōpræhensa postea priuata ædificia.neq; n.tunc basilicæ erant compræhensæ latomiæ forumq; piscarium & artium regū ædes uix Vestæ defensa est:sed ut puto aliud fuit eius ædis incendiū uel forte alterius.
Minyæ prima cū.i.latino:alia cū.y.græco scribit:fuerūt thessaliæ populi q teste Orpheo in argonautica iasonē ad colchos pficiscentē secuti sūt:.uñ ait Ouī.i initio septimi meta.lāq; frætū miniæ pegasea pupe secabāt. Quare dixit Lucanus in.vi.thessaliā describens. Vnde minyæ gens cognita remis.
Minyæus eodem modo uti superior dictio scribit:fluuius ē a thessalia ueniens:qui teste Home.in.xi.iliados: oppido arenæ uicinus hostia mari facit.
Minos cū.i.latino scribit:fuit iouis filius ex europa ut poetæ fere oēs asserūt. Alii uero nōnulli affirmāt eū nō ionis sed Xanthi regis cretensiū ex Europa filiū fuisse:coi in regno successit. Herod.uero in lib. historiaꝝ.i.de illo loquens dixit cū fratre Sarpedone de regno Cretæ dissensisse:se illo fugato regnum obtinuisse.idem teste Aristotele in æthicis & politicis primus cretensibus leges dedit.
Minotaurus cū.i.latino &.t.exili scribit:dictio ē cōposita ex minoe & tauro:quasi minois taurus. Nā ut scribit Home.lib.viii.odysseæ cū minos bello cōtra athenienses & megarenses:q Androgeū filium ite remerāt detinereť:Pasyphe eius uxor a Venere:quæ in sobolem Solis irata erat ad infaustum amorē formosi tauri compellitur:cum quo arte Dædali in uacca ligneæ corio amatæ uaccæ circūposita concubuit:ac grauida facta minotaurum genuit:dicente & Virgilio in sexto æneidos.
Contra elata mari respondet gnosia tellus. Pasyphæ:mixtumq; genus proleſq; biformis.
Hic crudelis amor tauri:suppostaq; furto Minotaurus inest:ueneris monumēta nefādæ. idē in buco.

Et fortunatam si nunq̃ armenta fuisset. Pasyphæn:niuei solatur amore iuuenci.
Quod cum resciuisset minos monstruosum filiũ ex uxore natũ:quia media parte hõ: & altera media taurus erat:illum labyrintho conclusit:dicente ẽt Ouidio in.viii.metamorphoseos.
Quo postq̃ geminã tauri iuuenisq; figurã. Clausit:& actæo bis pastum sanguine monstrum.
Tertia sors annis domuit repetita nouenis. Nã uictis athẽiensibus iussit minos in uindictã Androgei il los quottãnis septẽ ex filiis dare:quos minotauro deuorandos præbebat:dicẽte Virg.in.vi. Tum pendere pœnas Cecropidæ iussi:miseq; septena quotannis Corpora natoq;:stat ductis sortibus urna Et ut nõ nulli ferũt primis tribus ãnis plæbeioq; natos scãis trib⁹ ãnis populares:tertiis uero nobiles exhibuerũt:inẽ quos theseus sorte missus adiutorio Ariadnes Minotauq; intemit:& ex ipso labyrintho euasit ac clã diffugiẽs Ariadnẽ & phedrã sorores & minois filias trãsportauit:ut uidius in dictione Ariadne: Minturne cũ.i.latino &.t.exili scribit:fuit oppidũ in cãpania habẽs propinquas paludes:in qbus Marius cũ Syllæ rabiem effugeret delulit. De quo Iuue.in satyra Oibus in terris inqt:Exilium & carcer minturnarumq; palũdes:Et mẽdicatus uicta Carthagine panis:de quo mario loqtur: sed subobscure quæ dã tãgit:quæ explanatione indigent:itaq; pro loci huius declaratiõe traducẽdum duxi id Plutarchi qđ in uita marii ad rẽ hanc spectare uidetur:cũ narrauerit Plutarchus discessum marii ex minturnis: qui fere nudus & omni auxilio destitutus abscessit:& delatum eũ ad ænariam insulam dixerit: ubi Graniũ & amicos alios quosdã cõperit:prosequit quẽadmodum cũ illis ad Hiempsalẽ numidaq; regẽ pro auxiliis nauigare decreuerat. Sed otium egens cũ & a quæ inopia grauaret:ericem usq; silitiã maxime aquatũ uenit:ubi a locis eius quæstore nõnullis ex sociis amissis:uix ipse euadere potuit:quin cõpræhenderetur. Sed ad nauem reductus ad mẽingam inde insulam nauigauit:in qua certitudine susceptã de salute filii:qui cum Cethego erat paululũ respirauit:intim uenit in mentẽ petere Carthaginẽ: & hoc iõ quia erat libyæ & eius urbis præfectus Sextilius uir quidem romanus sibi diu cognitus:qui licet a se hactenus neq; grata neq; ingrata susceptisse:sperabat tamen illum quadã cõmiseratiõe in se cõmotoq;: & sibi ad minus in cõmeatu præsidio affuturq;:quare Carthaginem attingens cũ paucis sociis naui egressus ẽ: Quod cũ sextilius pfectus persensisset:statim obuiã mario lictorẽ emisit: qui illi quoq; nuntiaret ex aphrica q̃primũ discederet:quod si secus faceret:uelle se decretis senatus obtẽperare: & romãorum hostẽ habere Quib⁹ a lictore auditis magna marius mæstitia afficit:& ingẽti dolore cõfractus imobiles in lictorem oculos defixit:ac diu intra silentiũ se cõtinens:repẽsitabat casus acerbitatem: & cõmeatus necessitatẽ cõsiderabat. Sed instante lictore ac interrogãte quid præfacto responderet. Marius tũc suspiriis ab alto pectore tractis & atrocis oculos in littore intẽdens:in hac tandẽ uerba prupit:nuntia Sextilo te uidisse. C. Mariũ in ruinis Carthaginis sedentẽ:exulẽq; & panẽ mẽdicantẽ. Nec plura dicẽs ad nauẽ q̃primũ rediit. Hæc ex Plutarcho traducere uolui:ut id Iuue. itelligi possit. Et mẽdicatus uicta Carthagine panis:hoc ẽ apud Carthaginẽ uictã:qa in ipius Carthaginis ruinis nec ipetrare ualuisse.
Myoparo cũ.y.græco scribit:genus ẽ nauis q̃ piratæ uti cõsueuerãt:aqua & ipsi myoparones uocati sũt
Myoparones cum.y.græco scribit:dicti sunt piratæ ut in præcedenti dictione uidimus.
Myophones cum.y.græco scribitur:dicitur myon.i.murium interfector:quo noie nõnulli aconitũ uocauere.ut in ea dictione uidimus.
Mipsæi prima cum.i.latino:sequẽs cũ.ps.sequẽte.æ.diphthongo scribitur:populi sunt thraciæ:ut ostẽdit Herodotus in.iiii.historiarum libro.
Miraciũ cũ.i.latio &.c.exili scribit. Nonnunq̃ ab antiquis habitũ ẽ in usu:& adolescentulum denotat.
Myriandrus prima cũ.y.græco:sequẽs cum.i.latino scribitur:nomen ẽ uiri proprium. quod decẽ milia uir significat.
Myrica prima cũ.y.græco:sequẽs cũ.i.latino & ultima cũ.c.exili scribit:genus ẽ uirgulti humilis:ut dixit Seruius:qđ apud nos geneatã quidã dici putãt. Ideo ait Virg.in bucolico: humilesq; myricæ.
Myrmix prima cũ.y.græcõ sequẽs cũ.i.latino scribit: dicitur apud nos formica.
Myrmidones prima cũ.y.græco:sequẽs cũ.i. latino scribit. populi fuerũt thessaliæ a myrmidone Iouis folio & eoq; duce cognominati:ut scripsit Heratosthenes. Seruius uero super.ii.æneidos librũ.dicit fuisse in attica regione puellã myrmionem nomine:ob solertiã & castimoniã mineruæ gratã: quæ cũ aratrum in odium Cereris a minerua cõditum hominibus demonstraret: a turbata minerua in formicã uersa fuit.quæ græca lingua mirmyx dicitur.quam damnauit ut nunq̃ desisteret a congregádis granis sed quia aduenìente peste in ægina in insula exformicis deinde populi restituti sunt: Vt late narrauit Ouidius lib.metamorphoseos.populi illi dicti sunt myrmidones.
Myrmilon eode modo ut superior dictio scribitur:fuit histrionis nomen ut Iuue. Aut myrmilonem ex primat infans:& a myrmice quæ latine formica dicitur. quasi ferentes micã descendit.
Myron cũ.y.græco scribitur:fuit teste Plinio lib.xxiiii.naturalis historiæ:statuarius Eleutheri natus: & Hegesiladis discipulus. Etiam myron apud græcos quod a nostris unguẽtũ dicit:& ut dixit Pli.ĩ initio libri.xiii.unguenta qs primus inuenit non tradit:illacis tẽporibus non erant nec ture supplicabatur: cedri tantum & citri suorum fructicum & in sacris fumo conuolutũ in nidorem uerius q̃ odorem noscrãt:iã rosæ suco recepto. Et subdit primum qđ equidẽ inueniã castris Dari regis expugnatis in reli quo eius apparatu Alexander cæpit scrineũ unguẽtoq;. Et in seqntibus inqt:unguẽtis cognomina dederũt aliis patriæ:aliis succi:aliis arbores: aliis causæ:& ut alibi ait.fuit unguẽtaria uoluptas a romãis

inter laudatiſſima:atq; etiam honeſtiſſima uitæ bona admiſſa.
Myrapia prima cum.y.græco penultima cũ.i.latino ſcribit̃:genus eſt pyrꝯ ſic quoq; teſte dictorũ Plinio li.xv.quia odorem gratiſſium gerunt:unde a miron deducit̃:quaſi odorem redolentia.
Myrobalanũ cũ.y.græco.&.o.ante.b.&.a.ante.l.ſcribit̃:fructus eſt teſte Pli.li.xii. natu. hiſto. arboris quã helitropiũ uocãt:magnitudinẽ auellanæ nucis Cõmunis trogoditis:& thebaidi:& arabiæ: quæ iudæam ab ægypto diſterminat.Noſcentibus unguenta cognitus:ut ipſo noĩe apparet. Nã μυρον unguentũ deſignat & βαλανον nucem ſeu glandem:unde alio in loco de quodã palmaꝝ fructu inquit rotũdi ſunt:& quã balanis ſimiliores:& illũ eſſe puto:quem alibi phœnicobalanũ uocauit.
Myronides prima cũ.y.græco ſcribit̃:nomen fuit propriũ uiri athenienſis.
Myrtus cũ.y.græco &.t.exili ſcribit̃:& non cum.th.aſpirato ut quidã putauerũt:arbuſcula ẽ nobis notiſſima:ut dicũt poetæ Veneri ſacra:& hoc teſte Seruí.ſuper.ii.georgicorum:uel quod gaudet littoribus::& Venus de mari dicitur procreata:uel quod ut medicorum indicãt libri apta eſt mulierum neceſſitatibus plurimis:eadem teſte Plini.in.xv.naturalis hiſtoriæ: primum Celæni Elpenoris tumulo uiſa traditur & eodem libro ait:uirgæ quoq; eius geſtatæ uiatori pediti in longo itinere proſunt. Hae etiam coronabantur ouantes:ut uidebimus in dictione ſtemma.
Myrſus prima cum.y.græco ſcribitur:fuit pater Candaulis:ut in ea dictione uidimus.
Myrſius cum.y.græco.ſequens cum.i.latino ſcribitur:fuit teſte Herodoto libro .i.hiſtoriarũ: ille idem qui & Candaules dictus fuit.
Myrtilus prima:cũ.y.græco:ſequẽs cũ.t.exili &.i.latio:ultima cũ unico.l.ſcribit̃:fuit teſte Iginio ĩ lib. de aſtronomia poetica Mercurii filius ex Clytia.& Oenomai regis belidis:& piſæ auriga: a Pelope in mare proiectus:unde pelagus myrtoum nomen aſſumpſit ut in dictione Hippodamia uidimus.
Myrtoũ cũ.y.græco:&.t.exili ſcribitur pelagus eſt pars maris:ægæi nomen ab Myrtilo accipiens: qui in illo ꝓiectus fuit.Horatius in primo carminũ Myrtoum pauidus nauta ſecet mare.
Myrrha cũ.y.græco & duplicato.r.atq; ſecũdo aſpirato ſcribit̃:fuit cynaræ cypriꝯ regis ex Cõcrea cõiuge filia:q̃ id illa ꝓcurãte a patrẽ inſcio effecta grauida.atq; deinde recognita:ejus iram ĩ ſabæam diffugit:ubi deoꝝ cõmiſerariõe in arborem ſui nominis trãſformata fuit. Cuius pariendi tpe inſtãte: & agente ſolis calore Adonem peperit:quem nymphæ liquoribus unxere maternis.atq; adhibita diligẽtia nutriuere:ut late oĩa ptractauit Ouid.li.metamorpho.x.hãc arborem referente Plinio li.natu.hi. xii.in eiſdem ſiluis cũ ture pmixta naſci tradidere nõnulli:plures ſeparatim:& multis in locis arabiæ gignit̃.Eſtq; arboris altitudo ad quinq; cubita:ne ſine ſpina:caduce duro & in torto:craſſiore q̃ turis. Et ut ipſe Pli.dixit nõ dant ex myrrha ſabæi portionem deo qm̃ & apud alios naſcitur.
Myrrhina cum.y.græco & duplicato.r.atq; ſecundo aſpirato ſubſequente.i.latino ſcribit̃. Nõnulli uero ex latinis illud.y.græcum in.u.noſtrum cõuertunt ac ſcribunt myrrhina:quã humorem ſubterraneum eſſe dixit Pli.li.xxxvii.natu.hi.& ſub terra calore denſatum:dixitq; habere nitorẽ potius q̃ ſplẽdorem. Sed in principio uarietatem colorꝝ eſſe ſubinde circum agentibus ſe maculis in purpurã candoremq;:& tertium quendã ex utraq; igneſcentem ueluti per tranſitum coloris purpuræ aut rubeſcẽtem lacteo. Sũt qui maxime in his ludant quoſdam colorum repercuſſus:quales in cæleſti arcu ſpectãtur:maculæ pingues placent:tranſlucere quicquam aut palere uitium eſt. Et ut idem auctor ait myrrhinam primus in urbem poma eius ex uictoria mitridatica inuexit. Eiuſq; luſum in pocula excreſcere quottidie:fuiſſeq; Romæ myrrhinum calicem.lxx.talentis emptum:capaceſq; ad ſextarios tres idẽ auctor rettulit. At Titum petronium conſularem trullam myrrhinam trecentis emptam moritum frægiſſe Neronis inuidia:rettulit etiam ipſe Plinius ſe annumerari uidiſſe unius ſcyphi fracti mẽbra:qui corporis Alexandri magni coditorium fuit:Oriens myrrhinam mittit.Inuenitur ibi in pluribus locis:nec in ſingulis præcipue in carmania.
Myrina prima cũ.y.græco ſequẽs cũ unico.r.&.i.latio ſcribit̃:fuit teſte Home.ĩ.ii.ilia.urbs ĩ æolia.
Myrſinus pria cũ.y.græco ſequẽs cũ.i.latio ſcribit̃:fuit teſte Home.li.ii.ilia.ciuitas ĩ pelopõneſo.
Myſon cũ.y.græco & unico.ſ.ſcribit̃:fuit teſte Hermippo cheneus patria:ſed floruit Athenis philoſophus inſignis:habuitq; teſte Siſocrate patrem Strimonem nomine:quẽ tyrãnum fuiſſe aiunt. Huius opera Piſiſtrato tyranno aſcripta creduntur.
Myſia pria cum.y.græco ſequens cum unico.ſ.&.i.latino ſcribitur:prouincia eſt phrigiæ adiacens heleſpõto:teſte Plinio libro quinto naturalis hiſtoriæ conterminam habet æoliã:in qua ciuitas ẽ mœſia dicente Seruio ſuper primum georgicorum:myſia prouincia eſt mœſia uero ciuitas haud longe a troia:de qua in ea dictione uidebimus.
Myſterium prima cũ.y.græco:ſequens cũ.t.exili ſcribitur:& teſte Clemente in ſtromatibus μυσος qđ eſt odium deducitur. Apolodorus uero ut ait a myunte quodã atteo qui uenando periit nomen funebris honoris acæpiſſe.Itaq; uti orgia abuſiue pro ſolis bacchi ſacris poni conſuetum eſt.
Myſtyſticũ eodẽ mõ ſcribit̃:& a myſterio deducit̃:at miniſteriũ a miniſtrando larinũ eſt.
Miſis cũ.i.latino ſcribit̃:fuit teſte Herodroto libro hiſtoriaũ.ii.primus ægipti rex.
Mitylene prima cũ.i.latino:ſequens cũ.t.exili &.y.græco ſcribit̃:inſula eſt nobilis ĩ ægæo mari alio nomine leſbos cognominata:unde leſbides patronymicũ fœminiñ:qđ in prima detinet accentum: ut Oui.Leſbides euerſa corpora capta domo.

Mithridates prima cū.i.latino:ſequēs cū.th.aſpirato:&.i.latino:ultima cū.t.exili ſcribīt fuit rex pōti:& filiꝰ pharnacis regis parthoꝝ & romanoꝝ amiciſſimus:q & filiū hūit Mithridatē romāoꝝ hoſtē: & ter a romanis uictū. Nā ut ait Pli.li.xxv.natu.hiſto.quottidie Antidotū contra uenena ſumebat adeo ut cū quadraginta ſex annis cū romāis bella fouiſſet:ut latæ oñdit Iuſtinus li.xxxviii.tribus demū ingēti bus bellis fœlicitate Syllæ:uirtute Luculli:& Pōpeii magnitudie uictus eēt:& iā mortē ſibi iferri decre uiſſet:ut dixit gellius li.xvii. & fruſtra uioletiſſima uenena ſumpſiſſet,ultimo gladio ſe trāſfixit. Pliní. uero nepos in lib.de uiris illuſtribus dixit illū uenenū ſumpſiſſe quo tarde agente ꝓcuſſorē gallū atro ci uultu territū reuocauit:& in cædē ſuā manū trepidātis adiuuit. Alii uero acutiſſimo ueneno extictū illū fuiſſe aſſerūt. Quos Lucanus ſecutus in.i.li.ait. Poſt cilicas ne uagos & laſſi pontica regis. Prælia barbarico uix cōſumat ita ueneno. De cuius ſingulari memoria uidebimus in dictione Themiſtocles

Mitra cum.i.latino &.t.exili ſcribīt:nomen ē barbarū:Eratq; teſte Seruio ſuper.iii.æneidos: incuruus pilleus de quo ut ait pendebat baccaꝝ tegmē:quo phrygii & lydii utebanť:ideo Hiarbas in Aeneam dixit apud Virgiliū præfato libro Meonia mentum mitra crinemq; madente. Subnixus. Et Iuuenalis ite quibus grata eſt picta lupa barbara mitra.

Mythus cum.y.græco &.th.aſpirato ſcribīt:apud nos iterpretatur fabula.& ide mythicus fabuloſus & fuit fabulādi conſuetudo teſte gellio a græcis primū cōperta:quorum leuitas inſtructa dicendi facul tate & copia:incredibile eſt quantas mendacioꝝ nebulas excitauerint.

Mneſtheus cū.n.poſt.m.&.th.aſpirato ſequēte.eu.diphthōgo ſcribīt:nomē fuit ꝓpriū uiri troiani: ut Virgili.in.i.li.æneidos:Mneſteū ſergeſtūq; uocat:fuitq; ex domo regia ab Aſſaraco genus trahēs:ut idē in.xii.Et genus aſſaraci mneſtheus.Nōnunq; uero cā metri addīt imediate poſt.m.alterū.e. & dī a poetis meneſtheus:ut Vir.in.x.Nec litio genitore minor:nec fratre meneſtheo:nec aliter uerſus ſtare poſſet:ut ēt Seruius annotauit:atq; in ultima ſynereſim fecit ex.e.&.o.ꝓpter rectā ſcanſionē.

Mna cum.n.poſt.m.in eadē ſyllaba ſcribīt:id dicīt quod noſtri minam uocant: quæ teſte Varrone & Priſciano:unam continet libram.

Monas cum unico.n.ſcribīt:dicitur a noſtris unitas:& monos unus.

Mōachus cū.ch.aſpirato ſcribīt:& a monos deducīt:atq; a noſtris ſolitarius dici pōt. Vnde & monocu lum unicum habentem oculum dicimus.

Monarcha cum.ch.aſpirato ſcribīt dicīt a noſtris unicus princeps:μονος enim ſolus: & αρχος prin ceps dicīt:& monarchia unius principatus.

Monacris cum.c.exili ſcribīt:mons eſt arcadiæ quaſi μονηακρις ideſt ſola ſummitas.

Mōychus cū.y.græco &.ch.aſpirato ſcribīt:nomē ē cētauri ꝓpriū:ut latini:poetæ atteſtāť:atq; cōpoſi tum ex μονος & ονυξ quaſi ſolus ſiue unicus unguis:Nō.n.erat ei pes aut unguis ut bobus: ſed ut eqs At in cōpoſitione.a.primo noīe ultima aufertur ſyllaba:uidelicet νος:& remanet mo cum o micro: quod naturaliter ſemp eſt breue:ſecundū uero nomē ſimiliter ab.o.micro incipit:quæ duo breuia in uicē cōiuncta per ſynæreſim unū.ω.mega conficiunt:quod ſemper eſt longū: Vnde ab Homero ſcri bitur μωνυς cuius genitiuus μωνυκος.a qno poetæ noſtri nomē ipſum ꝓpriū formauerūt: uidelicet monichus cū prima longa:ut Iuue.in prima ſaty.Quantas iaculeť monychus ornos:& Ouid.viii.me tamor.Monichus exclamat.Lucanus ſimiliter libro ſexto:

Aſpera te pholoes frangentē monyche ſaxa. Teq; ſub oetheo torquentē uertice uulſas.

Rhete ferox quas uix boreas inuerteret ornos:& hoc uel quia uterq; potuit & ſaxa uellere & ornos ia culari uel Iuue.monychū ꝓ Rheto poſuit:ut Vir.in.i.ænei. Teucrū pro Dardano:in bucolico. Philo menā pro progne:& i li.geor.tertio.Pollucē ꝓ caſtore.ſane Homerus nō ꝓpriū illud:ſed appellatiuū poſuit:uidelicet ꝓ epitheto equoꝝ:cū ait i.v.iliados αυτωτεκτεϊνηκαιελαθη μωνυχουσ ιππους:hoc eſt ſi dicere poſſemus unguichios equos cum pria lōga:a quo poetæ noſtri ꝓprium deduxerūt: atque eodem mō productam primam ſeruauerūt.

Monymus cū.y.græco ſcribīt:fuit mēſarii cuiuſdā corithii ſamulus:ad quē cum Xenides:q Diogenē emerat ſæpe pgeret:& laudes eximias uiri:quē emerat p̄dicaret:monymuſq; ſæpiſſime illū audiret:in Diogenis deſideriū tract⁹ finxit ſe iſanū:& monetā ſpargere cœpit:q̄re a dño repudiat⁹ ad Diogenē ſe cōtulit:cui⁹ doctrinā ſecut⁹ euaſit uir eloquēs:& doctus.de quo menāder comicus mētionē facit.

Monomachia cū.ch.aſpirato &.i.latio ſcribīt:dicitur a nobis ſingulare certamen.Nā cōponīt ex mo nos quod ſingulū denotat:& machia quæ eſt pugna.

Monoſceli cū.c.exili ſequente.e.ſine diphthongo ſcribīt:hoīes illi dicebantur teſte Pli.li.vii. naturalis hiſto.q ſingulis cruribus naſcebanť:& miræ pernicitatis ad ſaltū erāt:nam dictio eſt compoſita ex mo nos quod eſt unicum:& σκελος crus.

Monœcus penultia cū.œ.diphthōgo:& ultima cū.c.exili ſcribīt:portus ē in liguria:ſic quoq; ab Hercu le cognomiatus:de quo Virg.li.ænei.vi. Aggeribus ſocer alpinis atq; arce monœci. Nam cōponīt ex monos q̄ eſt ſolus:& οικος domus. Et teſte Seruio iō putant Herculē ſic dictū: uel qđ pulſis oībus illic ſolus habitauit:uel qđ i eius tēplo nunquam aliqs deoꝝ ſimul colitur:ſicut i templo iouis colitur mi nerua & luno:i templo ueneris Cupido.

Monoptotō abſq; aſpiratiōe ſcribīt dici p̄t un⁹ caſus.Nā cōponīt ex monos q ē un⁹.& πτωσις caſus.

Monoxyla cū.y.græco & unico.l.ſcribitur:deſigat apud nos ea quæ tantummodo ſunt lignea:monos

enim ſolum:& ξυλα ligna dicuntur.
Moloſſa cũ unico.l.& duplicato.ſ.ſcribit̃:regio ẽ Europæ:quæ poſtea Epirus dicta fuit:ut in ea dictiõe uidimus.Ouid.in.i.metamor:Nec cõtentus eo eſt:miſſi de gente moloſſa Obſidis unius iugulum mucrone reſoluit:at in moloſſa bonos canes naſci cũ amultis refertur:tũ ab Horatio in epodo.Nã qualis aut moloſſus:aut fuluus laconica uis paſtoribus agã p altas aure ſublata niues quæq; præcedet fera.
Et Virgili.in.iii.geor.Nec tibi cura canũ fuerit poſtrema:ſed una Velocis ſparthæ catulos acrẽq; moloſſum Paſce ſero pingui:ſed in canibus ſparthanis ſeu laconicis uelocitas:in moloſſis fortitudo laudat̃.Et inde moloſſus dictus eſt pes quidã in metro ab ea patria ſaltatione cognominatus.
Molorchus cũ.ch.aſpirato ſcribit̃:fuit teſte Seruio ſuper.iii.geor.paſtor iuxta nemeã ſiluã habitans:q uenientẽ herculẽ ad occidendũ nemeũ leonẽ:hoſpicio excæpit:& interp̃tat̃ uix teſticulos habens:nam μόλις eſt uix:& ὄρχυσ teſtis.Occiderat.n.unũ ex duobus filiis nemeus ille leo & ipſe ſenex erat.
Molus cũ unico.l.ſcribit̃:fuit teſte Home.li.x.ili.uir cretẽſis:& meriõis aurigæ idomenei pater.
Mœris prima cũ.œ.diphthõgo:ſequẽs cũ.i.latino ſcribit̃:nome fuit regis cuiuſdã Aegiptii:ac paſtor q dã ponit̃ a Virgilio.
Mœrichus pria cũ.œ.diphthõgo:ſequẽs cũ.i.latino:ultia cũ.ch.aſpirato ſcribit̃:fuit nomẽ uiri ꝓpriũ.
Mœdoria cũ.œ.diphthõgo ſcribit̃:dicit̃ a noſtrisi dicacitas:ſeu mordacitas.
Mœſia cũ.œ.diphthongo & unico.ſ.ſequẽte.i.latino ſcribit̃:fut teſte Seruio ſuper primũ georgicorũ ciuitas haud lõge a troia:& ut oſtẽdere uidet̃ Macrobius nõ diſtans a gargaris oppido in radicibus mõris idæ.nã ut Virgi.i.georgicoꝝ libro.
Humida ſolſtitia atq; hyemes oratæ ſerenas.
Agricolæ:hiberno lætiſſima puluere farra:
Lætus ager nullo ſe tantum mœſia cultu.
Iactat & ipſe ſuas mirantur gargara meſſes:hoc eſt oĩs regio quæ hyemes habebit ſerenas: & ſolſtitia hyemũ humida fructus optime producet.Et hæc quoq; agris adeo neceſſaria ſunt:ut ſine his: nec illi natura fœcũdiſſimi mœſiæ:aut gargaroꝝ agri poſiti in imis radicibus idæ montis defluẽtis.unde humoribus irrigant̃ opinioni fertilitatis reſponſuri ſunt.Nã gargara teſte Ephoro lib.hiſto.v.Et Arato in lib.qui dicit̃ elegion:oppidũ ẽ ad radices mõtis idæ cuius ẽt cacumẽ eodẽ modo gargara uocitatur ut Epicarmus in fabula quæ inſcribit̃ troes oſtẽdit:Homerus etiã pro excelentiſſimo montis loco gargara poſuit. Et teſte Pli. li.xvii.naturalis hiſto.licet hæc hyemis ſerenitas meſſibus conueniat: nõ tamen arboribus expetenda eſt:cuius euidens cauſa ẽ quoniã arbores fœtu exinanitas: & foliorũ quoq; amiſſione languidas:naturale eſt auide eſurire:cibus aũt earum eſt imberi.Et infra cõcludẽs ait. Qui ergo dixit hyemes ſerenas optandas non arboribus uota fecit:nec per ſolſtitia imbres uitibus condu cunt:hæc ille:qui & plura de his proſequitur.Eſt etiã Mœſia cum.œ.diphthongo prouincia iuxta macedoniã Pãnoniæ conterminã:quã ſuperiorẽ mœſiam uocant:& eſt alia quæ inter danubium uerſus orientẽ uſq; ad tyras fluuiũ protẽdit̃:quæ mœſia inferior uocitatur.
Morphoſis cum.ph.aſpirato &.i.latino ſcribit̃:dicit̃ a noſtris mutatio:& ideo morphea ea dicitur infirmitas:qua mutatio fit coloris in colorem:aliquando tumorem.& inde metamorphoſis tranſmutatio ſeu uerius tranſformatio.
Mucro cũ.c.exili ſcribitur:quidã græcũ dicũt:& a μακρον quod eſt longũ deducunt.Nã ut oſtẽdere uidet̃ Seruius ſuper.xi.æneidos:pars eſt lãceæ oppoſita cuſpidi:unde cũ in pallantis funere diſpoſuiſſet Aeneas uerſis arcades armis ait Seruius:lugentiũ more mucronẽ haſtæ non cuſpidem cõtra terrã tenẽtes erãt ſcuta ẽt inuertẽtes ꝓpter numina illic depicta:ne eoꝝ ſimulachra cadaueris polluerẽt̃ aſpectu:cũ lugẽtiũ mos ſit prioris habitus imutatio itaq; & ſi mortuis ſalue atq; uale dicerẽt: ut Aeneas ibi dẽ:Salue æternũ mihi maxime palla:Aeterũq; uale.Nõ id teſte Varrõe dicebãt:qđ aut ualere:aut ſalui eẽ poſſent:ſed qđ ab his recedimus eos nuuq̃ uiſuri:unde ortũ ẽ teſte Seruio:ut ẽt maledicti ſignificationẽ interdũ uale obtineat.ut Terẽtius:ualeãt qui inter nos diſcidiũ uolunt:hoc ẽ ita a nobis diſcedant:ut nunq̃ ad noſtrũ reuertatur aſpectũ.Ergo in uerbo uale quod mortuo dicebat̃:nõ etymologia conſiderãda ẽ:ſed cõſuetudo:quod nullis uale dicimus:niſi a quibus recedimus.Quare Donatus expoſuit ſuper Terentio in andria ubi dicit.Valeãt q̃ inter nos diſſcidiũ uolũt:hoc eſt abeant recedant: quia deſcẽdentibus & mortuis uale dicimus:uel potius cum male operaturus eſſet conſiderato patre honeſtius locutus eſt:& nõ dixit qđ itereãt pereãt:& attẽde quod moderate pluraliter dixit cum ſignificaret patrẽ:ualeãt renũciatiõis:& impræcatiõis ẽ uerbũ.hæc ille.
Mulctra cũ.ct.ſine aſpiratiõe ſcribit̃.de quo gellius circa initiũ libri.xi.noctiũ atticaꝝ ingt uocabulum ipſum mulctæ.M.Varro in unde uigeſimo reꝝ humanaꝝ:nõ latinũ:ſed ſabinũ eſſe dixit. idq; ad ſuã memoriã mãſiſſe ait in lingua ſamnitũ:qui ſunt a ſabinis orti.
Mullus cum duplicato.l.ſcribitur:genus eſt piſcis:qui græce myllos cum.y.græco ſcribit̃:de quo Iuuenalis.Mullum ſex milibus emit:
Muræna cũ unico.r.&.æ.diphthongo in penultima ſcribit̃:genus ẽ anguillæ:quã Pli.ix.naturalis hiſtoriæ:dixit quocũq; meſe parere:cum cæteri piſces ſtatuto tempore pariãt.Oua eius ut ait citiſſime crescunt.Refert etiam murænas ipſas in ſicco littore elapſas uulgus coitu ſerpentum impleri putant.
Et in eodem libro dixit meliores apud nos in freto ficulo capiuntur:quod Iuuenalis tetigiſſe uidetur

cũ ait in.v.satyra Byrrhoni muræna datur:quæ maxime uenit Gurgite de siculo. Dixit etiam Plinius li.xxxii.murænam habere animam ī cauda:eaq; icta cellerrime exanimari:a capitis uero ictu difficulter:Et alibi in eodem libro murænarum inquit uiuariũ priuatim excogitauit ante alios currus:q; cœnis triumphalibus Cæsaris dictatoris sex milia numero murænarum appẽdit.Et infra subdit apud baulos in parte baina piscinam habuit Hortensius orator:in qua murænam adeo dilexit:ut examinatã fleſſe credatur.Et prosequitur in eadem uilla Antonia Drusi murænæ:quam diligebat in aures addidit cuius propter famam nonnulli baulos uidere concupierunt:

Mus græce scribitur mys:sed nos:illud.y.græcum in nostrum.u.conuertimus:& dicimus mus qui latine sorex dicitur a corosionis sono:& facit apud nos diminutiuum musculus cum.c.exili:

Musio cum unico.s.&.i.latino scribitur:dicitur & a græcis & a nostris catus:quasi: καυτὸσ ideſt cautus. Sed ideo musio dictus quia muribus sit infestus.

Muschus cũ.ch.aspirato scribit̃:aial est ad similitudinem muris binos tantũmodo dentes ex pte superioris mãdibulæ:& totidẽ ex parte inferioris detinẽs.suntq; flexi ad interiora:iuxta cuius ũbilicũ nascitur sanguineũ apostema inter carmen & coriũ:quod cũ pelle ablatũ precioſum muscum conficit.

Mustela cũ:t.exili & unico.l.scribit̃:dici põt a nostris sorex longus:nã telon græce latine longũ dicitur.

Musa cũ unico.s.scribitur:& dicitur teste Herodiano a μὸσῖσ:quod est inquisitio:has nouem poetæ fuisse dixerunt:ut Hesiodus in theogonia ἔννεα φυγατέρεσ μεγαλοὐλιὸσ: hoc est nouem filiæ magni iouis idem Homerus libro.ii.iliados.Sed ponit Hesiodus earum nomina tribus in his uersibus.

Κλιὸ τε Ευτερπὴ τε θαλεῖα τε μελπομένη τε
τερψιχορή τε ἐρατώ τε καλλιόπη θ' ἥλε πολύμνια τε ουρανίη τε
καλλιόπη θ' ἥλε πολὺ φέρτατόσ ἐστιν ἁπασῶν

Et exponunt̃ a cõmẽtatoribus græcis ita :ut Clio dicat̃ a Cleos q̃ est gloria ex rebus scilicet gestis: ob qd̃ historica ab illis dicit̃:Et nõuulli ex nostris: Clio geste canens trãsactis tpa reddit.Euterpe delectãs interptatur:& tibicinaria ponit̃ a græcis:q̃re ex nostris quidam ait:Dulciloqs calamos euterpe flatib⁹ implet. Thalia a latinis quibusdã interptatur capacitas:sed a græcis cõmœdia uocatur:ut Comica lasciuo gaudet sermone thalia.melpomene uero ut meditationẽ faciens ab illis tragica nũcupat̃:ut melpomene tragico proclamat mæsta boatu. Terpsichore exultans traducitur:ideoq; ab illis citharistria nũcupat̃:ut dulcia terpsichore citharis modulamina miscet. Erato amore cãtãs ut cũ plectris erato saltat:canit:ambulat:& stat Polyhymnia multæ memoriæ dicitur:& ob hoc Rhetoricos dictat Polyhymnia musa colores. Vrania cælestis interptat̃:& astrologia a nobis dicit̃:ut Vrania canit cælos:& sydera tãgens.Calliope uero pulchrũ carmen dici pt:& ob hoc poesis a græcis cognominat̃:ut carmina Calliope libris heroicamandat:quã pcellere aliis dixit Hesiodus i ultimo uersu:quẽ induximus: Quod iõ fieri exposuit cõmẽtator Aristarchus:q; reliqs oẽs intra se continet.Et cũ hoc diuinã quãdam metro uim supaddit:at uero poetæ nõnunq̃ proprietates has confundẽtes unã pro reliq̃ ponunt. Hanc mater Thespis dicta fuit:unde & musæ ipsæ thespiades a poetis uocitant̃.Oui.lib.v.metamorpboseõ: Thespiades certate deæ:dicunt̃ ẽt pierides a nouẽ natabus Pieri:quas canendo uicerunt:ut Virgilius i bucolico:Dicite pierides,dicunt̃ etiam libetrides a fonte libetrio illis sacro:qui teste Solino est in magnesia:uel ut alii nonnulli uolunt a monte Aetholiæ Virgilius in bucolico: Nymphæ noſtre amor libetrides dicuntur & aoniæ:ut in ea dictione uidimus:quin & pegasides a fonte pegaseo:de quo in dictione meduſa uidimus:Sappho ad Phaonẽ:At mihi pegasides blãdissima carmina dictant.Sunt nõ solũ fõtes sed ẽt montes dicati musis:ut Virg.in quarto georgicoꝝ: Sed me parnassi deserta per auia dulcis. Raptat amor.& alibi Pandite nunc helicona deæ.Similiter Ouidius Virgineus helicon.

Musæus cũ unico.s.&.æ.diphthõgo in penuitima scribit̃:fuit poeta antiqssimus:& isignis apud græcos & tpe Orphei:ut Orpheus ipse i argonautica attestat̃:immo & unũ ex argonautis fuisse ostendit. hũc nõnulli filiũ fuisse Apollinis attestant̃: Alii Eumolphi cuiusdã filiũ dicũt.iducũtq; in testimoniũ illius epitaphiũ his uerbis traductũ:Eumolphi dilecti filiũ habet phalericũ solũ museum corruptũ corpore sub hoc tumulo.huius iucundissimum poema comperi de amore Leandri:& Herodo.

Musicus cum.i.latino:&.c.exili scribitur:& a musa deducitur.

n

Ae cum.æ.diphthongo scribitur:dictio græca est:& pro utiq; ac certe ponit̃:ut apud Terentium in andria:næ illa illum haud nouit.idem ait:faciunt ne intelligẽdo:ut nihil intelligant:quasi faciunt ꝓfecto. Cicero de oratore libro tertio:næ ille haud sane: quẽadmodum uerba struat:& illuminet a magistris istis requiret.Et cum apud græcos licet cum diphthongo scribatur breuis sit:apud nostros etiam eandem regulam obseruat:& breuis more græco a nostris petis ponitur. Virgilius.

Nabathea cum.th.aspirato scribitur:regio est quæ ab Arabia incipiens:quã intra se continet usq; ad mare rubrum ex latere dextro:& persicum sinistro: atq; ex superiori parte in indicum protenditur :& ut sacræ litteræ attestantur a Nabaoth primogenito Hismaelis nomen accæpit: declinaturq; hæc nabathea huius nabatheæ regio:& inde nabatheus nabathea nabatheum.Ouidius libro metamorphoseon primo.Eurus ad auroram nabatheaq; regna recessit:eadem olim mittebat elephãtes:ut Iuuenalis in satiyra Atticus eximie.Dentibus ex illis quos mittit porta syenes.

Et quos deposuit nabatheo bellua saltu.

Nanus prima ac ſecunda cum unico.n.ſcribitur:græcum ẽ uocabulũ teſte Gellio in decimoctauo noctium atticarum:quo uocauerunt breui atq; humili corpore homines paululum ſupra terram extãtes quos latine pomiliones dicimus.

Narciſſus cũ .c.exili &.i.latino atq; duplicato.s.ſcribitur:fuit Cephiſi fluuii ex lyriope nympha filius formoſiſſimus:de quo Oui.in.iii.metamorphoſeon li.fabulam oẽm elegantiſſime pertractauit:tetigit ẽt Statius in ſeptimo thebaidos:& Seneca in Hercule furente. Sed alius fuit narciſſus Claudii imperatoris libertus potentiſſimus ſane apud principem:ut uidimus in dictione Meſſalina. Et ditiſſimus ut oſtẽdimus in dictione creta:unde ait de illo Iuuenalis in ſatyra quæ incipit Plurima ſunt fuſcine ubi ait:

Quod ſi non ſufficiunt tibi ſextertia quadraginta. Sufficient animo:nec diuitiæ narciſſi:
Nec crœſi fortuna unquam:nec perſica regna. Indulſit cæſar:cui claudius omnia:cuius
Paruit imperiis uxorem occidere iuſſus:ut uidimus in dictione Meſſalia.

Naritia cum.t.exili &.i.latino utrobiq; ſcribitur:fuit inſula in mari ionio ex regno Vlyxis.

Naſamones cũ unico.s.ſcribit̃:populi ſunt i Libya iuxta auſchiſeos ex uno latere:& littora ſyrtiũ habitãtes ex altero. Et ut ſcribit Hero.i.iiii.hi. Siquæ naues infœliciter actæ uenerint ſyrtibus iuolutæ eas ſpoliant. Sicque p rapinã cum aliis habẽt cõmertia ſpoliãdo. Quod Lucanus titigit in octauo cũ ait:

Hoc tam ſegue ſolum raras tamen exerit herbas
Quas naſamon geos dira legit:quæ proxima ponto
Nudus rura tenet:quem mundi barbara damnis
Syrtis alit:nam littoreis populator arenis
Imminet:& nullos portus tangente carina
Nouit opes:ſic cum toto commercia mundo

Naufragiis naſamones habent. Idem Plinius in.v.naturalis hiſtoriæ confirmauit.

Naſtes cum.t.exili ſcribitur fuit frater Amphimachi:& filius nomionis:& teſte Homero i.ii.iliados: ex his unus qui in troianorum auxilia conuenere.

Nauci cum.au.diphthongo &.c.exili atq;.i.latino ſcribitur:ſignificat putamen nucis:& pro nihilo accipitur. Plautus in muſtelaria: Qui homo timidus erit in rebus dubiis nauci non erit:idem in truculẽto Tympanotrimpa amas hominem nauci.

Nauis a græco deſcendit quod eſt νάυς.

Nauigium cum.i.latino ſcribitur:dicitur nauis ductio.nam cum ἀγῶ:quod eſt duo componitur.

Nauta cum.t.exili ſcribitur:& ſæpe ab antiquis nauita dicitur.

Nauclerus cum.c.exili ſcribitur dici poteſt nauicularius:quaſi nauis cleros ideſt ſors.idem etiam græce nauarchos per.ph.aſpiratum.i.nauis princeps dicitur.

Naumachia cum.ch.aſpirato &.i.latino ſcribitur:dicitur a noſtris bellum nauale:ſeu magis prælium. Et componitur ex ναυς:quod eſt nauis:& μάχη bellum.

Nanſica cum.i.latino &.c.exili ſcribitur:& apud Homerum duplicatur aliquando.a.in fine:ac dicitur nauſicaa fuit Alcinoi phæacum regis filia:dicẽte Home.i.v.odyſſeæ ναυσικάα τυ ἀτὰρ μεγάλητο ροσ ακλυοῖο:hoc eſt Nauſicaa filia magnanimi Alcinoi.unde ait Martialis in duodecimo.

Si mihi nauſica patrios concederet hortos.
Alcinoo poſſem dicere malo meos:de qua in dictione Aeneas uidimus.

Nauſithous cum.i.latino &.th.aſpirato ſubſequente.o.uocali ſcribitur:fuit Neptuni filius ex Periboa Eurymedontis filia:ac Homero teſte libro.vii.odyſſeæ. Alcinoi phæacum regis pater.

Naxos cum.x.conſonante ſcribitur:inſula eſt in mari ægæo una ex cicladibus cunctas alias uini fertilitate exuperãs:unde Virgilius in.iii.æneidos inquit:Bachantumq; iugis naxon.

Neæra prima ſine diphthongo:ſequens cum.æ.diphthongo ſcribitur:nomẽ eſt fœminæ:quæ teſte Homero li.xii.odyſſeæ:peperit Soliduas filias phætuſam ſcilicet.& Lampeciam:quæ armenta Solis trãſſi eunte Vlyxe iuxta Siliciam oſtendebat:unde eodem modo ſcribendum cum apud Virgilium i bucolico:Ipſe neæram dum fouet.

Mebrodes cũ.e.abſq; diphthongo &.o.poſt.r.& ante.d.ſcribitur:dicuntur ꝓprie apud græco damarũ pelles:a quibus baccantes ipſæ cognominatæ ſunt:quia illis utebãtur ut uidebimus in dictione orgia:

Nectar cum.c.&.t.exilibus ſcribitur:dicitur deorum potio:quæ teſte Feſto a noſtris murrima dicebatur & ut quidam putant:ex uuæ genere murrinæ cognominata.

Necos cum.c.exili ſcribitur:fuit teſte Homero li.hiſtoriarum.ii.filius Pſammetici.& ægypti rex:cui filius Pſammis in regno ſucceſſit.

Neiphyle ſecunda cum.i.latino:ſequens cum.ph.aſpirato &.y.græco etiã cum unico.l.ſcribitur.

Neleus prima cũ.e.abſq; diphthongo & unico.l.ſcribitur:fuit rex in Pylo:& teſte Homero i.xi. odyſſeæ habuit uxorem Chlorim:ex qua genuit neſtorem:Chromium. Periclymenẽ: Agerochũ:& peronam Et ut Neſtor ipſe apud Homerum in.xi.iliados enarrauit:Hercules eius domum:& patriã euertit: ita ut ex duodecim fratribus ipſe ſolus remanſerit:& a neleo patronymicum nelides deriuatur.

Neomenia abſq; aliqua diphthongo & cum.i.latino ſcribitur:dici poteſt a nobis nouilunium. nam cõponitur ex neos:quod eſt nouus & μήνια quæ eſt menſtrua:hoc luna a μήν qui mẽſis dicitur deriuata. eo quod ſingulo menſe a mulieribus defluant:unde μηνιάιος menſtruoſus a nobis dicitur.

Neptolemus cū.t.exili & unico.l.ſequēte.e.abſq; diphthōgo ſcribit̄:dictio cōpoſita ex neos q̄ eſt nouus & ptolemus miles:q̄ſi nouus miles nam πτολεμῶ apud æoles idē eſt qđ apud atticos πτολέμω.i. pugno:& fuit nomē propriū filii Achillis ex deiamia:q deinde teſte Seruio ſup.ii.æncidos:a capillo q̄ litate dictus ē Pyrrhus.Oui.in.viii.heroidū epiſtola χ::Pyrrhus achilleides animoſus imagine parris.

Neophytus cum.y.græco &.t.exili ſcribitur:dici poteſt a nobis nouellus.nam componitur ex neon:qđ eſt nouum & φυτον germen ſiue planta.

Nepa uel more græco nepes:cū.e. abſq; diphthōgo ſcribit̄:dicit̄ teſte Seruio apud nos ſcorpio.huius græcū gtū m diuiſit Cice.i arato more græco cū:ait Atq; oculos urget pedibus pectuſq; nepai,p nepæ.

Nephreſis abſq; diphthōgo & ſimplo.s.ſequēte.i.latino ſcribitur:eſt renum paſſio: quam latine traductam comperi rien hulus rienis:nam a νεφροὶ:quæ ſunt renes deducitur.

Neptunus cum.t.exili & unico.n.ſcribitur:nam penultimam corripit:non eſt dictio græca uel ab illis originē trahēs:Sed teſte Baldo apud Ciceronē in.ii.de natura deoχ::a nando paululū primis litteris i mutatis deducitur:ut uidimus in dictione deus:fuit Saturni filius ex Ope:de eodē Varro de lingua latina ſic ait Neptunus eſt deus maris:uel ipſum mare dictum.quod terras nubat ideſt cooperiat.

Nereus prima abſq; diphthōgo ſcribit̄:fuit teſte Heſiodo in theogonia marinus deus oceani:& Tethyos filius:ac Chlorim ſororē uxorē accæpit:ex q̄ nymphas plures genuit:hūc oium antiq̄ſſimū dixit Orpheus in argonautica cum ait νηρεα μεν πρωτι τα καλω πρεσ βυστον απαντων ſed de filiis Oceani: & Thetyos Orpheū itellexiſſe puto:ut Heſiodus ipſe in theogonia q̄ ait:πρεσ βυτα τω ῾πποαιλων.i. antiquiſſimum filiorum ſcilicet Oceani:& pro mare noſtro mediterraneo accipitur.

Nereides cum.i.latino ſcribitur:patronymicum fœmininum a nero deductū ſignificat filias nerei quæ nymphæ fuerūt æquoreæ.Martialis in primo:Luſit nereidum docilis chorus æquore toto.Ouidius in heroidibus. Vt celer redeas uirides nereidas oro:

Neritos cum.i.latino &.t.exili ſcribitur:mons eſt teſte Pli.li.iiii.naturalis hiſtoriæ:in ithaca inſula:quod nomen nonnunq̄ pro tota inſula capi uidetur Virg.in.iiii.æneidos:Iam medio apparet fluctu nemoroſa iacynthos:Dulichiūq; ſameq;:& neritos ardua ſaxis.at neritum teſte Plinio eodem li. oppidū fuit percelebre in acarnania parte epiri:poſtea dictum leucas:ut in ipſa dictione uidimus.

Neſtor cum.t.exili ſcribit̄:fuit teſte Homero in.xi.odyſſeæ:nelei filius ex Chlori uxore:q ut idē Homerus in.ii.iliados ait cū quinquaginta nauibus ex Pylo contra troianos uenit:q̄q̄ i tricētesimo anno eſſet:ipſo tunc dicente apud Ouidiū in.xii.metamorpheſeos:Vixi annos bis centū & nunc tertia uiuūt ætas:Et Iuue.in ſatyra Oibus in terris inq̄t.rex pylius magno ſi quicq̄ credis Homero. Exemplū uitæ fuit a cornice ſecundæ idē fuit exemplū ſecundæ uitæ citra cornicē.nam fuit ut refert Pli.vii.natu.hi. Heſiodus q primus de hoc aliqua prodidit fabuloſe:ut reor multa de hoium æuo referēs cornici nouē noſtras attribuit ætates quadruplum eius ceruis:id triplicatum coruis:& reliqua fabuloſius in fœnice ac nymphis citra cornicem:ergo eſt ætas hoium quæ primum præbet uitæ exemplum:ea triplicata uitam facit neſtoris:quod ſecundæ uitæ dat exemplum.Et neſtoris uitam triplicata eam quæ cornicis ē i.nouem hominum ætates.ut Ouidius:ora capitq; nouem cornicis ſæcula paſſæ:

Neſtus cum.t.exili ſcribitur:fluuius eſt thraciæ a ſtrymone ſecus abderam ciuitatem fluuens:ubi quondā Diomedes equis hoſpites ſuos dare ſolebat in cibum:de quo Heſiodus in theogonia meminit.

Niæthos prima cum.i.latino ſequens cum.æ.diphthongo:ultima cum.th.aſpirato ſcribitur:fluuius eſt teſte Theocrito:quem expoſitores dicunt eſſe in ſicilia:

Nicander cū.i.latino &.c.exili ſcribit̄:fuit poeta græcus:quem Didimus fabuloſum uocat:hic a nuptiis iunonis & iouis incipiens:omnes deorum ſucceſſus uſq; ad ſua tempora pertractauit:quem in multis Virgi.imitatur:& in captura Troiæ:& in fabula Endymionis:ſed quia nimium fabuloſus iquit Virgilius:Si credere dignum eſt:Pan deus arcadiæ captam te luna fefellit.

Nicanor cum.i.&.c.exili ſcribitur:fuit Seleuci macedoniæ regis cognomen:quaſi uir uictorioſus. nam nice uictoria eſt:& ανηρ uir.

Nicearchus prima cum.i.latino:ſequēs cū.c.exili:ultima cum.ch.aſpirato ſcribitur:fuit pictor ſua ætate eximius:hic iter alia Venerem inter gratias:& Cupidinem pinxit:& Herculem triſtem inſaniæ pœnitentia:& interpretatur nomen:quaſi uictoriæ princeps.

Niciteria cum.i.latino ubiq; & abſq; aſpiratione ſcribitur:ornamenta ſunt quædam uictoriæ luue.in ſecunda ſatyra:Et ceromatico fert niciteria collo:nam νικη.quæ eſt uictoria deducitur.cum terminatione ſimilium nominum in eria:ut filateria:frabateria:& ſimilia.

Nico cum.i.latino &.c.exili ſcribitur:fuit tarantinus quidam tempore Hannibalis:de quo latis Liuius.

Nicos eodem modo:ut ſuperior:ſed cum.s.in fine ſcribitur:fuit ciuitas in Aſia.

Nicomachus ultima cū.ch.aſpirato ſcribitur:quaſi bello uictor dicit̄ μαχη.n.eſt pugna:νικη uictoria: fuit hoc noīe Ariſtotelis pater medicinæ artis ꝓfeſſor & Amyntæ regis medicus.q̄ pater fuit Philippi pater Alexādri:alius fuit Ariſtotelis filius:cui æthicā iſcripſit:alius fuit pictor ſuæ ætate nobilis:ut teſtat Pli.li.xxxv.naturalis hi.tuitq; filius Ariſtocheni:atq; illius diſcipulus:nec aliū in ea arte uelociorē fuiſſe dixit:pinxitq; inter alia raptū Proſerpinæ:quæ tabula fuit in capitolio in Mineruæ delubro.

Nicomedes cum.i.latino &.c.exili ſcribitur:fuit rex bithyniæ.

Nichophanes eodē modo ſcribitur:fuit teſte Pli.li.xxv.naturalis hiſtoriæ:pictor ſua ætate eximius: ſed

arte multum:& a zeusi & Apelle distans.
Nicostrata cũ.i.latino & absq; aspiratione aliq; scribit:interptatur q̃si uictoriosus exercitus: fuit mater Euandri arcadis futuroq; uatici natrix:q̃ a carminibus qbus Phœbi oracula significare solebat:Carmẽtis latine dicta fuit:uel ut alii nõnulli uoluerũt a carpẽto quo utebat:sic quoq; fuit cognominata:ut i dictione Carmentis uidimus.hæc ut in initio horq; cõmẽtarioq; uidimus latinis primũ litteras dedit.
Nyctileus pria cũ.y.græco:seqns cũ.c.&.t.exilibus atq;.i.latino scribit:cognomẽ fuit Bacchi ab eius sacris:q̃ nocte celebrabant accæptũ:unde Oui.li.i.de arte:nyctileũq; patrẽ nocturnaq; sacra p̃care: Virgilius in quarto georgicoq;:inter sacra deum nocturniq; orgia bacchi. nam νυξ græce:& in genitiuo νυκτος a nobis nox huius noctis dicit. Et inde nyctileus.i.nocturnus deducitur.
Nyctimene eodem modo uti superior dictio scribitur:& fuit puellæ nomen:quæ cum patre concubuit sed facinus recognoscens aufugit in siluas:& lucem exosa:non nisi nocte uolat.
Nycticorax prima cum.y.græco:reliquæ sine aspiratione:& cum.i.latino scribuntur:nõnunquam etiã a nostris dicit nocticorax cum.o.loco ipsius.y.græci:interpretaturq; nocturnus coruus.κοραξ enim a nostris coruus dicitur:nam auis est nigra:& sola nocte uolans atq; clamans.
Nyctoris prima cũ.y.græco:ultima cũ.i.latino:reliq̃ sine aliq̃ aspiratiõe scribunt:definitq; in.s.& nõ in x.fuit regina babyloniæ:q̃ teste Herodo.li.histo.i.sola post Semiramim fœmina ibidem regnauit.
Nilus cum.i.latino & unico.l.scribitur:sed apud græcos prima diphthõgũ habet ei:quæ apud nos abiiciens.d.solam.i.productam retinet.nã dictio est composita ex neos qui est nonus.& ilys limus: ubi abiecta ultima syllaba primæ dictionis remanens.e.cum.i.sequentis dictionis diphthõgum facit:ita ut dicatur nouus limus:scilicet innundationis tempore.Quod Virgilius in nono æneidos tetigisse uidetur cũ:ait aut pingui flumine nilis nam prius teste Seruio super.iiii.georgicoq;: melo dicebatur: quo nomine illũ. Seneca de situ indiæ uocitauit.Et est fluuius ægypti ex maioribus totius orbis:cuius teste Lucano in decimo Arcanum natura caput non prodidit ulli:sed immensa aquarum mole singulis annis sole existente in cancro totã ægyptũ exundat.Et ut ait Virgilius in.iiii.georgicoq;:Diuersa ruens septem discurrit in ora usq; coloratis amni deuexus ab indis ideſt nigris æthiopibus.
Nimbus nõ est dictio trahens originem a græcis:sed mere latina:ideo cum.i.latino necessario scribitur
Nympha cum.y.græco scribitur:latine dicitur spõsa.Sed putauerunt antiqui nymphas aquarum esse deas quasi lympharũ numina.unde teste Seruio in Tityrũ omnibus aquis præsunt.Varro uero nymphas esse dixit:quas & musas:nec in merito cum teste eodem Seruio sup septimum æglogam q̃ motus musicam faciat.Quare idem Varro tres tantũ musas commemorauit.Vnam quæ ex aquæ nascitur motu.Aliam quæ ex sonu fit aeris percussi.Tertiam quæ mera tantũ uoce cõsistit.ex quo Virgi.musas ipse uelut nymphas nõnunq; inuocauit:cum ait in bucolico:Nymphæ noster amor libetrides:
Niobe cum.i.latino scribitur:fuit filia Tantali:& soror Pelopis:uxorq; Amphionis:ut in ea dictione uidimus:hæc teste Diodoro siculo li.histo.v.Filios septem & totidẽ filias peperit summo decore præstantes:unde tali prole superbiens admodũ gloriabatur se latonæ p̃ferens numero filiorum:itaq; ira motam fabulæ latonam ferunt Apollini ut Niobus filios:Dianæ ut filias arcu interfecerent mãdasse:quibus matri obtemperantibus contigit eodem tempore:& abundare filiis niobem & carere.
Nireus cum.i.latino scribitur:fuit teste Homero li.iliados.ii.omnium græcorũ:qui ad Troiam nauigauerunt speciosissimus:infra tamen Achilem:sed quia imbellis erat.pauci eum sunt secuti.
Nisa cum.i.latino & unico.s:scribitur:fuit teste Homero li.iliados.ii.urbs hellados:est etiam nomen fœminæ qua Virgilius in damone:Mopso nisa datur.
Nysa cũ.y.græco & unico.s.scribitur:fuit teste Diodoro siculo li.hist.i.urbs fœlicis arabiæ p̃pinq; ægypto:unde & græci a patre.i.ioue hoc ẽ die:& loco.i.nysa Dionysiũ apellãt.huius urbis Home.q; i ægypto fuit:i suis hymnis meminit:dicẽs esse nysã urbẽ supra montẽ excelsum ac florentẽ longe a phœnicia:ferme ægypto conterminã.in qua sane urbe uineæ fuisse inuentorẽ Dionysiũ dicunt. Quẽ græci Bacchi ægyptii Osirim fuisse asserunt.unde & unus ex duobus pnasi collibus deo Baccho dicatus nysa dicitur:qui & alio noie citharõ cognominatus fuit:ut uidebimus in dictione parnassus.
Nysus eodem modo scribitur:& est Bacchi cognomen a nysa urbe fœlicis arabiæ:ut in præcedenti dictione uidimus cognominatus.
Nysæa prima cũ.y.græco sequẽs cũ.æ.diphthõgo scribitur:fuit teste Herodoto & Curtio urbs clarissima in india a Libero patre condita sub radicibus montis.quẽ neron uocãt:id quoq; nomen a cognomine cõditoris sortita at uero ægyptii fuisse teste Diodoro osirim:q; & Dionysius cognominatus fuit: illius cõditorẽ in memoriã illius:quæ erat in ægypto fuisse asserunt in qua & hederã plantasse dicunt.
Nisus alius qui Hyrtaci fuit filius ut in ea dictione uidimus:cũ.i.latino scribitur:& similiter Nisa pro fœmina ut superius uidimus.
Nisæus prima cum.i.latino sequens cum.æ.diphthongo scribitur:locus est teste Herodoto libro historiarum: vii.inter medos:ubi magni & pulcherrimi equi nascuntur.
Niæe eodem modo ut superior dictio scribitur:nomẽ est nymphæ proprium:de qua Virgilius circa finem.v.æneidos meminit cum ait:Nisæeq; thaliaq; cymodoceq;.
Nisyrus insula ẽ teste Homero l.ilia.ii.quã expositores circa coum esse dicũt:& optimũ uinũ p̃ducere.
Noes cũ.oe.diuisis syllabis scribit:fluuius est thraciæ teste Herodoto li.historiaq;.iiii.q; in istrũ defluit.

Nonacria cum.c.exili &.i.latino ſcribitur:eſt teſte Lactantio grammatico ſuper.iiii.thebaidos nomẽ loci ſeu agri arcadiæ:in quo Iuppiter in ſpeciem Dianæ conuerſus cum Caliſtone Lycaonis filia cõcubuiſſe narratur:nõnulli uero & pro tota arcadia capiũt atq; ex latino:quod eſt nouem:& græco qđ eſt ακρα ideſt uertices:hoc eſt montes compoſitum uolunt:quaſi nouem ſit montibus redimita: Sed conſtat plures in ea eſſe ut uidimus in dictione arcadia.

Noricum cum.i.latino &.c.exili ſcribitur:regio eſt Macedoniæ:hæc teſte Plinio li.iii.naturalis hiſtoriæ eſt contermina Dalmatiæ:atq; mari ionio:de qua ſic meminit Virgilius in fine libri georgicoꝝ tertii cum ait: Tum ſciat aereas alpes & norica ſi quis Caſtella in tumulis.

Notion cum.t.exili &.i.latino ſcribitur:fuit teſte Homero in.ii.iliados urbs eſt in æolia.

Notus cum.t.exili ſcribitur:uentus eſt meridionalis nebuloſuſq; & humectus.Et teſte Gellio græce notus:latine humor dicitur.

Nothus cum.th.aſpirato ſcribit:quemadmodũ latine dicendũ ſit teſte Seruio ſup.vii.æneidos nõ habetur unde Virgilius i .xi.græcũ uocabulũ poſuit cũ ait:Et primum antipathen is.n.ſe primus agebat. Thebana de matre nothum ſarpedonis alti.& in octauo Suppoſita de matre nothus furata creauit.

Nox ut in primo horum commentariorum libro uidimus a græco per conuerſionem.y.græci in.o.noſtrum deducitur:& teſte Varrone hæc noctis ſolidæ ſunt partes:ueſpera conticinium:intempeſtũ: gallicinium:diei uero lucifer:mane ortus:meridie:occaſus crepuſculum uero quod eſt dubia lux a crepero:quod dubiũ deſcendẽs:licet utriq; tempori poſſit coniũgi:uſus tamen teſte Seruio ſup ſecũdo æneidos obtinuit:ut matutino iungamus.at Lucanus ab ea conſuetudine diſſentire uidetur:cum ait. Lõga repercuſſo nituere crepuſcula phœbo manum uero unde eſt mane:bonum dixerunt ueteres.

Numidia cum.i.latino utrobiq; ſcribitur:& originem trahit a uocabulo græco:quod eſt νομαδες:& paſtores deſignat:unde νομη apud græcos pabulum dicitur. Inde Plinius li.v.naturalis hiſtoriæ:numidæ uero inquit nomades a permutandis pabulis dicuntur:& mapalia ſua hoc eſt paluſtres domus ſunt circumferentes. hæc ille. Quare ab νομι nomedia magis dicenda uideretur:cum.o.poſt.n.in prima ſyllaba:ſed nos in.u.noſtrũ traduximus:& numidiam diximus:habetq; abortu ſyrtes quaſdã paruas:unde regio carthaginenſis incipit a ſeptentrione mare:quod uerſus Sardiniam tendit:ab oceaſu mauritaniam:& a meridie æthiopiam:nec teſte Plinio præter marmoris numidici ferarũq; prouentum aliud inſigne habet. Sunt in ea clare urbes Hippon:Rhegyum:& Ruſticacla:

Numiſma cum.u.a nobis unico ſequẽte.m.&.i.latino ſcribitur:quamquam a græcis cũ.o.poſt .n. & añ m. ſcribatur uidelicet nomiſma. Nam a νομος quod eſt lex deriuari dicunt. Quam ſane ſcripturam & Horatius ipſe ſeruauit cum ait Regale nomiſma philippos. At alii cũ.u.ſcribunt:& breuẽ primam conſeruant:ut Martialis libro epigrammatum primo:

Cum data ſint equiti bis quinq; numiſmata quare
Bis decies ſolus ſextiliane bibis:a quo ſane:ut pluribus placet.

Nummus cum duplicato.m.deriuatur.quod ideo duplcare dicitur:ut primã producere poſſit. Perſius i ſatyra quæ incipit Hic mos eſt:Credere tum nummos marco ſub iudice palles. Erantq; nũmi ærei:argẽtei:& aurei atq; ex his mixti. Et refert Plinius.xxxiiii.naturalis hiſtoriæ:Populus romanus ne quidẽ argento ſignato ante Pirrhum regem deuictum uſus eſt:libera:unde etiã nunc libella dicitur:& dipondius appendebatur aſſis. Quare æris grauis pœna dicta:& adhuc expenſa in rationibus dicunt. Qui ẽt militum ſtipendiorum:hoc eſt ſtipis ponderandæ penſatores libripendes dicuntur. Seruius primus ſingnauit æs.antea rudi uſos Romæ Timæus tradit ſignatum eſt nota pecudũ:unde & pecunia appellatur:maximus cenſus.c.x.aſſium fuit illo rege:argentum ſignatũ eſt anno urbis quingenteſimo octogeſimo quinto. Qu.Fabio.cos.quinque annis ante bellũ primum punicũ. Et placuit denarius pro decẽ libris æris:quinarius p quinque:ſextertiũ pro diſpõdio ac ſemiſſe.libræ ãt pondus æris iminutũ bello punico primo cũ impenſis reſpublica nõ ſufficeret. Nota æris fuit ex altera parte ianus geminus: ex altera roſtrum nauis:in triente uero & quadrante æs quadrãs ante triuncis uocatur a tribus uncis. Poſtea Hannibale urgẽte. Qu. Fabio maximo dictatore aſſes unciales facti. Placuitq; denariũ ſexdecim aſſibus pmutari:quinarium octenis:ſextertiũ quaternis:ita reſpublica dimidiũ lucrata eſt. In militari tamen ſtipẽdio ſemp denarius p decẽ aſſibus datus. Nota argẽti fuere bigæ:atq; q̃drigæ. Et inde bigati q̃drigatiq; dicti:mox lege papiniana ſemiuocales aſſes facti. Licinius druſus in tributo plæbis octauã partẽ æris argẽto miſcuit. Aureus nummus poſt annũ.lxii.percuſſus eſt. Sed pter alia iqt Pli.miror populũ romanũ uictis gentibus in tributo ſemp argẽtũ non aurꝫ imperaſſe: ſicut Carthagini Hãnibale uicto argenti pondo annua in qnquaginta annos:nihil aurii & infra ſubdit auri in populi romani Aerario fuerunt Sex.Iulio.Laurelio.conſſ. ſeptẽ annis ante punicũ bellum tertiũ põdo ſeptingẽta uiginti ſex argenti nonagintaduomilia. E extra numerũ trecenta & ſeptuagintaquiq; milia. Item belli ſotialis initio octingenta quadragintaſex auri pondo Cæſar primo introitu in ciuili bello ex ærario protulit. Laterum aureorum trigintaſex milia:& in numero pondo trecẽta:nec fuit aliis temporibus reſpu. locupletior. Intulit & Aemilius Paulus Perſa rege Macedoniæ deuicto prædam pondo trium milium a quo tempore populus Romanus.tributum petere deſiit:& ut idem Plinius atteſtatur:qui primo denarium ex auro ſignauit:latet auctore incerto.

Numitor cum.i.latino &.t.exili ſcribitur:fuit albanorum rex:& frater Amulii.

o Littera apud græcos duplicis est formæ:in primo hoꝝ cõmentariorũ li. ostendimus. Nos uero unius tantum habemus:ut & illi antiquitus habuerunt: quam a aspirantes articulum masculinum conficiunt:& quam alterius formæ adinuenerunt:atq;.o. magnum uocant:cum solum ꝓferunt semp sine aspiratione scribũt:& pro aduerbio capiunt. Nos uero nunquã solum.o.aspirare consueuimus:sed ꝓ aduerbio semp assumimus. Quãdoq; quidẽ uocandi:ut Vir.in primo æneidos:O regina nouã cui cõdere Iuppiter urbem iustitiamq; dedit. Persius in prima satyra:Quis quis es o mõ quẽ ex aduerso dicere feci idem o tu.q̃doq; uero optandi:ut Virg.in.viii. Adis o placidusq; iuues: numina firmes. Quãdoq; ẽt indignandi ut Cicero li.inuectiuaꝝ primo:O tpa o mores. Persius in.i.satyra O mores: Vsq; adeo nescire tuum nihil est:nisi te scire hoc sciat alter. Aliq̃do ãt & pro aduerbio ponit admirãdi:ut Iuue. O qualis facies:& quali digna tabella:& Persius.O curas hoium:nam immoderatas sollicitudines admiratur:quas græci μελεδονας uocant eo quod ελεεδουσιν idest membra corrodunt:ideo apud nos curæ:quod cor urant uel rodant uocantur ob quod & pro amore nonunq̃ ponit Vir.in.iiii.æneidos: At regina graui iam dudum saucia cura:Et ueneris iustissima cura nonnunquam uero & curare pro reficere dicimus:ut Virg.in.iii.æneidos:Corpora curamus fessos sopor irrigat artus. Idem in.iiii.georgicorum: Tum tecta petunt:tum corpora curant.

Oaxus cum.a.post.o.& ante.x.consonãtẽ scribitur ciuitas est cretæ:in qua teste Herodoto li. histo. iiii. Etearchus pater Phronimæ regnauit:quam dixit matrem fuisse Bati:qui cyrenem libyæ urbem ædificauit:de quo in dictioe Batus:& dictione cyrene uidimus.

Obelus cum.e.absq; diphthõgo & unico.l.scribitur:dicitur latine ueru. Et inde obeliscus diminutiuum nomine magis quam re:cum magnæ moles obelisci:dicantur:ut in sequente dictione uidebimus.

Obeliscus cum.i.latino &.c.exili scribitur:est teste Ammiano Marcellino reꝝ gestarum li.xvii. asperrimus lapis in figuram metæ cuiusdam sensim a proceritate in excelsum consurgens:& ne radium imitẽ paulatim gracilescẽs:specie q̃drata i uerticẽ productus angustũ:manu leuigatus artifici. Obeliscos fuisse plures Romæ cũ historiæ:tum res ipsa indicat. Sed q integri corruptiue aut fuerint:aut nunc cernũtur:a Thebis.ac aliis ægypti urbibus pductos fuisse Plinius i naturali historia & pfatus Ammianus ostẽdũt. Sed de eo q quoq; in uaticano iuxta basilicam beati Petri conspicitur:& corrupte ab insiis iulia uocitatur. Plinius ipse li.xxxv.meminit:atq; illũ tertium ex maioribus ponit:q nũquã Romæ aduecti fuerunt. Et li.xvi.ubi de arboꝝ magnitudine ptractat:hæc inquit uerba abieci admirationis pcipue uisa est in naui:q̃ ex ægypto Caii principis iussu:obeliscũ in uaticano circo statutũ abduxit:de q̃ naui plura ꝓsequtur:& nihil admirabilius in mari uisũ fuisse asserit. Ammianus uero in pfato li.cũ thebaꝝ ægyptiaꝝ situm:& successum pulcherrimæ enarasset:subdit in hac urbe inter labra ingẽtia diuersasq; moles figmenta ægyptioꝝ numinum exprimẽtes obeliscos uidimus plures:aliosq; iacentes & cõminutos:quos antiq reges bello domitis gentibus:aut prosperitatibus reꝝ elati:montiũ uenis uel apd extremos orbis incolas pscrutantes excisos erectosq; diis superis dicarunt. Et in sequẽtibus idẽ auctor ostendit obeliscos non solũ a Thebis Romã aduectos:sed octauianũ Augustum duos admirandos ex Heliopoli urbe ẽt ægyptia trãstulisse. Quoꝝ ut ait unus in circo maximo alter campo locatus ẽ martio & iucundissima plura prosequtur:q̃ sane referre longũ esset. Pli.ẽt in.xxvii.natu.histo.refert Theophrastũ tradidisse in ægyptioꝝ cõmentariis reperiri fuisse apud eos in iouis delubro obeliscum e quatuor smaragdis q̃dragintа cubitoꝝ longitudine:latitudine uero in parte duorum in parte quattuor: id ẽt ptereundũ nõ est:obeliscos ut plurimũ notis hierographis insculptos fuisse:quas ut præfatus ammianus ait:undiq; incisas initialis sapientiæ uetus ĩsigniuit auctoritas. Nam multa uolucrũ & ferarũ ẽt alieni mundi genera insculpebãt:quæ uel regum gloriam sequẽtibus ætatibus:uel eoꝝ persoluta uota mõstrabant:non.n.ut nũc litteraꝝ formæ ac numerus præstitutus erat:quibus quicquid humanas mẽs concipere potest:facile exprimitur:sed singulæ litteræ apud illos quæ aialium figuris designabãtur:singulis nominibus inseruiebant:& uerbis nõnunq̃ & integros sensus repræsẽtabãt. Nam per uulturem naturæ uocabulum pãdũt:quia nullos mares posse inter has alites inuenire rationes memorãt physicæ:pq; speciem apis mella cõficientis regẽ indicabãt. Cui cum iucũditate moderante aculei inesse debent:quin ẽt & Seruio referente sup quintum æneidos per draconem caudam reuolutum & illam mordẽtem annum illi iidem indicabãt:cum in se ipsum eodemmodo reucurrat ac cõsumatur. Itaq; teste Cornelio Tacito primi p figuras aialium ægyptii sensus mẽtis effingebãt:& antiquissima monumẽta memoriæ humanæ impressa saxis cernuntur:de quibus in dictione fœnices loquemur.

Obolus cum unico.l.scribitur:genus est ponderis sex continẽs siliquas:qui & alio nomine scrupulus dicitur:de quo in dictione talentum late uidebimus.

Ocaleæ cũ.c.exili & unico.l.& duabus.e.subsequẽtibus scribit fuit teste Home.li.ii.ilia.boeciæ ciuitas:

Ocha cum.ch.aspirato scribitur:nomẽ est a græco deductum ac a nostris compositum ex illoꝝ masculio articulo:quod est.o.& χαυχαυδος:quod apud illos.i.apud nos anser huius anseris:itaq; componẽtes antiqui nostri.o.cũ χαυ & i recto abiiciẽtes ultimũ.n.dixerũt ocha huius ochæ: nõnulli:uero commutantes illud.o.in.au.diphthongo dixerunt aucha auchæ:per modum quem in.ii.horum cõmẽtariorum libro cũ de.au.diphthongo tractaremus declarauimus.

Oceanus cũ unico.c.atq; illo exili &.e.absq; diphthõgo scribitur:dicitur id mare quod uniuersã circuit

terram:ob quod & ab ipſis græcis amphitrites ẽt uocitaſ: ut in ea dictione uidimus. Sed oceanus teſte Solino a uelocitate cognominatus ẽ. Nam ὠκὺς unde oceanus dicitur a noſtis uelox interpretaſ. Sane ex hoc mari oĩa nata fuiſſe dixit Heſiodus in theogonia:iuxta quod Vir.in.iiii.georgicoꝝ inqt. Oceanumq; patrem reꝝ nymphaſq; ſorores. Homerus uero dixit in iliade illum deoꝝ patrẽ:& Tethym matrem:cũ ait ὠκεανὸν τε θεῶν γένεσ̃ σύκαϊ μητέρα τηθύν: dixit ẽt ex ipſo oĩum amnium fontiũq; curſus initium capere. Itaq; cũ uniuerſam terrã circũeat:etiã ab occaſu Soĩis irrumpens mediam hanc noſtram habitabilẽ regionem amplis & nominatiſſimis æquoribus alluit. Et ſciſſis calpe atq; Abila montibus:quos columnas Herculis nominant inter Hiſpaniã quam leuo latere radit:& Mauritauiã circa q̃ dextro diffunditur:fretũ primo efficit lõgitudinis.xv.miliũ paſſuum & latitudinis uix ſeptẽ:ut Pomponius atteſtatur. Ita ut facto quodã hoſtio limẽ apire dicaſ. Et inde mediterraneis finib⁹ immixtus uſq; in orientẽ & ſeptẽtrionem propellit. Is ergo oceanus qui Hiſpaniã perfundit:Hibericus nominaſ: ab ipſa.ſ.hiſpania:quæ olim hiberia dicebatur:& circa inſulas baleares quas primo oñdit balearicus dict⁹ eſt. Deinde q narbonenſem prouinciã contingit gallicus:mox a liguria ligufticus. Deinde uſq; ad Sicilia tuſcus uocatur.quẽ græci tyrrhenũ. Itali inferꝝ nominarunt.inde inter ſiciliã & italiã pergens ionicũ mare incipit:ſed in leuũ ex aduerſo ad illyricũ adriaticum uerſus uenetias ſinũ efficit. at ab initio ariatici ionii nomen accipiens:longa per ſpatia in Aſiam uſq; protendit:ut in dictione ioniũ mare late uidimus Ex altero uero Siciliæ latere in cretã uſq; protentum ſiculum nominaſ. Inde uero uſq; i mare pamphilicũ ex leuo creticus dicit.ex dextro uero uſq; in ægyptũ ægyptius uocitaſ. Sed ab ionio iuxta græciã in ſeptẽtrionẽ diffuſus crebras circuit inſulas. Quæ quia informã capræ. ut quidã,uoluit diſponuntur:ægæi nomen aſſumpſit:uel alii potius uolunt ab Aegæo athenaꝝ rege.quemadmodũ i ea dictione oſtendimus. Deinde p helleſponti anguſtias progreſſus aſiam ipſam ab europa ſtricto ſecernit mari:qđ helleſpõticum ac Helle:ut in ea dictione uidimus noĩatur. Inde in propontidem dilatatus mare aliud conficit:qđ per cõtrarium euxinum nuncupaſ:ut in eiuſmodi dictione deſcripſimus. Sed rurſum iuxta tauricã regionẽ reſtrictus:boſphoꝝ alterum efficit:q chimericus noĩatur: ut in dictione boſphorus uidimus Nã a boum meatibus peruiis boſphori nomen aſſumpſit:eo qđ ab uno littore in aliud cõmode tranare poſſunt:poſt boſphoꝝ uero palus eſt meotis magna quidẽ & lata:in quam tanaĩs fluuius influit:qui a ſeptẽtrione & partibus ſcythicis ueniens:aſiam ipſam diuidit ab europa. At palus hyeme glaciaſ. Et ut ait Virg. Puppibus illa prius patulis nunc hoſpita paluſtris. Sed diuerſis in locis eiuſmodi mare noĩa habet plura & diuerſa:quæ ẽt non eadẽ cauſa ꝓdita ſunt. Nã aſiaticum mare ẽ quod & phœniciũ ægyptiumq;:& pamphylicum a prouinciis nomina accæpere. Ab inſulis balearicũ ſiculũ carpathium:cyprum.a gentibus ligufticũ:auſoniũ:tuſcũ:dalmaticũ. Ab oppidis argolicũ: adriaticum:corinthiũ:tyrium.a caſibus hoĩum myrtoum:icareũ:helleſponticũ & ut pluribus placet ægæum a memoria regis teſte Solino ionium:licet Seruius non a memoria:ſed a caſu in illum dicere uelit Nã ait ſup.ii.æneidos:regem illũ antiquiſſimum in eo ſubmerſum mari nomẽ reliquiſſe: a tranſitu boũis:uel anguſtis meatibus boum peruiis:boſphoꝝ:a moribus incolaꝝ:ut in ea dictione uidimus euxinus ab ordine fluendi propontis:ut in dictione pontus uidebimus. Aegyptũ pelagus aſiæ datur gallicũ europæ:aphricũ Libyæ. Et hæc de mediteraneo. Sed rurſus in terræ circuitu oceanus ipſe aduerſis oris:quas amplectit diuerſa accipit noĩa. Nã a littoribus ſuis arabicus pſicus:indicus eous:ſericus:ſcythicus:germanicus:atlanticus:& de reliqs eodem mõ. At uero caſpium mare a caſpiis mõtibus quib⁹ adiacet dictũ eſt. Et id idem hircanũ dicitur ab hircania ſibi contermina. Sed ut uolũt antiqui:qui nõdũ ſufficienter ea loca pſcrutati fuere:ex oceano hyperboreo anguſto ore in morem fluminis terras ingredienti conficitur. Qui uero diligentius iam eadem loca rimati ſunt: aſſerunt id eſſe mare uaſtiſſimũ:quod nec illũ habet exitum:nec alicuius aquæ ſalſæ habet introitũ:ſed ex immẽſis in ipſum cõfluentibus fluminibus factum:quod Ptolomeus ẽt uerum eſſe fatetur.

Ocheſius cum.ch.aſpirato & unico.ſ.ſequẽte.i.latino ſcribit:fuit Homero teſte ætolorum dux:uir longe præſtantiſſimus: qui in bello troiano moritur.

Ocyalus cũ.c.exili &.y.græco atq; unico.l.ſcribit:fuit un⁹ ex nomiatis phæacibus tpe Alcioni regis.ut oñdit Home.in.viii.odyſ. cõpoſitũ ẽ uocabulũ ex ὠκὺς qđ eſt uelox:& ἅλς mari:quaſi uelox ut mare.

Ocimum cũ.c.exili &.i.latino ſcribitur.eſt teſte Plinio lib.xix.natur.hiſto.herba hortenſis:quæ particulata etiam ab uno incipit:qua de cauſa diutiſſime floret:habetq; primam longã:cũ apud græcos ὠκυμον cũ.o.magno in prima ſcribitur.

Ociroe cũ.c.exili &.i.græco ſcribit:fuit teſte Heſio.in theogõia nympha q̃dam oceãi & Tethyos filia.

Ocyron eodẽ modo ut ſuperior ſcribitur:fluuius eſt in finibus arcadiæ.

Ocyus cum.c.exili &.y.græco ſcribit. Nam ab ὠκὺς græca dictione deducitur:quã noſtri quidã antiqui ſimi uertentes.y.græcum in.d.noſtrũ ocus traduxerunt. Sed a ſeqntibus in uoce cõparatiui traductũ fuit:hoc eſt remanẽte.y.græco.u.noſtrum addiderunt:nec latine poſitiuo utimur. Et aduerbialiter cito:& q̃ prompte deſignat. Virg.lib.æneidos.iiii. Ocyus omnes.

Imperio læti parent. Iuue.in ſatyra. Credo pudicitiam. Collige ſarcinulas dicit libertus:& exi

Ocyus & ꝓpera:ſicco uenit altera naſo. Seruius ãt ſup.viii.ænei.dixit: ocyus poſitiuus antiquus ẽ: nec ẽt põt cõparatiuus eſſe:ubi nulla ẽ cõparatio. Sed pace eius magis Pli.adhæreo.q̃ & illud quoq; in ſignificatiõe cõparatiui poſuit:& ſuplatiuũ nõnunq̃ ei aſſignauit. Ait.n.in.ii.natu.hiſt:Mercurii ſidus infe

riori circulo fertur nomẽ diebus ocyore ambitu:modo ante Solis exortũ:mõ post occasũ splẽdes & li.
viii.suplatiuũ exprimens dixit:itaq; multi extitere:q nõ nasci optimũ censerẽt:aut q̃ ocyssime aboleri.
Ocnus cum.c.exili seq̃nte.n.consonante scribit̃:fuit teste Virgilio in.x.æneidos.Fatidicæ Mantos:tu.
sci filius amnis.Qui muros matrisq; dedit tibi Mantua nomen: ut in ea dictione uidimus. Et ab eodẽ
poeta in bucolico Bianor uocatus fuit:ut in sua dictione monstrauimus.
Octopes absq; aliqua aspiratione scribit̃:piscis ẽ octo pedes habẽs:quem polypum quidam putant.
Odius cũ.i.latino scribit̃:fuit teste Home i.v.ilia.alizonũ dux:quẽ Agamẽnon i bello troiano occidit.
Odyssea cũ.y.græco & duplicato.s.scribit̃:loco quoq; nõnulli.x.scribere uoluerũt:sed magis placet litte
raturã græcã obseruari:dũmodo cõmode possit:scribit̃.n.apud illos non cũ.x.sed cũ duplicatq.s.uide
licet ὀλυσσεισ:& deriuatur ab ὀλυσσευσ:quẽ nos ulyxem nõ cum duplicato.s.sed cum.x.duplici cõso
nante ex inueterata consuetudine trãscribimus. A t eius dictiõis q̃ est odyssea penultima apud græcos
est.ei.diphthongus:a q̃ nos.i.abicientes solam.e.retinemus.Estq; odyssea uolumen aliud sublime Ho
meri in .xxiiii. libros diuisum:in quo Homerus errores & casus Vlyxis post bellum troianũ: & Penelo
pes uxoris patriam diuino carmine descripsit. Vnde ouidius in secundo de tristibus libro inquit. Aut
quid odyssea est nisi fæmina propter amorẽ Dum uir abest multis una petita procis?
Oegrius cũ.œ.diphthõgo &.i.latino scribit̃:fluuius ẽ thracũ: a quo teste Seruio hebrus nascit̃.& ut nõ
nulli ferũt pater fuit orphei:ac in hebro a ciconibus orphei caput ꝓiectũ fuit dicẽte Vir.in.iiii.georg.
Tum quoq; marmorea caput a ceruice reuulsum Gurgite cum medio portans œagrius hebrus.
Oebaris cum.œ.diphthõgo scribitur: fuit nomen uiri proprium.
Oebaris cum.œ.diphthongo &.i.latino scribitur:fuit Darii stabularius:cuius industria Darius ipse re
gnũ persarum adeptus ẽ. ut in dictione Darius uidimus.
Oebalus cũ.œ.diphthõgo & unico.l.scribit̃:fuit Lactantio sup thebaidos libro rex laconũ: de quo cre
tensis Ditis in historia troiana aptius loq̃ns ait.œbalus fuit filius Argulii filii Amidatis:fuitq; rex laco
niæ:& a se prouinciã ipsam œbaliam dixit:hæc ille. Alius fuit œbalus Telonis regis Capreæ filius:q̃ in
sula ẽ ex oppositq ad Neapolim ex Sebetride nympha genitus:de quo Virg.in.vii.ænei.inquit.
Nec tu carminibus nostris inductus abibis
Oebale:quem generasse Thelon Sebetride nympha
Fertur:teleboum capreas cum regna teneret.
Iam senior.hic ut prosequitur Vir.mortuo patre non contentus patriis aruis Campaniam intrauit &
multos populos suæ dictioni subiæcit:fauitq; deinde Turno cõtra Aeneam:a quo œbaliã regionẽ di
ctam nonnulli putauerunt:quæ est iuxta Tarentum:ut in sequenti dictione uidebimus.
Oebaliam cum.oe.diphthõgo &.i.latino scriptam duplicẽ esse cõperio:unam quæ & Laconia dicta fuit:
& ab œbalo filio Argulii œbaliam cognominatam:de qua Statius in Achilleide.Soluerat œbalio clas
sem de littore pastor dardanus:& Ouidius in quinto fastorum loqnens de Castore & Pollucc: q fuerãt
ex Amycla ciuitate Laconiæ ait:Effugere œbalidæ cursu potuere sequentes: Alteram uero in Italia iu
xta Tarentum urbem inclytam Calabriæ ab œbalio filio Telonis ut quidam uolunt cognominatam
Virg.in quarto georgicoꝝ.Nanq; sub œbaliæ memini me turribus altis:qua niger humectat flauẽtia
culta Gallesus corytium uidisse senem:& reliqua.Est enim Galesus:ut dixit Liuius libro.v.de secundo
bello punico Calabriæ flumen Tarento proximum per quinq; milia passuum.iuxta qđ castramætatus
est hannibal:cum arcem tarentinam obsedit. Alii uero quibus assentire uidetur Seruius:non aliã fuis
se dicunt in Italia œbaliam:nec id quoq; Virgilium intellexisse:sed cum dixit sub turribus œbaliæ in
tellexit:idest eorum qui ex œbalia Laconiæ in Italiam aduenere & turres iuxta Tarentum ædificaue
re.Nam ut rettulit Seruius. Lacones diu bello attriti ab athenien sibus: & in opiam uirorum timentes
præceperunt:ut uirgines cum quibusq; concumberent: quo facto cum Iuuenes de incertis parentib9
nati:originem suam deinde erubescerẽt:& partheniatæ idest de uirginibus nati appellarẽtur. duce Pa
lanto octauo ab Hercule nauigiis profecti uenerunt ad oppidum Calabriæ: quod Taras Neptuni fili
us condiderat:& id auctum habuerunt.
Oechalia cũ.œ.diphthongo &.ch.aspirato atq; unico.l.&.i.latino scribitur licet ex defectu librariorꝝ in
in quibusdã latinis codicibus non cũ.ch.aspirato ut diximus:sed magis cũ.t.aliquando legerimus:fuit
Laconiæ pars propinqua Thessaliæ:quæ œcaliæ nomen assumpsit a ciuitate eiusdem nominis:quæ in
illa erat.Ipsa uero ciuitas teste Homero.libro.ii.iliados ab œchaleo fluuio q circa illã ꝑfluit nomen
eiusmodi accæpit.In hac regnauit Eurytus pater ioles:qui cum filiam olim Herculi spopõdisset:& po
stea dissuadente filio denegasset:ut dixit Seruius super octauo æneidos indignatus Hercules illũ & fili
os interemit:atq; œcalium illius urbem euertit:dicente Virgilio:
Vt bello egregias idem disiæcerit urbes: Troiamq; oecaliam:ut duros mille labores
Sustulerit:Quin & iolẽ rapiens ita ardenter illã amauit:ut quæq; ab illa pateret: uti ab omphale regi
na Lydiæ prius passus fuerat:ad quem Deianira scribens apud ouidium in epistolis heroidũ inquit.
Gratulor oecalium titulis accedere nostris.
Victorem uictæ succubuisse quæror:& in eadem epistola subdit.
Ingreditur late lato spectabilis auro:
Qualiter in Phrygia tu quoq; cultus eras:

Dat uultum populo ſublime ſub Hercule uicto.

Oecaliam uiuo ſtare parente putes: ſed hæc deinde iole iubente Hercule ante mortẽ ſuam hyllo hercu lis filio nupſit: ut in dictione Hyllus uidimus.

Oecinyres prima cũ. œ. diphthongo ſequens cũ. c. exili &. i. latino penultima cũ. y. græco ſcribit̃: fuit te ſte Home. circa initiũ libri. xi. iliados: uir argiuus: qui donauit Agamẽnoni thoracem eximiũ.

Oeconomus cũ. œ. diphthõgo &. c. exili ſcribit̃: dr̃ a nr̃is diſpẽſator. Nã apud græcos οἶκος dr̃ domus & νόμος lex: nã decet diſpẽſatorem legẽ eſſe domus. Et ſic Ariſto. œconomica & œconomicus ſcribit̃.

Oecumenicus cũ. œ. diphthongo & abſq; aliqua aſpiratione ſcribitur: dictio eſt deducta ab οἰκουμένη: q̃ uniuerſum orbem deſignat quaſi uniuerſalis ille dicatur.

Oedipus cũ. œ. diphthongo &. i. latino atq; unico. p. ſcribitur: dictio ẽ cõpoſita ab οἰδάω: qd̃ ẽ tumor: & πούς pes: hoc ẽ pedum tumor. Nam ut Statius diuerſis in locis ſuæ thebaidos ſcripſit. Et Seneca in tragœdia: quæ inſcribitur Thebais. dum Oedipus matris utero teneret̃: & Pater laius Apollinẽ de naſcitura prole conſuleret. & ab Horaculo præcepiſſet ſe debere a naſcitura prole interfici natum puerũ paſtorum ſuorum armentoq; occidendum: tradidit: qui dum ætati cõpateretur: & regiũ imperiũ con temperare: oportet paruuli pedes gladio perforauit: & uimine ſuſpendit ad arborem quaſi in edia mo riturum. Quod ipſe apud Senecã in oedipo teſtatur dicens.

Medeo teſte damnauit parens:
Callidoq; teneros trãſtulit ferro pedes:
Et in alta nemora pabulum immiſit feris. Sed cũ uagitu Phorbantem paſtorẽ Polybii corinthioq; re gis ad ſe puer traxiſſet. ille cõſcius uinculis iã tumidum pedibus pueq; corinthio cuidã largitus ẽ: q læ tus ad Meropẽ uxorẽ Polybii regis liberis carentem pro magno munere dedit: illa una cum uiro. tanq̃ filium cælitus miſſum paterna charitate ſuſcæpit. Et pedum tumore oedipodẽ cognominauit. Cuius penultima breuis a poetis noſtris poni conſueuit: & declinatur huius oedipodis. Plautus tñ in penulo: ab oedipo pro oedipode in ablatiuo protulit. Hic cum ſemel Thebas pergeret ſphinge comperta eius ænigma diſſoluit: & monſtrum interemit. Vnde rerũ obſcuriſſimaq; interpres deinde dictus fuit. Itaq; hõ ille apud Terentium Dauus ſum inquit, nõ oedipus. Plautus in penulo. Nam iſti quidem heraclidæ orationi oedipi opus eſt coniectura: cui ſphingis ænigma diſſoluit.

Oenochonum cum. œ. diphthongo &. ch. aſpirato ſcribitur: fuit teſte Hero. Theſſaliæ fluuius in Pene um defluens: ut uidebimus in dictione Theſſalia.

Oenos cũ. œ. diphthongo ſcribit̃: dicitur apud nos uinum: ſed nõ urimur ea dictione niſi in compoſitis

Oenophoq; cũ. œ. diphthongo: &. ph. aſpirato ſcribit̃: uas eſt uinarium. Nam cõpanitur ex œnos: qd̃ eſt uinum & φορέω portãs: de quo Iuuena. in ſatyra. Credo pudicitiã: Totum œnophorum ſitiens: & Mar tialis in ſexto. Reddidit œnophori pondera parua ſui.

Oenotrii cũ. œ. diphthõgo: &. t. exili ſcribit̃: populi fuerũt ĩ italia: de qbus ſatis habuimus ĩ dictiõe italia

Oenus cũ. oe. diphthongo & initio ſcribit̃: fuit Parthaonis filius dicetne Acheloo apud Ouidiũ in octa uo metamorphoſeos: cum ad œneum regem ueniſſe. Accipe me generum dixit Parthaone nate: & fu it rex ætoliæ: cuius urbs regia Calidon cognominata fuit: ideo frequẽter rex legit̃ Calidoniæ: fuitq; pa ter Meleagri. & ob hoc Meleager a poetis dictus eſt. Ouidius in tertia epiſtolaq; heroidum.

Coniugis œneides uerſus in arma prece eſt.

Oenomaus cum. œ. diphthongo ſcribit̃: fuit filius Martis: rex Helidi & piſæ atq; Hippodomiæ pater: ut in ea dictiõe uidimus. Alius Home. teſte fuit uir pelopõneſius ab Hectore in bello troiano interfectus

Oenops ſimiliter ſcribitur: & fuit uir peloponneſis: ut idem poeta monſtrauit.

Oeſtrum cũ. œ. diphthongo &. t. ſcribitur: uolatile eſt paruum: Cui nomẽ aſilum romanũ ẽ: ut dixit Vir gilius in. iii. georgicoq;. Iuue. in tertia ſatyra. Non cedit Vento. Sed ut phanaticus œſtro percuſſus bel lona tuo diuinat. Et id ſane nomen a uoce quam edidi aſſumpſit.

Oeta cum o. &. e. ſeperatis uocalibus: &. t. exili ſcribit̃: ut late in. ii. horum cõmentarioq; lib. oñdimus: fu it rex colchoq; potẽtiſſimus: & teſte Home. c. x. odyſſeæ: filius fuit ſolis ex Perſa filia oceani. Nam ut ait Diodorus ſiculus hiſtoricus p̃ſtantiſſimus lib. hiſtoriaq;. v. Solem ferũt duos ex Perſa uxore procreaſſe filios: oetã ac perſem: oeta in Colcho regnauit. in Taurica Perſes: crudeles ambo efferiq; e Perſa filia Hecates ora ẽ ſupans audacia & inmanitate patrẽ: ut q̃ cruciaru hoium læta eo proferis appetere ſagit tis cõſueuerit. Quin & ad uenena mortifera cõficienda ſummũ ſtudiũ operamq; impendit q̃ aduenis in cibis exhibebat: unde & prima acconitum inueniſſe dicit̃. Quibus in rebus experta admodum & e docta: ueneno patrem primum ſuſtulit: deinde regno aſſumpto tẽplum ſtatuit Diane: cui hoſpites na uigantes ſacrificabant: exiſtimans crudelitate ſuum nomen clarius futurum. Poſthæc nupſit Cetæ pa truo: genuitq; liberos tres. Circem. Medeã. & Aegialeũ. Circe ad omnis generis uenenorũ cura uerſa multaq; herbaq; radicũq; uarias uires mirabileſq; repperit. Et quãuis matre Hecate in plurimis inſtru cta eſſet: multis tñ ab ſe de nouo inuentis oĩbus in ea p̃ſtitit. Hæc ſarmataq; regi: qui ab aliis ſcythæ di cunt̃ cum nupſiſſet: primum ueneno uirum abſtulit: deinde regno capto multa ui crudelitateq; regnũ uexauit: qbus ex rebus ex ipſo regno pulſam ad Italiam ueniſſe tradunt. Inq; eo promontorio: qd̃ te nũc quoq; ab illa circeum uocatur reſediſſe. Medeam quoq; tum a matre. tũ a ſorore ſingula uenefícia edo ctam diuerſis moribus uixiſſe ferũt. Nam cum oeta rex tum ſua natura: tum uxoris ſuaſu crudelis eſſet

& necandorum hoſpitũ mortem ſeruaret: illa hoſpites a uitæ diſcrimine eripiebat: & ſæpe a patre pre cibus & gratia pro damnatorum ſalute intercedebat: quãdoq; ipſamet ex cuſtodia captos dimittebat ob quod cũ Medea indies magis parentum crudelitati eſſet aduerſa: a patre ob timorem in liberam cu ſtodiam deſtinata fuit. Illa ad Solis oui templum: quod in littore ſitũ erat confugiens: iuxta littus am bulãs: argonautas noctu delatos conſpicit: a qua de hoſpitum cæde edocti: humanitatem uirginis exp ti ſunt: ut uidimus in dictione iaſon.

Oetha cum .œ. diphthongo & .th. aſpirato ſcribit̃: mons ẽ inter Theſſaliã & Macedoniã famoſus morte rogo & ſepulchro Herculis. Eſtq; teſte Plinio lib. xxv. naturalis hiſtoriæ hellebori herbæ: fertilis.

Oetoſyros cum .œ. diphthongo & .y. græco ſcribit̃ a græcis. Nam teſte Herodoto in tertio hiſtoriarum dicitur lingua ſcythica Apollo.

Oetus cũ .œ. diphthongo & .t. exili ſcribit̃: nã apud græcos eſt diphthongus ex .ω. mega & .ι. unde οἶτος ab illis ſcribit̃: ſed a nobis oetus traducit̃: Vt in ſecundo horũ cõmentariorum lib. uidimus: fuit frater Ephialis: & filius Alœi: pugnauitq; cum diis in creta: ut dixit Saluſtius: unde œtii campi dicti ſunt.

Oethym pria cũ .œ. diphth. ſequens cũ .th. aſpirato & .y. græco ſcribit̃: populi fuerunt iuxta pontum.

Ogdous cum .g. ante .d. ſcribit̃: fuit teſte Diodoro ſiculo lib. hiſtoriarũ .ii. Aegypti rex: quin & Vohore⁹ cognominatus ẽ: & Memphim condidit: ut uidimus in dictione memphis.

Ogygia ſecunda cum .y. græco: penultima cũ .i. latino ſcribitur: inſula eſt ut quidam ferunt phœnicii & ſyrii maris: Sic quoq; ab Ogygio rege in ea regnante cognominata: de qua Homerus in libro primo o diſſeæ νῆσον ἐς ὄγυγίην οτρυνομεν. Nam uoluit in ea poſtea regnum fuiſſe Calypſus: ut in dictione Calypſo uidimus.

Ogygius eodem mõ cum ſuperior dictione ſcribit̃: fuit teſte Seruio ſuper Silenum Virgilii thebanorũ rex ſub quo primum diluuium fuiſſe dixit Varro in prologo libri tertii de re ruſtica: quã longe antiqo rem urbana oſtendere conatur. Et fuiſſe tempus ait: quo rura colebant homines: nec ciuitates habebãt Et ſubdit: eſtq; uetuſtiſſimum oppidũ Boetiæ Thebæ: quod rex ogygius ædificauit: peractis iam duo bus milibus annoꝝ & centum. Sed ut diuus Auguſtinus de ciuitate dei lib. xviii. rettulit tẽporibus in quit ogygii regis: diluuium magnum factum eſt: non illud maximum: quo nulli homines euaſerunt ni ſi q in acra fuerunt. Sed tamen maius: quam quod poſtea tempore Deucalionis fuit.

Oicleus cum .i. latino diuiſa ſyllaba ab .o. ſcribit̃: nam neq; apud græcos c̃ diphthongus: fuit filius Anti phatis filii Melamphi.: dicente Homero in .xv. odyſſeæ. ἀντιφάτης μεν ετικτεν οικλῆα μεγαθυμον. Idem fuit pater Amphiarai argiui uatis.

Oileus cum .i. latino diuiſa ſyllaba ab .o. ſcribitur: ut de ſuperiori dictione diximus. Non enim poteſt eẽ diphthongus: ut Virgilius in primo. Vnius ob noxiam: & furias Aiacis oilei: fuit locrorum rex: & pa ter Aiacis oilei.

Olympus cũ .y. græco ſcribitur: quo nomine quattuor diuerſos legimus mõtes. Vnus ẽ inter Theſſaliã & Macedoniã altiſſimus: dicente Lucano in ſecundo. Nubes exceſſit olympus lege deũ. Alius ẽ in Gal lo græcia. Aliud apud myſſos: ad cuius radices urbs eſt Pruſa ab Hannibale ut ferũ extructa. Quartus eſt ſecus mare rubrum in Aethiopia. Haud longe ab Helipoli ciuitate: qui oriente ſole uſq; ad quintã diei horam flammas emittit. Adde quod de hoc dicit Claudianus in Stillcone: ſed ut altus olympi uer texquí ſpatio uentos hyemeſq; relinquit.

Perpetuum nulla temeratus nube ſerenum.
Celſior exurgit pluuiis: auditq; ruentes
Sub pedibus nimbos: & rauca tonitrua calcat.

Olympias eodem modo atq; .i. latino in penultima ſcribitur.

Olympioníces ſecũda cũ .y. græco: aliæ cũ .i. latino atq; .c. exili ſcribitur: is dicitur qui in olympico certa mine uicit: quaſi olympioꝝ uines. Ideſt uictor a νῖκη: quæ eſt uictoria.

Olor cum unico .l. ſcribitur: fuit teſte Herodoto libro hiſtoriarum ſexto Thraciæ rex: qui filiã ſuã He geſiphylen Melciadi duci athenienſium uxorem dedit. Eſt etiam olor auis alba: quæ alio græco nomie cygnus dicitur.

Olenos cum unico .l. & unico .n. ſcribit̃: ciuitas ẽ Aetoliæ: ut oſtẽdit Homerus in ſecundo iliados: iuxta quam aper ille calydonius occiſus dicitur. Aliam ponit ignius de aſtronomia poetica in Boecia ciuita tẽ eſſe: ſic quoq; cognominatã ab oleno Vulcani filio: de qua forte intellexit Seneca in troade: cũ ait.

Olenos tectis habitata raris. Quin & in ea amalteã capram nutritam fuiſſe quidam aſſerunt: q̃ poſtea ac cælum tracta fertur. dicẽte Ouidio in .xvi. epiſtolarum heroidum: Pleias & arctophylax: oleniumq; pecus. Et in libro faſtorum .v. Naſcitur oleniæ ſignum pluuiale capellæ. Et inde olenius ut Flora ad lu nonem apud Ouidium in eodem quinto faſtorum ait.

Quod petis oleniis inquam mihi miſſus ab oris
Flos dabit: eſt hortus unicus ille meis.

Olynthus cum .y. græco & .th. aſpirato ſcribitur: fuit ciuitas Sithoniæ iuxta atticam: quæ cũ ab atheuiẽ ſibus deficeret: & Plilippo ſe dediſſet. fuit demum ab athenienſibus euerſa.

Ombrici cum .i. latino & .c. exili ſcribitur populi ſunt iuxta illyricos: ex quoꝝ locis teſte Herodoto libro hiſtoriaꝝ tertio Capris & alpis fluuii uerſus noream in iſtrum cadunt

Omonyma cum.y.græco ſcribiť:eā dicūť quæ ſolum idem nomen habent:hoc eſt nō etiam rationem & traducuntur æquiuoca.

Omphatium cum.t.exili &.i.latino ſcribiť:eſt genus uini certo artificio confecti:ut oſtēdit Pli.li. deci moquarto natu.hiſto.& deriuať ab ο υφαξ:quod eſt uuā ſignificat acerbam.

Onager cū unico.n.ſcribiť:dicit a noſtris aſinus ſilueſtris.Nā cōponiť ex ονος:qđ eſt aſinus:& αγριος ſilueſter:de quo Virgi.in.iiii.geor.Sæpe etiā curſu timidos agitabis onagros.

Onchiſton cū.ch.aſpirato &.i.latio:atq;.t.exili ſcribiť:locus ē teſte Home.li.iliados.ii.i finibus thebaꝝ

Oneſicritus abſq; aliqua aſpiratiōe &.i.latino ubiq; ſcribiť:fuit philoſophus quidā quē nōnulli æginē ſem dicunt.Demetrius uero magneſius illū aſtipalenſem fuiſſe dixit:fuit Diogenis diſcipulus. Et ut Xenophon cū Cyro:hic cum Alexādro militauit. Et ut ille Cyri pædiam:hic Al exandri ſcripſit ini tia & ut ille Cyri:hic alexandri proſequiť laudes.Diciť etiam ſtilus utriuſq; quam ſimillimus.

Onyx cum.y.græco ſcribiť genus eſt lapidis in ſimilitudinē unguis.Nā onyx græce latine unguis diciť de quo Horatius in.iiii.carminū.Nardo uina mereberis nardi puus onyx eliciet cadum.Qui nūc ſul pitiis accubat horreis.ubi Acrō dixit:onyx metallū gēmæ ſimile:de quo unguenta odorata fiebāt par ua uaſa.Sed Lucanus de gēmis mihi locutus uidetur:cum dixit ad luxum oſtētādum. Totaq; effuſus in aula Calcabatur onyx.

Onytes cū.y.græco &.t.exili ſcribiť:nomē eſt uiri ꝓprū:qđ Donatus ſup.xii.ænei.Virgilii aut gentile aut patronymicū putauit:ſe tamen gentē ſcire fatetur.Sed ſeruī magis ſententia placet:qui propriū exiſtimauit:& deriuari puto ab onyx:ac forſitan onyces cū.c.exili primitus ſcriptum.

Onomatopœia cū.t.exili &.œ.diphthongo atq;.i.latino ſcribiť:eſt ονοματος ideſt nois: ποιησις fictio

Nā cū uocis cōfuſæ nomen ad imitandū ſonū effingimus:eiuſmodi figurā facimus:ut ouiū dicimus ba latū:boū mugitū:equoꝝ hinnitū:terribilis buccinæ ſonitū taratantara.

Ennius: At tuba terribili ſonitu taratantara dixit.hac etiā figura diciť turtur:grus:ſcropha: quæ no uiter cōperire nobis raro cōcediť:græcis uero teſte Quintiliano:inter maximas eſt habita uirtutes.

Onophrius cum.ph.aſpirato recte ſcribiť.nam deſcendit ab onos qui eſt aſinus.

Opheltus cum.t.exili &.i.latino ſcribiť:fuit uir troianus.

Opheltes cū.t.exili ſcribiť.fuit nauta tyrrhenus:de quo ouidius in tertio metamorpho. aſſumus en in quit ſotiorum primus opheltes.

Opites cum.i.latio &.t.exili ſcribitur:fuit uir argiuus.& ab Hectore in bello interfectus.

Opheleſtes cum.t.exili ſcribunť:fuit uir troianus.

Ophis cū.i.latino ſcribiť:apud nos ſerpēs. unde Cotta in arateis uerſibus apud Ciceronem in.ii.de na tura deoꝝ de ſerpente loquens inquit.

Quem clare peribent ophim cognomine græci:

Ophiulchus cū.i.latio &.c.exili ſcribiť:deriuať ab ophis.& diciť a noſtris ſerpētarius quem Seruius ſu per.xi.ænei. Aeſculapiū eſſe dixit.

Ophiophagi eodē modo ſcribitur:& hi ſunt qui ſerpentes mandūt.Nam quod apud græcos phago:a nobis mando dicitur.

Ophiogenes cū.i.latio & unico.n.ſcribiť:diciť ſerpentibus geniti:quos dixit Pli.li.vii.natu.hiſto. teſte Erato pgameno circa helleſpontū paruū genus hoīum fuiſſe ſerpētū ictus tractu leuare ſolitos: & ma nu ipoſita uenena leuare corpori.unde a ſerpētibus genus ttaxiſſe dicebantur.

Ophites cū.i.laio &.t.exili ſcribiť:ē teſte pli.in.xxxvii.natu.hiſto.genus marmoris maculas ſerpētinas detinētis:a quibus nomē ipſum aſſumpſit.

Opobalſamū cū unico.p.ſcribiť:& eſt ſuccus balſami:οποσ enim græce latie ſuccus diciť:unde & pro quocūq; odorifero unguēto aliquādo ſumitur.Iuue.in.ii.ſaty.Sed tñ unde Hæc emis hirſuto ſpirant opobalſama collo Quæ tibi.

Ops cū.p.ante.s.ſcribiť:fuit filia Cæli ex Xeſta:& ſoror uxorq; Saturni.Quā ut refert Seruius in un decimo ænei.græci Rheā uocāt. Vnde latinā dictionē ops nō græcā puto:& corrupit.o. ut ops opis. Diciť ēt copia:ſed in hac ſignificatiōe nominatiuus in frequēti uſu nō eſt:niſi in compoſitiōe:ſed tūc quoq; cōis ē generis ut hic & hæc inops huius inopis:uetuſtiſſimi tñ teſte Capro:hic & hæc & hoc ops & cops pro eo:qui ē opulētus & copioſus:quin & pro auxili proferebāt.Et Actiū quoq; de Hercule fir dicētem iducit.Quoꝝ genitor ferť eſſe ops gētibus pro opē ferē:& auxiliū gētibus Terētius iuno lu cina fer opem.ſerua me.obſecro itē i genitiuo apud ouidiū de remediis legiť.Carmis & medicæ phœ be repertor opis.At opes i numero plurali pro cēſu accipimus Hora.i quarto carminum:per damna per cedes ab ipſo Ducit opes:aiumq; ferro:de romano populo loquebatur.

Opis cū.i.latio i noiatiuo nympha fuit:ac primā pducit.ut opis ad æthereū pēnis auferť olympū.Vir gi.i.xi.Velocem interea ſuperis i ſedibus opim Compellabat.Eſt ēt opis teſte Herodo.in primo hiſto riaꝝ:ciuitas iuxta quā tigris proflu it:& mare rubrū ingreditur.

Opſonium cū.p.ante.ſ.atq;.i.latino ſcribiť:ſic.n.apud græcos οψωνιον ſcribiť:ſed ex nris.p.i.b.ob lit terarum uicinitatē:nōnulli cōuertunt:quod ſæpe fieri ſupra oſtendimus.Et ē q̄cqd comedendo ad ditur pani & uino.Ac ſecundam eius ſyllabam uti græci:ſic & noſtri producunt. Iuuenalis in ſatyra Atticus eximie Manubria cultellorum.

Ossea nō tñ his ulla unq̄ obsonia fiunt Rācidula.& sic uerbū obsono uł obsonor numeq; uł deponēs.
Ophthalmos cū.ph.aspiratis scribit̄:dicitur a nostris oculus:sed sic quoq; nō nisi in compositis quibus dā:& deriuatiuis trāscribit̄:ut opthalmia.quæ ē oculi infirmitas.Et triophthalmus lapis: ut teste Pli. in ultimo naturalis historiæ.tres homines oculos simul exprimit:& ægophthalmus lapis alius:qui caprinum oculum representat.
Opterus cum.t.exili scribitur:est autem ut Iuue. uidetur uelle ostendere.auis cum inquit in satyra Atticus eximie.apd quē scilicet tripherū Sumine cū magno lepus atq; aper ac epigardus.Et scythiæ uolucres:& phœnix opterus ingens.
Et getulus oryx hebeti lautissima ferro Cæditur.
Oreades cum unico.r.absque diphthongo:nymphæ sunt sic quoque cognominatæ ab oresi idest montibus quos inhabitare solebant.
Orestes absq; aliqua aspiratione ab emēdatissimis græcis semp scribit̄:& ab oros quod apud nos ē mōs deriuatum nomen dicunt:atq; ob magnitudinē illius:eiusmodi nomen sic quoq; a poetis effictū: quē instar mōtis fuisse dicūt. Vnde Solinus corpus eius inquit iussione oraculi apud taygetā montē inuentū est longitudinis cubitoq; septē:quoq; quolibet pedē & semis geometrica rōne dicit̄ cōtinere.Et fuit orestes Agamēnonis regis mycenaq; filius ex clytæmnestra cōiuge hic paruulus Hermionē Menelai patrui:& Helenæ filiā desponsauit.Sed cū opera Clitæmnestræ matris & Aegisthi adulteri pater Agamēnon a bello troiano q̄primū reuersus interficeret̄:quærit̄ hic similiter ab eisdē i mortē.Sed diligētia Electræ sororis a strophilo phocensi clā mycenis subtrahit̄:& seruat̄: Aegisthi interim: & Clytæmnestræ auxilio rapit̄ Hermione a Pyrrho Achillis filio:Sed cū creuisset orestes tpe & opportunitate captata clam Mycenas ītret:Atq; Aegisthū iteremit & matrē quā crudelissimis pœnis affecit post q̄ illa iā simul cū Aegistho anni septē regnauit:uel elegātissime hæc oia ꝓsecutus ē Sophocles in electrā atq; eurípides:Sed de nimia crudelitate a ciuibus icusatus orestes iudicio areopagitarū subire coactus est:a quo teste Cicerone ī oratiōe pro Milōe uariaris hominū sentētiis nō solū diuia:sed & sapiētissimi deæ snia liberatus ē.Interim interfecto Pyrrho:& recuperata Hermione:cōsiētia gestoq; exagitatus:ī insaniā & furias uersus:uidere sibi uidebat̄ matrē se ardētibus facibus:& serpētibus attis in sequentē dicēte Virgi.in quarto ænei. Armatā facibus matrem & serpentibus atris.
Cū fugit:ultriceq; sedēt in limie diræ.Sed cū illi fidus:ac perpetuus eēt comes Pylades:præfati Strophili filius:nō passus ē illū in insania præsistere:quin oportuna disquireret medicamina.Itaq; illum ad tauricā regionē in scythia ad Dianæ aram pro recuperanda sanitate cōduxit:comitibus etiā:ut nōnulli asserunt Hermione & electra:ubi deæ ex humana carne sacra fiebant.Sed cum moris esset aduena ꝓ eiusmodi sacrificio captiuate:contigit ut & ipse pro re tali caperet̄.Sed ab iphigenia sorore recognitus:quæ ibidē sacerdos numini ministrabat:ut in ea dictiōe uidimus:liberatus etiam ab omni insania euasit.Cū quo iphigenia ipsa ablato simulacro aufugit:& alia innumera sunt:quæ de illo poetæ loquunt̄:ita ut dicat Iuuena.Scriptus & intergo.nec dū finitus orestes.Præbebat enim mareriā omnibus uolentibus aliqua scriptitare.ob quod dixit Vir.in ænei.Scænis agitatus orestes.
Orexis cū unico.r.&.x.cōsonāte:atq;.i.latio scribit̄:ponit̄ a græcis pro appetitiōe.At uero Iuue. latinū feciſſe uł:& ꝓ monitu posuisse:quasi ab ore:& ex eo sit cōpositū:uñ ait in saty.Credo pudicitiā.Ducit̄ ante cibū rapidā facturus orexim:& i saty.Atticus eximie.Hic surgit orexis.Hic stomaco bilis.
Orchades cum.ch.aspirato scribitur:insulæ sunt oceani septentrionalis ultra britāniam:& circa tilem numero uiginti tres:quarum uiginti desertas:& tres coli nonnulli asserunt.Solinus tamen dixit illas hominibus uacare:& siluis:qui & herbis uinceis inhorrescere.Nōnullas uero dixit inherbidas: harenamq; & steriles herbas detinentes.
Orchestra secunda cū.ch.aspirato:ultima cū.t.exili subsequēte.r.scribitur:proprie locus ē in theatro uel amphitheatro:uel circo ubi saltabat̄..Nam deriuatur ab ὀρχοῦμαι:quod est salto. ut Possidonius orchestrā quatit alter.unde etiā ὀρχήστρις saltatrix dicit̄.nā ut refert Liuius in secundo bello punico.Cū ludi circenses apollini celebrarentur.& Hānibal nuntiatus esset circa Collinā urbi ingruere ōēs raptis armis concurrerunt.Reuersi postea cum piaculum formidarent:inuenerunt saltātē in circo senem quendā.qui cū iterrogatus dixisset se nō iterrupisse saltationē.ductum est hoc prouerbium Salua res est saltante sene:Sed ut plurimum pro toto theatro orchestra ponitur:ut Iuuenalis ī satyra Et spes & ratio:Quæque reportandis posita est orchestra cathedris:idest theatrum. Suetōius in uita Neronis:Mediaq; orchestra frequente populo epulatus est. Vnde & nonnunquam pro loco eminētiori ponitur ab eodem Iuuenale:ut in tertia satyra: Aequales habitus illic similesque uidebis Orchestrā &populum.Nam cum locus cōmodior ad spectandum pro senatoribus & maioribus præpararet̄: ab ipsis saltationibus inspectis nomen assumpsisse uidetur.
Orchites cū.ch.aspiarto &.i latino atq;.t.exili scribitur:genus est oliuarum:quæ teste Seruio in secūdo georgicorum:a græce etymologia:sed obscæna idest a testiculis nomen assumpserunt. Nam ὄρχεις testes dicuntur:quorum figuram retinent.
Orchomenus cū.ch.aspirato &.e.absq; diphthongo scribitur:ciuitas ē in Boetia thessaliæ conterminina.i qua fons erat tribus charitibus seu gratiis.& ueneri sacer.ut testatur ignibo ī astronomia poetica & Seruius super primum æneidos confirmauit. Ad hāc urbem Homerus in octauo iliados. inumera

quottidie nauibus deferri dixit in oratione Achillis ad Vlixẽ aiacem & Pœnicem.
Orchus absq; aliqua aspiratiõe scribit: cognomen est fluuii inferni: ab ορκος: quod est iuramentũ dedu ctum. eo quod per illũ hoc est stygem paludẽ: a qua teste Homero ꝓfluit: iurabant dii: nec peierare lice bat: Nã ut dixit Homerus in secundo iliados: fluuius est thessaliæ: qui ab inferna styge manat & in pe neũ defluit quem nec peneus recipit: sed olei modo supernatantem breui spatio portatũ abdicat: nec pœnales aquas diriscq; genitas argenteis sui miscerι permittit: & subdit Homerus: huius fluuii apud deos santissimum iusiurandum esse.
Oricalchũ secũda cũ. i. latio: seq;ns cũ. ch. aspirato: ultia cũ. c. exili scribit: dictio ẽ ex auro & χαλκον: qđ est æs cõposita. Sed au. diphthongũ cõuerit in. o. breuẽ scdm antiquoꝝ cõsuetudinẽ in quibusdã dicti onibus: ut supra ostendimus in secũdo horũ cõmentarioꝝ libro ubi de. au. diphthongo tractauimus. Nã aurichalcũ dicebat: quod teste Seruio in. xii. Virgilii apud maiores preciosius omnibus fuit metal lis: ubi multa grata de illo rettulit: quæ qui scire cupiet: ibi legere potuerit.
Orgia cũ. i. latio scribit: dicebant Bacchi sacra: primũ apud thrachas ab orpheo instituta: quæ ut aiunt a solis mẽstruosis celebrari statuit: ut eo potissimũ tpe a uiroꝝ cõmixtione diuerterent: quod nõ solũ ẽ abominabile: sed pernitiosũ uiris. Sed deinde ut illaꝝ obprobria tegerent: & a nõ mẽstruatus celebra ri permissum fuit. Et teste Seruio super. iiii. ænei. orgia olim apud græcos oia sacra dicebant: quẽad modũ apud latinos cerimoniæ. Quod luue. in satyra obseruasse uidet: ubi de sacris bonæ deæ: quæ si mili modo a solis mulieribus celebrabant: loquẽs inquit. Talia secreta coluerũt orgia tæda. Sed ut ait Seruius abusiue sacra liberi orgia dicunt: uel ab οργιζομαι: quod est furio: & οργι furor: uel ab ορεσι hoc est a mõtibus in quibus agitabant: incedebantq; crinibus passis: & indutæ pellibus damaꝝ: quæ græce nebrodes appellantur. nã νεβροσ græce latinæ dama uocatur. Virgi. in quarto georgicorũ pi ctis incinctæ pellibus ambæ. ideſt pellibus damarum: quæ uarii sunt coloris: ibantq; ut furis agitatæ cũ tibiis cymbalis & clamore: unde mænades hoc est furiosæ appellabant: ut in ea dictione uidimus: nec fas erat adesse uiuos: dicente Statio in achilleide.
Lex procul ire mares iterat præcepta uerendus
Ductor: in accessumq; uiris indicit antrum.
Nec satis est: stat sine dato metuenda sacerdos
Exploratq; aditus: ne quis temerator oberret
Agmine fœmineo tacitus surrisit achilles:
Orion cũ. i. latino scribitur: hunc dixit Hesiodus in theogonia fuisse Neptuni filium ex Euriale Mino is filia. Aristonicus & Pindarus aliam illius genesim descriptum dicentes. Hireum quendam semen fuisse: qui cum apud Thebas: teste Aristonico parui cultor eẽt agelli: uel i isula chio: ut dixit pindarus & iouẽ forte ac Mercurιũ hospitio excæpisset: petiit ab his: ut sibi aliquid libertorũ nasceret: dicebat enim se olim coniugem habuisse. ac illi ꝓmisisse nõ recepturum aliã: optaret tamen filiũ pro hærede. Et ut hoc facilius impetrare posset: bouẽ eius immolauit: atq; ad uescendum aposuit. Iuppiter uero & mercurius post epulas: ab eo coriũ e bone detractum popscerunt: atq; in illud quod fecerant urinæ in cluserunt. Et referente Ouidio: qui hoꝝ opinionem sequitur in. v. libro fasto.
Tunc super iniecta texere madentia terra.
Iamq; decem menses: & puer ortus erat.
Hunc hireus quia sic genitus uocat uriona.
Perdidit antiquũ littera prima solũ: ita ut iam oriona dicamus. Est enim urina græca dictio: quam illi ουρον dicũt. Sed deinde maxime excrescens uenator magnus euasit. Quẽ sibi comitẽ delia fecit. Et ut dixit Ouidi. ille deæ custos ille satelles erat itaque uenãdi artificio elatus: ausus: est. dicere nullum gi gni posse animal: quod nõ ipe superaret: ob quod uolentibus diis emisit terra paruum animal scorpio nem scilicet a quo superatus occubuit: dicente Lucano libro nono: ille scilicet scorpius minax nodis: & recto uerbere sæuus. Teste tulit cælo uicti decus orionis. Et dixit teste cælo: quia & orion & ille scor pius ad cælum tracti fuerũt. Voluit hic pleiadibus uim inferre: ut in dictiõe pleiades ostendemus Tẽ tauit & similiter teste Callimacho Dianã uiare: ob quod ab ea sagittis confixum illum dixit. idẽ Hora tius libro carminũ tertio: i quarta oda tetigisse uidet cũ ait. Tentator orion Dianæ uirginea domitus sagitta. Seruius uero aliã ab his: quæ diximus fabulã super. xi. ænei. Virgilii librũ rettulit quæ sane no bis satisfacere nõ potuit: iõ alios magis secuti sumus: & hẽt orion primã & secundam q̃doque breues & quandoque longas: ut in dictione arion uidimus.
Orithya secũda cũ. i. latio: penultima cũ. th. aspirato & diphthongo cõpacta ex. y. græco &. i. latio scri bit: fuit pulcherrima puella: & famosa filia Erithei athenaꝝ regis: quã cũ boreas adamasset & sibi con iugẽ dari postularet nec ꝓpetrare ualuisset: illã rapuit: & in thraciã secũ detulit. Ex qua zetũ & cala in filios ꝓcreauit: ut ꝓ uera historia retulit Eusebius in libro tẽporꝝ. Alia eodẽ noie regina fuit amazo nũ: quæ Marpesiæ matri succesit in regno: de qua Iustinus in. ii. epitomatũ li. locutus fuit.
Orithos cũ. i. latino &. th. aspirato scribit: fuit teste Herodoto li. histo. v. ciuitas iter macedoniã & epirũ iuxta quam: ut retulit Seruius in. x. ænei. naiscitur terhebitus arbor: de q̃ in sua dictione uidebius. ob quod Plinium dixisse puto in. xiii. naturalis hist. Terebinthus in macedonia breuis est arbos atq; fru ticosa Et Seruium qui dixit orithos ciuitas est epiri.

Oryx cū.y.græco ſcribīt:de hoc Plī.in.ii.naturalis hiſto.inq̄t:orygē appellat ægyptus feram: quā in ex ortu eius cōtraſtare & cōtueri tradidit:ac uelut adorātē cōſterni.idē i.viii. Solos oryges dixit cōtrario pilo uerſi:hoc ē ad caput uerſo:de quo Iu.i ſaty. Aticus exīe. Et getulus oryx hebeti lautiſſima ferro.
Ordeſſus cum duplicato.ſ.ſcribīt:ē teſte Herodoto i.iii.hiſto primus fluuioꝝ ſcythiæ:magnuſq̄ & ab oriente profluens cū iſtro miſceī.
Orodes ſine aſpiratione principii ſcribīt:nomē eſt uiri ꝓpriū:de quo Virgi.in.x.ænei.meminit & interp̄tari poteſt montanus.Nā ab opoς:quod eſt mons deriuaī.
Oroætes cum .œ.diphthongo:ultima cū.t.exili ſcribīt:fuit teſte Herodo.li.hiſto.iii. uir perſa & ſardiū præfectus:qui policratem ſamiorum tyrannum dolo captum ſuſpēdit.Hic poſtea iuſſu Darii. & opa aſtuq̄ Bagei in ſardis truc:datus eſt.
Ormenius cum.i.latino ſcribīt:eſt teſte Homero libro iliados.ii.ciuitas magneſiæ:idēq̄ Plī. in quarto naturalis hiſtoriæ confirmauit.
Orphanus cum.ph.aſpirato ſcribīt:& eſt dictio græca: quā nōnulli pupillum interpretari dicunt. Alii uero inter eas differentiam ponunt:& pupillum eum eſſe dicunt:qui caret quidem patre:ſed nō ꝓſidio paterno:cum tutore iuueī orphanus uero qui caret patre:præſidioq̄ paterno.& ſumopere deſideret illius opem:cū ſine eo male habeat.
Orpheus cū.ph.aſpirato & eu diphthongo ſcribitur:ut Virgliusi Damone.Orpheus in ſiluis:fuit theologus:& poeta gēte trax Oegarii fluuii filius. Alii dicūt Apollinis fuiſſe filiū ex muſa Calliope. hic teſte Diodo.ſiculo li.hiſto.v.doctrina melodiaq̄ ac poeſi exceſſit oēs quoꝝ extet memoria: & ſuauitate cātus p̄ceteris clarus fuit:idē citharā ab Apolline patre accæpiſſe dicīt a poetis:quā nuper ad ſimilitudinē teſtudinis Mercurius cōfecerat:& apollini dono dederat.Cuius modulatu & dulcedie nō ſolū homines ſed lapides & ſiluas in numeꝝ ſe motare cogebat:Dicente Oui.i.iii.de arte:Saxa feraſque lyra mouit rhodopeius orpheus. Tartareoſq̄ lacus trigēniūq̄ canē:& Virgi.in Dameta:Orpheaq̄ in medio poſuit ſiluaſq̄ ſequētes.Nā mortua Furydice uxore ad inferos pergēs:ualuit eos cithara ad cōmiſeratione deflectere:ita ut uxorē ſibi reſtituerēt. Sed ea iterū ꝓdita:qua illā ante tempus cōtra datā legem aſpexerat:ut elegātiſſime dixit Virgi.in.iiii.georgi.

Septem illum totos perhibēt ex ordine menſas
Rupe ſub aerea deſerti ad ſtrymonis undam
Fleuiſſe:& gelidis hæc euoluiſſe ſub antris
Mulcētē tygres:& agētē carmie quercus.Et in eodēloco Nulla uenus:nulliq̄ aīum flexere hymenæi.

Nā ab illo ſpretæ Cicones:quæ eū in uiꝝ habere quærebant inter orgya Bacchi:quæ ille idē inſtituerat:eum penitus lacerarūt.Cuius caput cū in oeagrū fluuiū ꝓiectū eſſet:una cū cythara leſbū peruenit:quod cum ſerpens edere uellet:ab Apolline ſacrificatū dicīt.Laertius uero Diogenes pro uera hiſtoria dixit illū nō a mulieribus diſcreptum:ſed flumine deperiſſe:idq̄ epigrāma in macedōia ſcriptū oſtendere:ubi a muſis ſepultus dicitur:& ut ait Ouidius.

Ille etiam thracū populis fuit auctor amorem.
In teneros tranſferre mares:citraq̄ iuuentam.
Aetatis breue uer:& primos carpere flores.Habeo huius antiq̄ſſimi poetæ hymnos ad deos ferre omnes:hēo argonautica:ſed nō illius opus eſſe dixit Ariſtoteles.Ponitur & nōnunq̄ adiectiue Orpheus ut Martialis in primo. Quicquid in orpheo rhodope ſpectaſſe theatro
Dicitur exibuit cæſas arena tibi.

Orſilochus cum.i.latīo & unico.l.atq̄.ch.aſpirato ſcribīt:fuit teſte Homero li.iliados.v.filius Alphei flumis q lato gurgite terrā interfluit pylioꝝ: & magni populi priceps fuit.Nā Orſilochus genuit Diodeū:Diodeus ipē gemios gēuit chretōa:& orſilocū:q gratificātes Agamēnoni menelaoq̄ una cū illis aliiſq̄ pricipibꝰ ad Troiā nauigarūt:& uno occubituri horæ momēto:quos ut ipē ait p̄ſtātiſſimos uiros:& i oī genere belādi pitiſſimos:magnanimus Aenea corā Agamēnone interemit.
Ortygia ſecūda cū.y.græco:penultia cū.i.latio ſcribīt:iſula ē in mari ægæo:q̄ & alio noīe delos dī.Sed ortygia cognomiata Solio teſte:qa in ea primū uiſæ ſunt coturnices:quas græci ortigias uocāt. Nos a ſono uocis qualias dicimus. Sed de ortygia talē Seruius ſup.iii.ænei.Et Lāctātius ſup primū thebaidos: fabulā retulerūt.Poſtq̄ inq̄t Iuppiter Latonā uitiauit:eius & ſororē noīe Aſteriē uitiare conatus eſt:quæ miſeratiōe numinū in auē cōuerſa fuit:quā nos coturnicē dicimus: At Iuppiter i aqlā ſe uertit:ut eā raperet.illa uero eadē miſeratiōe numinū in lapidē cōuertīt:qui diu ſub aquis latuit:ſed ſupplicāte ioui latōa ſup aquas deferri cœpit.Interim cū iuno Latonā grauidā perſentiſceret:in miſſo cōtra illā phytone ſerpente p oēm terrā plecuta.eſt.quæ tandem cū ad littora maris deueniſſet a ſorore ſuſcæpta fuit: dicente Ouidio li.vi.metamor.Errantē accæpit tūc cū leuis inſula nabat ſcilicet ortygia.In ea ergo inſula pepit latona Dianā & Apollinē a qbus delos ē cognomiata.ut in ea dictiōe uidimus.Nec paſſi ſūt eā amplius errare:ſed illam teſte Virgi.in.iii.ænei.Pius architenens oras & littora circū Errantē mycone excelſa gyaroq̄ reuinxit:Immotamq̄ coli dedit & contemnere uentos.
Ortygia eodē mō ſcripta:iſula alia fuit circa ſiciliam ex oppoſito ad plemmyriū ſiciliæ fluuiū: de qua Virgi.circa finem tertii ænei.ait. Sicano prætenta ſinu iacet inſula contra.
Plemmyrium undoſum:nomen dixere priores. Ortygiam alpheum fama eſt huc elidis amnem.

Occultas ægisse vias subter mare qui nunc
Ore aretusa tuo siculis confunditur undis. de quo in dictione aretusa satis uidimus.
Ortona cum .t. exili scribit: urbs est pelignorum circa adriaticũ pelagus.
Orthos cũ .th. aspirato scribit: & interptatur a nostris rectus: nec nisi in cõpositione eo utimur.
Orthographia cũ .th. & .ph. aspiratis: atq; ĩ penultia cũ .i. latino scribit: dici põt a nr̃is recta scriptura. Nã cõponit ex ορθος & γραφη: quæ est scriptura. Quintilianus uero recte scribẽdi scientiã interpretat.
Orthogoniũ cũ .th. aspirato & .i. latino scribit: dici põt ad uerbũ recti ãgulus. Nã componit ex orthõ qđ est rectũ & γωνιον angulus. Est .n. figura habẽs rectos angulos.
Orthodoxus eodẽ modo scribit: & latine recte opinionis aut fidei interpretat. Nã δοξα gloriam & existimationẽ: siue opinionem & fidem & sententiam designat.
Orthoepeia cũ .th. aspirato & diuisis uocalibꝫ scribit & pfert & teste Quintiliano dici põt emẽdata cũ suauitate uocũ explanatio. Nã cõponitur ox orthon: quod est rectũ & ἔπος carmẽ.
Orthocorybantii secunda cũ .th. aspirato: sequẽs cũ .c. exili: sequens cũ .y. græco: ultima cũ .t. exili scribit sunt teste Herodoto in .iii. histo. li. populi scythiæ quæ est in asia.
Oscylla & græcã & latinã põt etymologiã cõtinere: ut ostendit Seruius sup. ii. geor. Nã ex os q̃ est facies: & cylleo qđ est moueo cõponi dicũt: eo qđ teste Virgi. Oscylla ex alta suspendũt mollia pinu: idest facies quasdã pictas p funiculos: ut hinc inde moueri possint: & alta suspendebant pinu.
Osiris cũ .i. latino utrobiq; scribit: & fuit secundũ poetas græcos quos nostri sequunt: iouis filius ex Niobe filia Phoronei. licet eũ ægyptiũ fuisse lõgo pcessu referat Diodorus græcus historicus libro historiarꝫ primo. Hic ut græci & nostri affirmãt: cũ Phoroneo auo in argiuoꝝ regno succederet & per annos plures argiuis imperasset: Aegileũ fratrẽ regno achaiæ præfecit: ipse uero maioris gloriæ cupidine captus: ad ægyptios transfretauit: quos cũ suo summisisset imperio: isidẽ inachi filiã primũ io dictã & ad ægyptios effugatã: matrimonio sibi copulauit. Qua deinde magistra ægyptii litteras didicere. Osiris similiter cũ rudes eius loci homines multas res & homini q̃maxime conuenientes edoceret: diuinos ab illis est adeptus honores: dicente Tibullo.

Primus aratra manu solerti fecit osiris.
Et teneram ferro sollicitauit humum.
Primus inexpertæ cõmisit semina terræ.
Pomaq; non notis legit ab arboribus
Hic docuit teneram palis adiungere uitem.

Hic uiridem dura cædere falce comã. Et alia plura: quæ idem poeta prosequit. Sed tandẽ teste Callimacho ægyptio historico: quẽ secutus est Seneca in li. quẽ de sacris ægyptioꝝ cõposuit: cũ osiris a Typhone: uel ut ait Seruius sup. vi. ænei. a Typhone fratre occulte occisus & laniatus fuisset: & uxore isde diu ejus membra quæreret: nec inueniri possent: irascebatur in ægyptios regina & magnos quottidie in fletus prorũpebat: dicente Lucano circa finẽ octaui. Nos in tẽpla tuã romana recæpimus isim
Semideosq; canes & sistra iubentia luctus:
Et quẽ tu plangens hominẽ testaris osiri. Sed tãdẽ ad locũ deueniens philas: iuxta syenẽ extremã ægypti partẽ: cũ laceratũ illũ cõperisset: in maximos prorupit luctus. Et illic ægyptiis placata: ob cõperta mẽbra locũ græce philas: hoc ẽ latine amicas. teste Seruio super. vi. ænei. nominauit: & ad illum sepeliendum se accinxit: locũq; cõperit: & elegit pro illius sepultura tutissimũ: & transitus difficilimi: hoc est insulã abatõ: quæ inaccesibilis interpretatur: eo quod sit in palude iuxta mẽphim limosa: & papyris undiq; implicita: in hac illũ sepeliri curauit: & paludẽ stygẽ: hoc est mærorẽ uocari uoluit: Nec illã trãsire aut ad insulã quẽuis posse accedere statuit: nisi certis diebus: & quibusdã prius sacris imbuti & initiati essent. Siquis forte in ea palude deperisset: nec cadauer cõperi posset: centũ annis ut pfati ferũt auctores illi sacra quædã officia soluebant. Quod Virgilius ipe tetigisse uidet: cũ in .vi. ænei. ait: Cẽtũ erãt annos: uolitantq; hæc littora circũ. Sed cũ deinde ægyptiis apparere cœpisset bos instar numinis: putauerũt illũ Osirim esse: & ut deũ adorare cœperũt. Et cõmutato noie Apim illũ uocauerũt: hoc ẽ bouẽ Sic .n. bos eoꝝ ligua apis uocat. Ouidi. in .ii. de fine titulo: Et comes in pompa corniger apis erat. Nã teste Solino in collectaneis: & Plini. in. viii. natura. histo. bos insignis ex improuiso illis apparet: quem certo tempore detinent: & adorant. Et ut nõnulli ferũt: per annũ illũ detinere consueuerunt: alii per decẽnium dixere. Deide referentibus præfatis auctoribus statuto die sacerdotes illũ i sacro fonte submergunt. Mox alter nec sine publico luctu quærit. Nam donec aliũ inumerint instar Isidis mærent. Sed nõ diu quærit. Quẽ compertum centum antistites memphim cum puerorum gregibus populoque: & omni musicoꝝ genere psequunt: dicente Tibullo.

Te canit: atq; suum pubes miratur osirim
Barbara mẽphitẽ plangere docta bouẽ. Et Ouidi. in. viii. metamor. Nunq̃ satis quæsitus õsiriris.
Semp .n. pdũt: semp & inueniũt. Quo sane inuẽto populus mira applaudẽs lætitia magna cũ uoce salutat. Quod tetigit Iuue. in saty. quæ incipit: Stemata quid faciũt: cũ ait.

Salue getulice: seu tu . Ciuis & egregius patriæ contingis ouanti.

Syllanus quocũq; alio de sanguine rarus. Exclamare libet populus quod clamat osiri.

Inuento. Quin & Pli. ac Solino referẽtibus ad motu: & statiõem Apis ægyptii ipsi oia mouẽt: & stant

delubra quibus ſuccedit. aut incubat: myſtice thalamos nominant: dat oſa manifeſtantia de futuris. ſi lud maximum ſi de conſultantis manu cibum capiat. deniq; auerſatus Germanici Cæſaris dexterā p- didit ingruentia. Nec multo poſt Cæſar extinctus eſt. pueri & Apim gregatim ſeqnentes uelut lym- phati futura p̄cinūt. Bos illo oſtēdit fœmia in anno ſemel: & ipſa nō abſq; certis inſignibus: quæ atq; i uēta: & oblata ē ſtatim: eadē die neci dat. Apis naturale mēphitici celebrāt litatiōe pateræ aureæ: quē p̄ſiciunt in nili ſtatim gurgitē: ſed cur etiā dictus fuerit Serapis: in ea dictiōe uidimus. Sane teſte Ser- uio ſup. iii. ænei. in iſidis ſacris imitatio eſt inuēti Oſiridis: quē ipſa eius uxor dilaniatū a Typhone illi- us fratre per totū orbē requiſiſſe narrat. Sed ex alio capite Lactantius in primo diuinarum inſtitutio- nū iſidi ſacra fuiſſe monſtrauit. Nam ut ait iſidis ægyptiæ ſacra ſunt: quia filium paruulum perdiderit & inuenerit. Nā primo ſacerdotes eius deglabrato corpore pectora ſua tundunt: lamentanturq; ſicut ipſa: quæ perdiderat natū fecerat. deinde quaſi inuentus puer p̄ducit: & lætitiā uertitur ille luctus hæc ille. Nā ut teſtis eſt Herodo. li. hiſto. ii. reliquerat Oſiris filiū Horꝝ nomine: quem ut nōnulli ferūt. poſt patris mortem ſemel illum amiſit. Vnde timens ne id idem filio: quod olim patri cōtingiſſet: in mæ ſtiſſimos prorupit fletus: ſed illo tandem inuento: maximam in lætitiam luctum conuertit. Quod eius ſacerdotes in illius ſacris repræſentāt. De quibus locutus eſt Iuue. quum ait in ſatyra Credo pudi citiam. Plangentis populi currit deriſor anubis. Erat autem Romæ templum iſidis iuxta campum martium: ut Iuuenalis in eadem ſatyra oſtendit: cum ait: Contra ſuperſtitioſas romanas: ſi cādida iuſ- ſerit Io. i. iſis: quæ olim i cādidam uacam fuerat commutata: anteq̄ in ægyptū auffugeret: ibit ad ægy ptī fluem calidaſq; petitas.

Ameroe portabit aquas: ut ſpargat in ædem.

Iſidis antiquo: quæ p̄xima ſurgit ouili. i. campo martio: in quo ſepta quædā inerant in ſpeciem ouilis Nā loca erant tabulatis concluſa: in quibus ſtans præfectus urbis: cū aliis urbis principibus: ſuffragia conferre conſueuerat. Quare a poetis nōnunq̄ ouilia p̄ eiuſmodi ſeptis poſita fuerūt. ut Lucanus in primo. Et miſeræ maculauit ouilia romæ. Vtebāturq; etiā in ſacris iſidis cymbalis q̄buſdā: q̄ ægyptio uocabulo ſiſtra uocabant: quibus: ut nōnulli graues uiri aſſerunt: nūc puellæ florentinæ utuntur. His itaq; ſupra uidimus: ad luctū populū incitabant. Vnde Iuue. uerba illius referēs qui putabat eſſe deos & peierabat inquit in ſatyra Exemplo quodcuq; malo.

Decernet quodcūq; uolet de corpore noſtro
Iſis & irato feriat mea lumina ſiſtro.

Dum uel ego cæcus teneam: quos abnego nummos. At uero Laertius in procœmio libri de uitis phi- loſophoꝝ refert ex philoſophia ægyptia materiā principiū fuiſſe: & Solem & Lunam eſſe deos: unum Oſirim: alterā iſim appellatos. figurateq; illos loqui per cantaꝝ & ſerpentē: accipit remq; & alia nōnul la animalia teſte Maneto. Quod ſane de ſerpente Iuuenalis perſenſit: ac nō aliud intelligere uoluit cū dixit in ſatyra Credo pudicitiam: & mouiſſe caput uiſa eſt argentea ſerpens illius lachrymis. Et hoc ideo quia ſubdit: Scilicet & tenui pepono corruptus oſiris: ideſt uili pepone. Nam hic pepo pepōis: & hic pepōus peponi declinatur. Et hæc de oſiride ſecundū græcos & latinos poetas dicta ſufficiāt. Dio dorus uero ſiculus uarias & longas diuerſarum nationū Oſiris atq; iſidis theologias rettulit: quas ſi qs uidere cupit: apud illū uariis in libris: ſui operis legere poterit: nobis ea retulliſſe ſufficiat: quæ ad poe tarum noſtrorum explanationem uenire poſſunt.

Oſſa cum duplicato. ſ. ſcribitur: mons eſt teſte Solino in finibus theſſaliæ centaurorum ſtabulum cum tanta pinorum copia: quod in flexione atq; reflexione ramorum tonitrum p̄ræſentetur: quod luca- nus in primo tetigit cum ait: It tantus in æthera clamor.

Quantus pini feræ boreas cūm thracius oſſæ
Rupibus incubuit: curuato robore preſſæ

Fit ſonus: aut rurſum redeuntis ad æthera ſiluæ. Nunc Seneca dixit olympo olim fuiſſe coniunctum.

Oſtrea cū. t. exili ſcribit. piſces quidā ſunt itra cōchas degentes: ut Ouid. in. v. faſtoꝝ: Oſtreaq; in cōchis tuta fuere ſuis. Et Iuuena. in quarta ſatyra: Oſtrea callebat primo deprehendere morſu. Nec habet la tinitas teſte Seruio ſuper primū georgicorum: propriū nomē animalis: qd̄ neutri ſit generis.

Oſtrū cū. t. exili ſcribit. eſt purpura: ſic quoq; dicta ab oſtrea: in qua ſarpiſis comperitur apud tytum ex cuius ſanguie tigitur purpura.

Oſtracon abſq; aliqua aſpiratiōe ſcribit: dr̄ apud nos teſta. Et ide oſtracopos quē nos fictiariū uocam⁹.

Oſtraciſmus abſq; aliqua aſpiratiōe. & cū. i. latio ſcribit & ab oſtracho deriuat. Nā cū apd atheniēſes ali qui ad arripiendam tyrānidem ob potentiam: uel popularem gratiam: uel aliā quamuis cauſam p̄xi- mi uiderent: obligabāt ex lege ciues eius: de quo ſuſpicabant nomē teſtis ſcribere quod cū certū ſu- peraſſet numeꝝ: illū qnquēnio toto exulare iubebāt: hocq; ad debilitādas opes frangendāq; potentiæ audaciā: & frangenda illius hominis icrementa ſanciuerant: ut teſtis ē Diodorus i. xi. hiſtoriaꝝ libro. Et Demoſthenes i oratiōe pro Etheſiphonte. & Ariſtoteles in politicis. Quā legem cum ſyracuſii ab athenienſibus ſemel acciperent: & id nomē nō teſtis: ſed oliuæ foliis inſcribent petaliſmum nō oſtro ciſmum uocauerūt: hoc ē a foliis: quæ petala uocabantur.

Otanes cum. t. exili ſcribit fuit uir nobilis perſa: & unus ex his: qui cum Dario in magum coniurarunt ut uidimus in dictione Darius.

Otrieus enm.t.exili ſcribiť:hic teſte Porphyrio ſup.iii.iliados libro:& Mygdonus fratres fuerunt Hecubæ filii Ciſſei:& patrueles Polymneſtoris:a quo otriadem patronymicum deductũ puto.
Otriades cũ.t.exili &.i.latino ſcribiť:patronymicũ puto deductũ ab otrio:de quo Vir.Păthus ōtriades
Othryx cũ.th.aſpirato&.y.græco:ſequente.x.conſonante ſcribiť:mons eſt theſſaliæ uerſus meridiẽ ex oppoſito ad oſſam diſpoſitus.ut oſtendit Herodo.in.vii.Et ut dixit Pli.in.iiii.natu.hiſto.lib.patria fuit lapitharum.Vnde Virg.in.vii.Deſcendunt ċentauri homolem othrymq; niualem.
Oxia cum.i.latino ſcribitur:licet apud græcos ſit diphthongus.ei.ſed abiecta.e.retinetur.i.producta ut in ſimilibus ſæpe diximus:dicitur a noſtris acutus.
Oxys cum.y.græco ſcribiť:& dicitur ſimiliter apud nos uelox citus acutus.
Oxy cũ.y.græco abſq; finali.s.neutrum ẽ:& id idem:quod ſuperior dictio in maſculino deſignat.
pleides cū. i. latio scribit apud græcos uero ē ei diphthōgus quæ a nostris quādoq; diuidit ut in. ii. horū cōmentariorū libro oñdimus. Et ut dicunt poetæ græci septē fuerunt Atlantis filiæ non ex Electra cōiuge sed ex peione nimpha dicente Ouidi. in. v. fastorū libro. His fata pleione cū cælifero atlāte. Has ut ipsi poetæ græci ferūt cū mater boetiā ducere uellet. Orion illis uim inferre tentauit. Sed fuga euasserunt quas ille. xii. annos est prosecutus. At iuppiter pietate in puellas cōmotus illas in astra locauit quæ i humero tauri cōspiciunt: incipiūtq; oriri tpe ueris uigesima die martii. Vnde uergiliæ a latinis dīr Lucētq; in calēdis iunii unica hora: & successiue magis quousq; mēsē septēbris & octobris duodecim plucēt horis mēse uero februarii penitus abscondunt: & a mre pleione pleiades sūt cognomiatæ
pleiōe cū. i. latio scribit: & ut ī supiori dictiōe uidimus: sic in ista. ei. græca diphthōgus diuidit nimpha fuit ex qua atlas septē pgenuit filias q̄ ab illa pleiades sūt cogominate: ut in supiori dictiōe uidimus.
Pleonasmus cū unico. n. scribit dici pōt a nobis cumulatio siue adiectio. Vir. Sic ore locuta ē & li. geor. .ii. Hactenus aruoq; cultus & sidera cæli. Nō. n. nisi ore loquimur. Nec alibi q̄ in cælo sunt sid era.
Plemmyriū secūda cū. y. græco penultima cū. i. latino scribitur: fluuius est siciliæ ex oppositio ad ortygiā insulā. Hūc cū Virgi. in. iii. ænei. dixisset undosū exposuit Seruius illū uerbum ex uerbo expressisse cū idē sit plemmyq; undosū: nā a πλεμμυρὸ qd est exundo deducitur ob quod plemmyriū cum duplicato. m. nōnulli ut puto melius scripsere. cum & apud græcos ipsum. m. reduplicat.
Pleuron cū. eu. diphthongo & unico. r. scribit dicit latie costa: & ob id nōnunq̄ latus. Vnde pleuresis.
pleuresis eodem modo scribitur dolor est pectoris ī quo costæ locantur.
pluto cum. t. exili scribit: fuit teste Hesiodo i theogonia una ex nymphis Oceani: & tethyos filia hētq; accentum i ultia: quem si i pria haberet fratrē iouis designaret.
pluto cū. t. exili scribit hētq; accentū in prima: fuit Saturni ex ope uxore filio frater iouis: sed eodē partu cū glauca natus ut in dictiōe Chornus uidimus is a nostris dicit hic Dis & hic ditis: eo φ πλουτῶν græce apud nostros diuitias indicat ut ostendimus in dictiōe Deus. Huic sorte datū est imperium inferorum. Vnde ait Statius. Forte sedens media regni infœlicis in arce.
Dux herebi populos poscebat crimina uitæ. Nil hominum miserans iratusq; omnibus umbris.
Et reliqua q̄ prosequitur Seneca etiā i hercule furente similia enarrans eius aspectū terribilē explicat idē proserpinā iouis & cereris filiā rapuit. Nā tūc quoq; ut dixit Ouidi. in. v. metamor. Tenebrosa sede tyrannus Exierat curruq; atrorū uectus equorū Ambibat siculæ cautus fundamia terræ Fuitq; oli uulneratus ab Hercule pluto in bello quod hercules contra pilon patriā nestoris: & undecim nestoris fratres interemit auxiliante plutone nestori. Vnde ait Seneca in Hercule furente.
Hic q rex populis pluribus imperat. Bello cum peteret nestoream pylon.
Tecum conseruit pestiferas manus. Telum tergemina cuspide perferens.
Effugit tenui cuspide saucius. Et mortis dominus pertimuit mori.
pneuma cum. n post. p. in eadem syllaba scribitur: & dicitur latine spiritus flatus: descēditq; a πνεω qd est spiro flo. unde & græce pneumon qui latine pulmo dicitur.
podalirius cū unico. l. & .i. latio scribit fuit teste Homero in. ii. iliados filius Aesculapii & frater Machaonis q ob solertiā medicīæ una cū fratre ex creta ad troianū bellū cōuocat⁹ fuit de quo Oui. i. ii. de arte.
Quātus apud danaos podalirius arte medendi. Autumedon curru tantus amator ero.
poderis cū unico. r. & .i. latio scribit dicit latine talaris & a ποδῶν idest pedibus descendit.
pœnan cū. œ. diphthongo scribitur fuit pater philoctetis. Vnde & ipe philoctetes pœantius dictus est. Ouidi. in. v. tristium. Pene decem totis aluit pœantius annis.
postferum tumido uirus ab angue datum. Nec cum. æ. scribitur: ut nōnulli forte putauerunt credentes a πατ deduci quod est ferio: cum ipse teste Home. in. ii. iliados fuerit sagitandi peritissimus sed patronymicum est deductū a patre qui semper: ut diximus ab illis scribitur.
pœātius cū. œ. diphthōgo & .t. exili atq; .i. latino scribit: filius pœantis dicit hoc ē philoctetes ut i pcedēte dictiōe uidimus quēadmodū Amithaonis filius dr: de quo satis in dictiōe uidimus.
pœna cū. œ. diphthongo scribitur: & inde pœnitentia. ac pœnitet.
poeta cū. oe. diuisis syllabis: & .t. exili scribit nocabulū græcū ē: q̄ latie factor dr. Nā a ποιῶ φ ē facio descēdit. Et cū apud græcos pria sit diphthōgus. oi. uos abiciētes. i. retinemus. o. euphōiæ cā. Ne cōuersa i. œ. diphthōgū apud nos sonū hēt solus. e. & cū similiter secūda sit. e. disonātiā soni cōficere uidet.

Pogoma cum unico.m.ſcribitur:dici poteſt a nobis barbara.Nam genus eſt cometæ ſic quoq; dicti a ſpecie barbæ dicente plinio in ſecundo naturalis hiſtoriæ idem pogomas uocant.Cuius inferiore ex parte in ſpecie barbæ longæ ponitur iuba.Nam πωγον barba dicitur.

Polemo cũ unico.l.&.e.abſq; diphtongo ſcribit fuit atheniẽſis philoſophus philoſtrati filius pago aenſi oriũdus.Hic adoleſcẽs adeo ipudicus erat:ut pecunias circũ ferret:quo eẽt ad omnes iplẽdas uoluptates paratior.eas itidẽ in angiportis & uiis occulebat.Sed cũ ſemel ebrius & coronatus i ſcholam Xenocratis irrũperet ille prætermiſſa oratiõe:quã inceperat de pudicicia dicere cœpit.Vel ut alii ferũt tũc forte apud illũ de pudicicia ſermo erat.quẽ uiſo polemone ardẽtius ꝓſecutus eſt.Quo ſecutũ dicũt:ut ipudens adoleſcẽs paulatim ſe colligeret:& ante egreſſum ſcholæ cõponere inciperet:ac de cætero ſtudio:& iduſtria adeo ſe ipſum uiceret:ut Xenocrati in regenda ſchola ſuccederet.

Polycletus cum.y.græco & c.atq; t.exilibus ſcribit:fuit teſte plinio in.xxxiiii.naturalis hiſto.ſtatuarius ſua ætate maximus.Hageladiſq; diſcipulus.Fuitq; in eodẽ teſte Quintiliãno li.xii.de inſtitutiõe oratoria diligẽtia ac decore ſupra cæteros.Cui quãq; a pleriſq; tribuit palma tamen ne nihil detrahat:de eſſe pondus putant Nã ut humanæ formæ decorẽ addiderit ſupra uer;:ita nõ expleuiſſe deoꝝ auctoritatẽ uidet.Qui ætatẽ quoq; grauiorẽ dicit refugiſſe nihil auſus ultra leues genas.Et quæ polycleto defuerũt phidiæ:atq; Alcameni dant.Nã & in ebore ut phidas operatus eſt dicẽte ẽt Iuuenale in ſatyra Stemata quid faciunt.phidiacum uiuebat ebur necnon polycleti.

polycrates cũ.y.græco:&.c.ac.t.exilibus ſcribit:fuit ſamius tyrannus:de quo Cicero de finibus bonorũ & malorꝝ pliniuſq; & diuerſi græci auctores meminerũt.Hic adeo ſibi fortunã obſequioſam habuit:quod oĩa deſiderata perficiebat.Admoderandã igit fortunæ iuidiã ſumpto e manu annulo.quem præcioſiſſimũ poſſidebat in mare iecit.Nõnulli uero caſu decidiſſe dicũt ſed inopinate illũ repenteq; recuperauit.Nã poſt dies paucos a piſcatoribus piſcis captus qui ãnulũ ſorbuerat tyranno donatus eſt.in cuius uentre cõpertus annulus illi ueluti a Neptuno reſtitutus tradit.Qui ſane annulus teſte plinio libro.xxxvii.naturalis hiſtoriæ Romã delatus dono auguſti in delubro concordiæ cum aureis coronis ẽ appenſus.Sed de polycrate tandẽ accidit q; cũ aduerſus Dariũ pſarũ regẽ exercitũ duceret ab orõte pfecto Darii acie fuſus & captus in ſũmo megalẽſis montis uertice ſuſpendi iuſſus eſt ac relictus auibꝫ lacerandus.ut qui ubiq; fœliciſſime in terra uiſerat:in aere miſerrime expiraret.

polydamas cum.y.græco ſcribitur:nomen fuit uiri proprium troiani compoſitum ex poly.i.multum:& δαμαω domito.Fuit troianus qui cum Antenore & Aenea urbẽ troianã græcis tradidiſſe dicitur.& a perſio polydamas pro tragœdia de polydamante accipitur.

polydectes cũ.y.græco &.ct.exilibus ſcribit:fuit Magnetis filius:& rex inſulæ ſeriphi.Hic perſeũ iouis & Danaes filiũ educauit.Cuius tandẽ ingeniũ ueritus:audaciãq; & fœlicitatẽ:ſub umbra æternæ gloriæ illũ ad ſuperandã Gorgonẽ Meduſã cõpulit qua deuicta redeunti perſeo cũ ſemp detraheret conuerſus ẽ ab illo in ſilicẽ monſtrato capite Meduſæo ut oſtendit Ouidius in.v.metamorpho.

polydorus cum.y.græco ſcribit iterpretariq; ualet multũ doni.Et fuit filius priami & hecubæ.De quo Euripides pulchecrimã tragœdiã ſcripſit:& ab illo Virgi.i tertio ænei.& Ouidi.in.xiii.metamorpho.plura tranſtulere:de quo in dictione polymneſtor aliquid uidebimus.

polydora eodẽ mõ ſcribit:fuit teſte Heſiodo in theogonia una ex nyphis filia Oceani & Tethyos.

polygnotus cũ.y.græco &.t.exili ſcribit:fuit teſte Quintiliano in.xii.de inſtitutiõe oratoria pictor antiquiſſimus de quo uidimus in dictiõe aglaophon.fuitq; atheniẽſis.Et ut dixit Theophraſtus.teſte plinio in.vii.natura.hiſto.primus picturã cõperit.Quod nõ fuiſſe ueꝝ idẽ plinius in.xxxv.oſtendere uĩ nã ut ait primus mulieris lucida ueſte pinxit.Capita eaꝝ mitris uerſicoloribus operuit plurimũq; picturæ primus cõtulit Siquidẽ inſtituit os adaperire dentes oñdere.uultũ ab antiquo rigore uariare.

polygonius ſecunda cũ.y.græco penultima cum.i.latino ſcribitur:dici poteſt anguloſus.

polymneſtor cũ.y.græco:&.m.ante.n.in eadem ſyllaba ſcribitur:fuit rex thracũ tpe belli troiani & regis priami amicus.Ad quẽ priamus iã dubitans de ſtatu troiæ filiũ polidorũ cũ magno auri pondere cõſeruãdũ nutriẽdũq; miſit:ut ſi cõtigeret Troiã capi.ipſe genus & urbẽ inſtaurare poſſet.Sed deſtructa Troia auri cupiditate pollido ;n interemit.Quod cũ cognouiſſet Hecuba:finxit ſe illi aliud auri pondus uelle ſecretõ indicare:ut ipſe illud pro filio acciperet.Quæ auarus rex uera eẽ credẽs & in cõſpectu Hecube uenientes ab illa unguibus occæcatus fuit ut eloquẽtiſſime pertractauit Euripides in ἑκαβη:& Ouidius multa terigit in.xiii.metamor.

polymitus ſecunda cum.y.græco ſequens cum.i.latino:& ultima cum.t.exili ſcribitur nomen eſt adiectiuum.Et id dicitur quod uariis filis eſt diuerſorum colorum eſt contextum.Nam πιτος filum dicit ſeu liciũ.Vnde ueſtis illa dicitur polimita quæ uariis in colore filis eſt contexta.

Polymnia ſecunda cum.y.græco penultima cũ.i.latino ſcribitur una ẽ ex muſis quaſi polihimnia.hoc eſt plurimũ cantans uel laudãs himnos enim laus ẽ cũ cantico.Velut alii dicunt multæ memoriæ ita ut poli componat cum μνημη quæ eſt memoria.Ouidi.in.v.faſtorũ Diſſenſere deæ quarum polihimnia cœpit.Prima ſilent aliæ dictaq; mente notant & Horatius in primo carminum Si neq; tibias euterpe cohibet nec polihimnia.leſboum refugit tendere barbiton.

Polyon cum.y.græco ſequente.i.latino diuiſis ſyllabis ſcribitur & eſt nomen compoſitũ ex poli.quod ẽ plurimũ:& ιον uiola.quaſi plurima ſit uiola.Nam herba ẽ teſte plinio in.xxi.naturalis hiſtori.inclita

Musei:& Hesiodi laudibus. Cuius folia:ut illi poetæ tradunt:mane candida meridie purpurea: sole occidente cærulea aspiciuntur. Et radice protinus nunquam palmo altiora.

Polyphemus cũ.y.græco &.e.absq; diphthõgo scribi.fuit teste Home.i odysea:filius Neptuni ex Thosa filia phorci. Et nomẽ est compositũ ex poly qđ multũ denotat & φημη famæ:quasi fuerit ualde famosus. Nã dũ Vlyxes uagus post excidiũ Troiæ fõrte siciliã. Homero referẽte pueniſſet cũ.xii.pscrutaq; loca prexit:tres optimi uini cados secum portãtes:ubi uillosũ cõspexerũt hoiem staturæ gigãteæ unicũ i frõte oculũ habẽtẽ ipõ dicẽte apud Oui.li.xiii.metamor. Vnũ ẽ in media lumẽ mihi frõte: sed instar ĩgẽtis clypei q greges mũgebat:& sol⁹ ab antro lapidẽ tollebat:quẽ.xx.boũ paria mouere neqſsent ad quẽ igressus Vlyxes scisscitabaſ de ritu gẽtiũ:& auxilia ob gſam iouis reuerenſ postulabat:ille supbe rñdens dixit se nõ timere ioue & duos ex Vlyxis sociis apprehẽdẽs ritu belluæ deuorauit:ac cæteros detinẽs sequẽti mane totidẽ absũpsit:idẽq; ueniẽte sero cõfecit qđ Vlyxes ꝓspicies & de se ac reliqs iã timẽs: cadũ optimi uini:qđ secũ portauerat:illi optulit misericordiã postulãs ꝓmisit: Cyclops se illi misereri si uinũ iteꝝ ꝓpiaret:& sic tertio cũ potaſſet effectus ebri⁹ i medio clausi antri se ꝓstrauit dormiẽs quẽ:ulyxes cũ sotiis acuto stipite occæcauit. Tãdẽ cũ gregib⁹ apire cogereſ pecudes oẽs exeuntes palpabat.ulyxes uero cũ sotiis aſsũptis pecudũ pellib⁹ eius mãus effugit. Et quẽadmodũ id illi ꝓdictũ fuit a Telemo i sua dictiõe uidebim⁹. Amauit hic galateã:ut late & pulcherrie narrauit Oui. in ꝓfato.xiii.meta.li. Sed ut sceri. Serui. sup.iiii.æne. multi inqt polyphemũ dñt unũ hũisse oculũ: alii duos alii tres. Sed totũ fabulosũ ẽ. Nã fuit uir prudẽtissim⁹ ob qđ oculũ in capite iuxta cerebrũ hũisse dicit:qa prudẽtia plurimũ uigebat. Veꝝ Vlyxes eũ prudẽtia supauit:& ob hoc cæcasse fingit.

Polypœtes secunda cum.y.græco.sequens cum.œ.diphthõgo:ultima cum.t.exili scribitur:habetq; accentum in penultima:fuit teste Homero in.xii iliados filius pirithoi & Hippodamiæ.

Polytes cum.y.græco &.t.exili scribitur:fuit regis priami filius ex Hecuba uxore:cuius mortem in secundo æneidos Virgilius enarrauit.

Polyptoton cũ.y.græco:& absq; aliqua aspiratione scribit.i.qđ multiplicẽ hẽt casũ poly.n.multiplex ẽ & πτωσις casus. Accipi tñ cõsueuit ꝓ figura:qua diuersis casibus sententia uariat: ut Littora littoribus cõtraria fluctibus undas persius. Ex nihilo nihil in nihilũ nil posse reuerti.

Polypus cum.y.græco scribit genus est piscis multos pedes habens. Nã componit ex poly: quod multitudinem indicat:& πους pes. Quare bene Oui. in quarto meta. inquit. Vtq; sub æquoribus deprehensum polypus hostem continet atq; omni dimissis parte flagellis.

Polysyntheton cum.y.græco in secunda & tertia penultima cum.th.aspirato:ultima cum.t.exili scribitur dici potest multipliciter coniunctum. Nã cõponitur ex poly:quod multiplicitatem indicat: & συν θετον compositionem. Accipiturq; ꝓ figura qua locutio multis concatenatur coniunctionibus. Vir. li.geor.iii. Tectumq; laremq; armaq; Amyclæum canem cressamq; pharetram.

Politia cum.i.latino utrobiq;:&.t.exili scribitur. Nec cõponitur a poly:quod est multum ideoq; nõ scribit cum.y.græco. Sed deriuatur a polis cum.i.latino:quæ ẽ ciuitas. Vnde latine ciuilitas: seu respublica interpretatur: & ide deductum puto uerbum polio:quin & polites.

Polyxena cum.y.græco sequente x.consonante scribit fuit priami regis filia ex Hecuba cõiuge quæ demum post raptam Troiam iugulata fuit supra tumulum Achillis. Et nomen est compositum ex poly:quod est plurimum:& ξενη admiranda quasi plurimum fuerit ammiranda:ob elegantiã scilicet formæ:& moꝝ præstantiã. Habetq; apud poetas nostros accentum in antepenultima & nõ in penultima:ut multi inepte proferre consueuerunt Iuue.in saty. Omnibus in terris. Cassandra inciperet scis saq; polyxena palla. & Ouidi. Placet achilleos mactata polyxena manes.

Polyxenus eodẽ mõ scribit:& eundẽ accentum detinet:hunc Home.in.ii.iliados cõnumerauit inter duces græcos.qui ad Troiá uenerẽ:& filium fuisse dicit ꝓstrenui Augei.ac diuina pulchritudie ꝓditum.

Poltys cum.t.exili &.y.græco scribit:fuit teste plutarcho rex trachum:& in troico bello.

Pollux cũ duplicato.l.scribit a latinis q eius primã apud grecos naturaliter breuẽ ꝓducunt. At uero a græcis cum unico.l scribit. Et cum apud illos lõgo noie dicat πολλευκης apud nos breuiore dr pollux:nã teste prisciano in.viii. Latini gaudẽtes breuitate plærũq; in dictiõibus græcis faciunt cõcisiões: ut qđ illi λιδω:nos do. Quod illi βολυομαι nos uolo dicimus:itẽ qđ illi εμε nos me quod illi βους, nos bos. πους:nos pes. idẽq; in nominibus litteraꝝ:ut in primo hoꝝ cõmentariorꝝ libro uidimus. Et fuit pollux filius Tyndari ex Læda:& frater Castoris:de quo in dictiõe Castor satis uidimus.

Pompa græcũ cocabulũ ẽ qđ ad sacras res auctores nostri nunq; referũt:ut sacrificioꝝ põpa:sed ut plurimũ ad res alias. Cice.in pisonẽ differens de triumpho. Quid tandẽ inqt habet iste currus:quid legati in equis & tribuni. Quid clamor militum:qd tota illa põpa:inania sunt ista mihi crede:delectamenta pene pueroꝝ captare plausus:uehi per urbẽ:conspici uelle:Lucanus similiter de triumphantibus. Quã seriẽ reꝝ longa præcedere pompa. Quã potuit belli facies. Hæ autẽ facies simulachraq; uictorii arum:quæ in triumpho gestantur:ferculã dicunt Cice. de officiis:ne põpaꝝ ferculis similes eẽ uideamur. Neq; uero in lætis mõ põpa dicitur ueꝝ & in tristibus. Quintilianus. Quid sibi uelit ille funebrium longus ordo pompaꝝ. Liuius Consulares uero fasces & ꝓtextam currulẽ nihil aliud q̃ pompã funeris putãt claris insignibus uelut insulis uellatos ad mortẽ destinari.

Pontus cum.t.exili scribitur. Et dicitur id mare quod a palude mæotides usq; in tenedũ protendit. Sed

ſam mare illud anguſtum: quod attenedo incipit poſt caſum Helles: in illud helleſpōtū uocitatū fuit. Quin & qđ ab ea ſtrictura incipit hoc eſt ab helleſponto & uſq; in boſphorū thraciū protendit. pro pontis uocat: & a boſphoro thracio uſq; in paludem mæotidem pontus dicitur. Atq; alio nomie mare euxinū: ut in ea dictiōe uidimus iuxta quem locum locus eſt romos clarus Naſonis exilio ut in ſua dictione monſtrauimus: & a pontus pontinus pontina pontinum deducitur.

Pontia palus cū. t. exili &. i. latio ſcribit. Eſt teſte Vibio uolſcorū palus iuxta forū appii haud lōge a ta racina. diſtatq; ab urbe uiginti milibus paſſuū. De qua lucanus in. iii. Et qua pōtinas uia diuidit unda paludes. Nec lōge etiā circeis fuiſſe dixit plinius i. iii. natura. hiſto. quem fuiſſe olim locum. xiiii. urbiū ex auctoritate Mutianiter cōſulis prodidit: Hāc latrunculorū olim fuiſſe ſedē oſtēdit iuuena. in. iii. ſatyra cum ait: iterdū & ferro ſubitus graſſator agit rem. Armato quotiens tuto cuſtode tenētur. Et pōtina palus & gallinaria pinus.

Popiſma cū. i. latino ſcribit: ſonus eſt cunni ex confricatione mentulæ. Vñ & cunnus ipſe popta apud nōnullos autiquos dicebatur. Martialis in ſeptimo. Quis ridere poteſt fatui popiſmata cunni. Cū ſonat hic cui nō mētula mēſq; cadit. Vnde & popiſma p coitu nōnunq; accipit ut iuue. i ſaty. Credo pudicicią Frontēq; manūq; Prebebit uati crebrū popiſma roganti i deſt coitum. in quo popiſma ex crebritate agitationis innaſcitur.

Porphyris ſecunda cum. y. græco: ultima cū. i. latino ſcribit: inſula eſt teſte plinio libro quarto naturalis hiſtoriæ in laconico mari ſita a maleæ ꝓmōtorio quinq; milibus paſſuū diſtans ancipiti mari ꝓpter anguſtias. Eadē poſtea dicta fuit cythera tantū plurali numero ob memorabile templū Veneri ſacrū quod in illa conſtructum fuit ut in ea dictione uidimus.

Porphyrites eodē modo uti ſuperior. atq; cum. t. exili ſcribit dicitur affirmāte plinio in. xxxvi. naturalis hiſto. marmor rubeū candidis interuenientibus punctis: qui in ægypto maxime comperitur. Et nomen a ſimilitudine porphyre: hoc eſt purpuræ accepiſſe creditur.

Porthmeus cū. th. aſpirato. & eu diphthongo in fine ſcribit. Nā ſic quoq; litteris græcis πορθμεύς dicitur latine uero portior uocatur. Virg. in. quarto geor. Nec portitor orci: Amplius obiectā patit trāſire plaudē. Sed eo græco uocabulo uſus eſt iuue. in tertia ſatyra cum ait iā ſedet in tipa tetrūq; nouiſſimus horret porthmea. Et is dicit qui traducit homies ac uehit nauigio uel ad nauim de littore uel de naui ad litus uel ad ulteriora fluminis. lacus: ſtagni ue ſeu ripas: ſeu ripas: ſe littus. Et licet ſic quoq; frequentius dicat poteſt ēt accipi pro eo: q portorium conduxit: ideſt qui fructus pecuniarios ex portu conduxit: & a uenientibus illos exigit. Et dicit portorium uectigal portus uel fluminum: uel lacū uel ſtagnorum. Sane præter portorium & amatorium ut plurimum neutra deſinentia in orium locum ſignificant. ubi aliquid fit: ut deābulatoriū locus ubi deambulat Dormitoriū ubi dormit. Repoſitoriū ubi quid reponit. Tentoriū ubi tēdimus uela: aut ſi qđ ſtar uelox habet. Vel ipſa potius uela. ſine uela mēta cōtra iniuriā cæli. Auditoriū locus ubi audimus præceptorē aut orationē i non uera cauſa: aut opus nouū recitātē aut ſi quid ſimile eſt uel ipſa turba: aut ipſe cœtus auditorū Tectoriū uero illinimentū eſt: & quaſi pauimentū parietis atq; incruſtatio.

Porſena cū unico. n. a græcis ſcribit. & penultimā corripit. Qđ apud nros Martialis cōſeruauit cū ait i epigrāmatibus. Hāc ſpectare manū porſena nō potuit. at in Virgi. circa finē li. viii. ꝓductā cōperi atque ob id cū duplicato. n. neceſſario ſcriptā. air. n. Necnō Tarquinīū eiectū porſena iubebat accipere Vbi ait Seruius unū. n. addit metri cā. Vnde & penultimæ datus accētus eſt q i prima eē debet.

Potnia cū unico. t. exili ante. n. &. i. latio i penultima ſcribitur. Erat arcadiæ ciuitas ex qua Glaucus fuit q cū ueneris ſacra ſperneret potniades malis mēbra aſſumpſere quadrigæ. i. equæ quas dicūt glaucū ipſū a uenere continuiſſe: ut uelocius currerēt ſed in furiā uerſæ: eū currū aſcēdere uellet laceraſſe dicunt. Et deducitur potnia a ποτνιοσ qui ē uenerabilis.

Practius cū. c. x. t. exilibus &. i. latino ſcribit: fuit teſte Home. ciuitas i pōto: q Troianis auxilia miſit.

Prænestæ prima cū. æ. diphthōgo poſt. r. aliæ ſine diphtōgo uel aſpiratiōe ſcribunt. Oppidū ē italiæ ſuper arretio mōte poſitū urbi ꝓpinquū decē & octo militū paſſuū cōdit & noiat ut placuit Solino a pre neſte Latini regis filio: & Vlyxis nepote ut uero uoluit Virgi. a Cæculo filio Vulcani: quē iuxta ignē ſorores digitorum fortuitu cōpererunt. illo dicente in ſeptimo æneidos.

Nec prænestinæ fundator defuit urbis. Vulcano genitum pecora inter agreſtia regem.
Inuentumq; focis omnis quem credidit ætas.

Cæculus. Nā ut ait Seruius. Erant eo in loco pontifices & dii idigentes ſicut etiā Romæ. Quin etiā & duo fratres q digitii appellabātur: horū ſoror dū ad focū ſederet diſſiliēs ſcintilla eius uterū pcuſſit: unde dicta ē cōcepiſſe. poſtea enixa pueꝝ iuxta tēplū Iouis abiecit quē uirgines aquaꝝ eūtes iuxta ignem inuētū ſuſtulerūt. qa a fonte haud lōge erat. Vñ Vulcani dictus eſt filius: & cæculus cognomiatus qa oculis minoribus fuit. Hic poſtea collecta multitudine poſtq; diu latrocinatus prænestinā ciuitatē i mōtibus cōdidit. Et cū ad ludos populos uicinos inuitaſſet cœpit eos ortari: ut ſecū habitarēt. & pro gloria iactare ſe filiū uulcani. Quod cū illi nō crederēt iuocato uulcāo ut eū filiū ſuū cōprobaret. itaq; coram ois multitudinis cœtu flāma ē circūdatus. Quo facto cōmoti oēs ſimul habitauerūt & uulcani filiū crediderūt. Ob qđ dixit Vir. ois quē credidit ætas ſed quare dictū fuerit ꝓneſte nō ponit unde eixerūt nōnulli a multitudine arborū eius nois q eo in loco frequenter naſcuntur cognominatū fuitque ſi-

tum in loco pemineti dicẽte Virgi. Quiq altũ pneste uiri. Ob qđ & frigidũ. dicẽte Iuuenale in. iiii. satyra. Quis timet aut timuit gelida pneste ruinã. Nã declinaƈ teste Seruio hoc pneste & hæc pnestis: sic ob id dixit gelida. Vir. ẽt. Cũ primã aciẽ præneste sub ipsa. idẽ & priscianus in. vii. cõfirmauit.

Pragmaticus cũ. c. &. t. exilibꝰ scribiƈ: diciƈ a nostris negotiator seu forẽsis. Nã a πραγματεύομαι, ẽ negotior deriuaƈ. Iuuena. in saty. Et spes & ratio. inde cadũt partes in fœdere pragmatioꝝ ideſt forensium: qui negotia clientũ conducunt.

Praxiteles cũ. x. cõsonãte sequente. i. latino: &. t. exili: atq unico. l. scribiƈ: fuit inter marmoris statuarios gloriasũmus. Sculpsitq iter cætera Venerẽ cnidi: q nõ solũ ibi teste pli. in. xxxvi. natura. histo. sed i toto orbe terraꝝ precipua fuit. Quã ut uiderẽt multi nauigauerũt cnidũ. Nã duas fecerat quas simul uendere optabat. Alterã uelata specie: quã quidã ptulerũt optime seuerũ id atq pudicũ arbitrãtes cõditio erat cũ eodẽ pcio. Reliquã cnidii emerũt imensa differentia famæ. uoluit etiam postea a cnidiis mercari rex Nicomedes totum æs ciuitatis alienum: quod erat ingens dissolutũ repromittens omnia cnidii peperti maluere. Nec in merito illo enim signo praxiteles nobilitauerat cnidum. ædicula eius tota aperitur. ut conspici possit undiq effigies deæ fauente ipsa: ut credimus factã. Nec minor ex qua cunq parte ammirata est: ferunt amore captum quendam cum delituisset noctu simulachro cohæsisse: eiusq cupiditatis eẽ indicẽ maculã. hæc pli. iuxta quæ dixit noster Carolus arretinus.

Praxitelesq cnidi rursus te marmore signet.
Pulchra Venus: quo sit nobis ipsa cnidos. Omnia mercurio cedere uisa meo.

Quæ autem illius signa Romã portata fuerunt: ponit plinius in præfato libro: quod qui oleurit cognoscere: ibidem legere poterit.

Praxaspes cũ. x. cõsonante post. a. uocalẽ: & ante. a. alterã scribiƈ: fuit nobilis psa: q teste Herodo. li. hist. viii. Smerdim cãbysæ fratrẽ iussu ipsius cãbisſæ psarũ regis occidit. Deide post cũ mortẽ: Cãbysæ ad psas redisset. interrogatus ẽ a magis illis q regnũ ocupauerant: quẽadmodũ in dictiõe smerdis ostẽdimus ut publicæ pdicaret. Smerdi Cãbysæ fratrẽ uiuere. & eũ eẽ quẽ magus regẽ declarauerat nec ab eo intertectũ fuisse. Quod si faceret: factuꝝ eũ maximũ interpersas. Et eo beneficio regẽ sibi i ppetuũ deuictuꝝ. Qui cũ factuꝝ se oia: q illi uellẽt. abũde pollicitus eẽt. Suadẽtibꝰ illis turri ascẽdit. Ex qua psis q magi rogauerant denũtiaturus uidebaƈ. Cæterũ nihil eoꝝ pdicauit. Sed potius magoꝝ fraudẽ aperuit. Nec eũ Smerdi q regnaret eẽ Cãbysſæ fratrẽ. Quinimo iãdiu ab eo cogẽte Cãbysſæ fuisse itefectũ. Sed aliũ smerdim a fratre dolo suppositũ: ppterea orare psas oẽs. ut memores beneficioꝝ Cyri & alioꝝ regũ nequaq sinerent Magũ hominẽ externũ ac aduẽticium psis iperitare. his dictis ex turri pcipitẽ se dejecit: atq ita diẽ obiit: ut hæc oia ex Herodoto in latinum iterpretati sumus.

Presbyter cum. y. græco &. t. exili scribiƈ diciƈ latine seuior.

Priamus cũ. i. latio scribiƈ: fuit laomedõtis troianoꝝ regis filius. Et nomẽ ipm asserunt græci a uerbo πριαμαι: qđ ẽ redimo cõtraxisse. Nã puer ab Hercule captus cũ Hesiona sorore ipse solus pecũia redimi potuit. Et ab ioue originẽ traxisse dicũt quia Dardanus iouis fuit filius ex Electra Cuius filius fuit Erichthonius. Hic filiũ habuit Troem: qui regionẽ quæ a Dardano Dardania dicebaƈ Troiã a se didixit. Huius filii fuerũt assaracus & illus: qui urbẽ ipsam ilion a se uocauit. Hic filiũ habuit laomedontẽ qui pater fuit priami at priamus ipse patre ab Hercule interfecto & auro redemptus ilion reformauit & exornauit. Habuitq teste Ciceroẽ in primo de quæstiõibus tusculanis filios quinquagita: quoꝝ decẽ & septẽ iusta uxore sunt nati. at uero ex altero latere assaracus capi genuit. ex quo anchises: & ex illo æneas. Quã sane geanologiã. Ouidius in. iiii: fastoꝝ libro pulcherrime expressit cum ait.

Dardanon electra quis nescit atlantide natum.
Scilicet electre concubnisse iouem.
Huius erichthonius: tros est generatus ab illo.
Assaracũ creat hic assaracusq capim. Proximus anchises cũ quo cõmune parentis.
Non dedignata est nomen habere uenus. Hinc satus æneas

Priapus cũ. i. latino scribiƈ: & hẽt accẽtũ i penultima: fuit uir ex lãpsaco urbe hellespõti: a qua teste seruio sup. ii. geor. pp uirilis mẽbri magnitudinẽ pulsus ẽ: qa sæpius cũ illo delectabaƈ fœmiæ. Hũc græci dixerũt ob fœcunditatẽ hortoꝝ numẽ. iõ dicebat ille apud Vir. i bucolico. Custos ex pauperis horti. Et Vir. iii. in ge. ait. Et custos furũ atq autũ cũ falce saligna Hellespõtiaci seruet tutella priapi. Huic erat asellus uictima: qa ut ait Ouidi. in. i. fastoꝝ: cũ dii oẽs ad festum matris deũ conuenissent: & epulis satiati eẽnt noctem ludis dicebãt. Lõtidã uero nymphã Somnus arripuit. Cuius pudicitiæ priapus ipe insidiabaƈ: sed rudente assello quo silenus uehebaƈ: excitata est: & priapus desiderio frustratus. i cuius uindictam lampsaceni asellum illi litare statuerunt.

Prymno cũ. y. græco &. m. ante. n. scribiƈ: fuit teste Hesiodo nympha oceani & thethyos filia.

Problema cum unico. m. scribitur. Est propositio interrogationem detinens anexam cum Διότι. id est quare ut est apud Aristotelem.

Probatica cũ. c. &. t. exilibus atq. i. latino scribiƈ. dici potest ouilis. Nam a προβατὸν. qđ est iouis προβατικὴ descendit. Vnde & piscina: in qua lauabaƈ probatica dicta est.

proceleumaticus absq aliqua aspiratiõe: & cum unico. l. atq. i. latino scribiƈ pes est constans ex quatuor uirtutibus: ut Tytire pascentes a flumine reice capellas. Nã in. y. pede proceleumaticũ posuit p

dactylo. Et dicitur quasi primitus iussus. eo quod in sacris Mineruæ prius eius pedis uersus pronuntiari iubebantur προ enim ante designat. & κελευω iubeo.

Procyon cũ. c. exili: &. y. græco scribit: stella est: quæ ante canẽ: qui sirius dicit exoriri cõspicit. nam ex pro quod est ante. & κυων canis comeositũ uocabulũ est. Vnde Cicero in. ii. de natura deorũ referens uersus arareos inquit. aniicanẽ procyon graio qui nomine fertur. & Hora. in lib. carminũ tertio ait. Iam clarus occultũ andromede dæ pater. Ostendit ignem. iam procyon furit.
Et stella uesani leonis. Sole dies referente siccos.

Proconessus cũ. c. exili: & duplicato. s. scribit. Ciuitas fuit in minori asia.

Prochyta cũ. ch. aspirato sequente. y. græco: &. t. exili scribit: insula est i tusco mari sinu campano sita: una ex æoliis: de qua Vir. in. ix æneidos. Tum sonitu prochyta alta tremit. Et Ouid. in. xiiii. metamorphoseon describẽs æneæ nauigationẽ dixit inariemẽ prochytãq; legit. Vnde ait plinius in li. natu. historiæ. inarimes mõs fuit. qui terræmotũ passus. alterã fudit insulã: quæ prochyra ab effusione dicta ẽ nã προχεω effundo a nostris dicitur: & προχυτηριον furiosum.

Procris cũ. c. exili &. i. latino scribit: fuit Erithei athenarũ regis filia & Cephali uenatoris uxor i ut ea dictione uidimus. Quã Homerus in. xi. odysseæ dixit Vlyxẽ apud inferos comperisse.

Prœtus cũ. œ. diphthõgo: &. t. exili scribit: fuit abãtis argiuorũ regis filius cui successit in regno. Hic teste Homero in. xi. odysseæ. antiam habuit uxorẽ. ex qua quattuor filias genuit Mærã. Eurialẽ: Lysipen & iphanassam quæ cũ teste pherecyde in forma seu pulchritudie se iunoni ptulissent offensa dea eis furorẽ talẽ imisit: ut uaccas se eẽ arbitrarent. & aratra timentes siluas peterẽt dicẽte Virgilio i Sileno. prœtides iplerũt falsis mugitibus agros: Oui. uero inquit in. x. metamorpho. illas obspretã uenerẽ ira numinis prius i uaccas: mox in lapides commutatas dixit. Sed ut græci ferũt pherecydis historiã prosequẽtes: pposuit prœtus regni partẽ: & quã ex eis mallet in cõiugẽ si quis eas in pristinũ mẽtis statim reistituisset. Cuius primi cupiditate tractus Melampus uares ac mãtes peritissimus ut dixit Homerus illas suo atificio liberauit: & ut dixit Seruius nelleboro. ac deide iphianassam uxorẽ sibi elegit. Ex qua teste Home. i. xv. odysseæ li. antiphatẽ & Mantiũ pcreauit antiphates oicleũ. Vitruuius uero de archi tectura dixit illas a Melãpo cõductas apud clitoriũ archadiæ oppidũ ut ab ebriositate liberarent. Nã ibi speluncã esse dixit limpidissimã aquã pfluentẽ: quæ pota facit auriẽtes odisse uinũ. Ob quod super eius fornice græcis litteris scriptũ rettulit: aquã illã nõ eẽ potabilẽ & uitibus inimicã. Quod Oui. tetigit in. xv. metamorpho. cum ait.

Clitorio quicunq; sitim defonte leuauit.
Vina fugit: gaudetq; abstemius undis.

Progymnasmata secunda cũ. y. græco. sequẽs cũ. m. ante. n. ultima cũ: t. exili scribitur. Et latine interpretatur pexercitamenta. idem & proagonastica designat.

Prologus cũ cũ unico. l. scribit. Et dicit a nobis pfatio siue ploquiũ. nã rẽ in toto libro narrandã proponit: licet Terẽtius plogis abusus sit. Et i prologis scribẽdis opa abutit. nõ qui argumẽtũ narret: sed q maledictis ueteris poetæ respondeat. Et cũ rẽ de qua tractare intendũt proposuerint solent latini poetæ inuocare. deinde narrare. Quod mõ contrario fit a græci. Nã cũ primo inuocauerit. quæ tractaturi sint deinde proponũt: enarrãtq; deide. Satyrici uero nec inuocãt: nec breuiter q̃cq̃ primitus dicẽdũ pponũt. Sed ex abrupto incipiẽtes: a reprehensiõe sui: qua se primũ expugnare posse putãt. exordiunt. Ac se mixtim cñ aliis reprehendentes. de quibus locuturi sunt: lõgiori pcessu proponũt. Ob qđ nõ minus plogo: q̃ Terẽtius ipse fecerit abutunt. At uero q apud græcos antiq comœdiã i morẽ nostræ satyræ cõscripserũt: ut aristophanes. Cratinus & Eupolis magis ẽt q̃ nostri a re ipa pcesserũt. Hoc differẽtes ac comœdiæ retinẽtes: q; nõ se ipsos ipsimet: sed aliũ inducũt ex abrupto alterũ reprehendentẽ: ut ex aristophane libet latine uersiculos aliquos referre quos Leonardus aretinus delitiæ nr̃æ mecũ olim ludens interpretatus ẽ. Nã in pria comœdia inducit aristophanes Chremetẽ uiq; bonũ: cæterũ inopẽ q cũ pauptate offenderet: ad oraculũ apolinis profectus q̃siuit. Nũ pstaret mutare mores & aliter uiuere. Respõdit apollo: cui primũ obuius fieret de tẽplo exiẽs eũ sequeret: ac domũ suã adduceret ille aũt accepto respõso cæcũ sequebat. Nã is primũ sibi obuius fuerat. Carinus aũt seruus qui cum Chremete uenerat ignarus huius responsi mirabat domini factũ: & insaniisse illum: existimabat. itaq; cum plures eũ ab illi⁹ cæci in secutiõe uerbis reuocare tentaret. Et nihil Chremes penitus respõderet. insani am domini ac fortunã suam conquerens. talia loqui occæpit.

Vt pet molesta res est οχλου & dei.
Si recta sint enim illa: quæ seruus monet.
Necessum habet seruus eisdẽ esse in malis.
Sinit esse compotẽ: sed eũ qui possidet.
Responsa. qui dat ex tripode itorquẽs aureo.
Cum augur sit & medicus ut aiunt optimus.
Qui nũc sequat cæcũ hominẽ cõtra faciens.
Dux eẽ cæco: at iste post cæcũ uadit.
Ego igit nihil est: cur ferã nũc etiã amplius.
Ni mihi respondeas here cur istũ sequeris.
Seruum fieri decipientis domini.
Placeat tamen domino nequaq̃ sic agere.
Corporis enim fortuna nõ ipusm sui.
Et ista quidẽ ista nempe ego obliquo deo.
Iustam querelã conqueor succenses: quia:
Herũ tamẽ remisit insanum meum.
Quã oporteat facere: uidens enim solent.
Meq; una trahit: ac nihil respondet dum peto.

Tibi molestus esse non desistam ego. Non hercle me pulsabis coronatum quidem.
Nequaq̃:at enim dempta tibi corona prius. Quo magis doleas.
Nugæ equidem non desistam. Prius q̃ mihi dicas:quid est:nãq; hoc fides.
Te erga mea facit:ut adeo de te petam.
Et reliqua. Vbi absq; aliquo ꝓlogo ad rem ipsam subito decurrit:Satyrici etiam nostri poetæ a reprehensione sua incipiunt:ut id ipm:quod in se reprehendunt:in alios uerius ꝓsequantur. Quamobrem uehementer aberrant:qui Persium mundissimum satyrum exponere uolentes:dicunt illum in.i. Satyra uoluisse eos reꝑhendere poetas:qui cum indocti sint & arrogantes quadam uerborum ineptia seipsos claros ostendere conantur:quod a musis in parnaso deportati heliconem degustarunt. & diuinoꝝ poetarum animas intra se susceperunt:qui cum sint picæ & corui.merito ueniunt reprehendendi.
Sed longe alius est eius poetæ sensus:seipsum enim reꝑhendit:q; repente & festinus nimium poeta ꝓdiit:nec unq̃ aquas heliconis depotasse meminerit. aut per somnum quid unq̃ magnum uiderit quib? q̃ ocyssime poeta fieri potuerit.ut Hesiodo cõtigit:& Ennio. Nam ut in sua dictiõe uidimus cum Hesiodus iuxta parnasum patris oues depasceret:a musis raptus:& ad heliconem deductus:sacrisq; aquis epotus:& hedera coronatus.repente poeta apparuit. Ennius similiter cum somniasset Homeri animã i eum intrasse:q̃ primum se poetam egregium manifestare ualuit:ut in dictiõe pythagoras ostendimus: at cum nil tale mihi cõtigerit:inqt Persius. Sed potius rustico sim forte potus:& musas locaq;:quæ ihabitãt illis reliqudrim:quorum imagines sequaces ipsæ hederæ lambunt merito reprehẽdendus uenio si ad sacra uatũ:& illoꝝ certamina poema aliquod affero. Sed fame cõpulsus & spe lucri: quæ duo ne dicam homines:sed muta quoq; animalia uerba cogunt humana cõfingere coactus sum id quoq; efficere:& ob id forsitan excusari potero. Vt ꝑ hæc sane & illos reꝑhendere ualeat:qui cum talia quotidie se potasse & somniasse confingãt:sola spe lucri ineptissima quæq; poemata ad sacra uatum adferre nõ uerentur:unde ait Persius Nec prolui:quod est ꝓpe & luo compositum puto:hoc est bibẽdo attigi: Vel ẽt immersi labra:quæ nõ tm̃ homium:sed aliorum sunt animaliũ:ut Iuue.in.iii.satyra. Et elixi ueruecis labra comedit. Quin & terræ margines:unde labruscam dictam uoluit Seruius: Fõte caballino: ꝓducto scilicet a pegaso allato caballo.ut in dictiõe pegasus ostẽdimus:iuxta id. Vectanti ad rura caballo. Vt sic repẽte:hoc est per eum modum:quo Hesiodus & Ennius poeta ꝓdirem:& helicõidas.i.musas patronimicum est fœmininum deductum a græco. Et palidam pyrenem.quæ uallis ẽ inter duos pnasi colles musis sacra:ut diximus in dictiõe pnasus:quæ ab effectu pallida dicta est:quia se incolentes hoc est Poetas:ob speculationes pallidos reddat:ut infra idem dixit poeta. En pallor seniumq;.Et Iuuen. de poetis tempore mecœnatis. Tunc utile multis pallere & toto uinum nescire decembri. Musas ergo & eorum loca illis relinquo:quoꝝ imagines ex gypso uel marmore deducte habentur:ut Iuue. Qui facis in parua sublimia carmina cella. Vt dignus uenias hederis & imagine macra. Quas & ipsi sibimet quandoq; apponere cõsueuerant:dicente Pli.in.xxxiiii.natu.histo. Notatũ est ab auctoribus. L. Actium poetã in camenaꝝ æde maxima forma statuam sibi posuisse:cũ breuis admodũ ipe fuisset. Hederæq; sequaces: hoc est Poetaꝝ studia cõsequentes Vi.in.ix. Flammisq; sequacibus iras lambunt:hoc est leniter cõtingunt. Cum ego ipse semipaganus sim:hoc est rusticano fonte potus:de quo in dictione pegasus uidimus:affero ad sacra uatum.i.poetarum certamina:de quibus late uidimus in dictione hedera. Carmẽ hoc ẽ poema nostꝝ. Quẽadmodũ Vir.in Daphn. Cum plures mopsus cecinisset uersus inquit. Tale tuũ carmẽ nobis diuine poeta:& reliqua. Et ꝓsequitur causam Persius quare adhoc cogitur sub similitudine psitaci & picæ dicẽs. Quis expediuit.i.docuit expedire ꝓferre ac de articulare. Psitaco suũ chere:quod græcũ est & tantundẽ ac salue:ut in ea dictione uidimus:& exponũt nõnulli suum idest naturale:quod falsum esse:cũ expientia:tum ex sensu poetæ apparet. Sed ideo suũ dixit:uel quia illi cõsuetum fuerat:& uscitatũ addiscere.ut Vir.in palæmone: Sua semper apud me munera sunt lauri. Vel qa ita de articulare illud effert:ut sibi naturale uideat. Quẽadmodum in.ii.georgicoꝝ ait Virgil. Quæq; suo uiridi semp se gramine nescit: Quis docuit picas uerba nostra conari:hoc est cum conatu effingere:ac deinde exprimere:ad quod ipe Persius respõdet. Vẽter magister artis:& ingenii largitor:ut Vir: in.i.georgicorum. Labor omnia uincit Improbus & duris urgens in rebus egestas. Quin utiq; uenter artifex est si qui negatas uoces scilicet a natura. Quin & idem ex eo confirmat q; si refulserit & manifesta fiat spes dolosi nummi.i.ob quem mille fraudes & doli nascuntur:de quo late uidimus in dictione numisma. Videbis.s. Coruos poetas. Nam ut scribit Macrobius libro saturnaliũ. Redeunti augusto ex actiaco bello cũ ingenti gloria quidem Romæ obuiam se illi cũ coruo dedit:qui ad impatorem ait: Aue Impator inuicte.quo delectatus augustus:uiginti milibus nummis emit. Cuius exẽplo alter exitus:similem Coruũ edocuit:quẽ cũ audisset augustus. Taliũ inquit salutatoriũ satis domi habeo:refert ẽt Plinius in.x.natu.histo. Quod imperante Tiberio Coruus quidam assuefactus omnibus matutinis in forum uolabat:& rostra ubi primo Tiberiũ. Deinde germanicum & Drusum Cæsares nominatim mox transeuntẽ Romanum populũ salutabat:postea remeans ad tabernã pluribus officio mirus fuit. Quem ut postea subita iracundia manceps quidam exanimauit: quia ex crementis eius calciamenta fœdauerat:summe populus honorauit. Nã primo pulsus est reus.mox interemptus funusq; alitis memorabiliter celebratũ fuit.quippe cõstratus lectus super duorum æthiopum humeros ꝓcedente tibicine & coronis omniũ generũ usq; ad rogum:qui constructus est dextra uiæ apiæ ad secũdum lapidem

in campo ridiculi appellato. Et poetridas. Formatur per modum patronymici: & dicitur poetris huius poetridis. Pegaseū. i. poeticū: metaphora a fonte sacrato musis: ut uidimus in dictiõe musa. Melos canticum siue carmen dulce. hoc est suaue. Simili modo & se repræhensione dignū uideri ostẽdere uult iuuenalis in initio sui poematis: q̃ semper tm̃ auditor fuerit q̃ taliū sane poetaꝝ: a quibus quicquid dixerant: merito habuisse poterat: & nihil aliud a summo minimoq̃ poeta: præter ea quæ audiuerat scribi consuetum sit: & nec ipse aliquid scribat: sed semper audiat: itaq̃ repræhensionem dignum se indicat. Et licet ꝓprie prima satyra prologus dici nõ possit: prologi tñ quippiam detinet: qa & in illa etiam q̃d ꝑ operis residuo dicturus est: ꝓponit cũ dixit. Quicquid agunt homines uotum: timor ira uoluptas. Gaudia discursus nostri est farrago libelli: Et causas quare potius satyram q̃ aliud poema & plura alia: quæ ad materiam prologi spectare possunt: ut in sequẽtibus ostẽdemus. Nec inter poetas dicacissimos: atq̃ acriter mordẽtes a iunioribus nostris Iuuenalis ipse loquatur. Neq̃ eam detinet libertatem quam prisca comœdia habuit: dicẽte Horatio. Eupolis atq̃ cratinus aristophãesq̃ poetæ: at alii quorum comœdia prisca uirorum est.

Si quis erat dignus describi: quod malus: aut fur.
Quod mœchus foret: aut sicarius: aut alioquin
Famosus: multa cum libertate notabãt

Quin & ostẽdit deinde quomodo illos secutus est apud nostros Lucilius dicẽs.

Hinc omnis pendet Lucilius hosce secutus
Mutatis tãtum pedibus numerisq̃ facetus:

Cuius sane Lucilii seueritatem & libertatem Iuue. ipse in fine primæ satyræ tetigit cum ait.

Ense uelut stricto quotiens Lucillius ardẽs
Infremuit. rubet auditor: cui frigida mẽs est

Romæ decessisse dicũt: Cui epithaphium hoc Martialis inscripsit.

Quisquis flamineam teris uiator.
Noli nobile præterire marmor.
Verbis delitiæ: salesq̃ nili.
Ars & gratia risus & uoluptas:
Romani decus ac honor theatri:
Atq̃ omnes ueneres cupidinesq̃:
Hoc sunt cõdita quo paris sepulchro.

Quis ergo nõ uidet Iuuenalem omnes suo tempore uiuẽtes ex industria iuuasisse: & nec potẽtioribus peperciss̃e. quin & ex minoribus si quis diligẽter inspicere uelit: neminem insequi: aut alium quem uis modo aliquo nominare: in quem & Martialis ipse nõ scripserit: uel de illo uel aliquo in loco meminerit Nam summouetur Iuuenalis ad scribendum satyram. Quod meula tuscum Figat: nuda teneat uenabula mamma: ad quam Martialis lib. iiii. Dum non uis leporem: dum non uis carpere multos. Et plusq̃ patri meula parcis apro. Et reliqua. Non potest ẽt tam patiens esse Iuuenalis nõ tam ferreus: ut ab scribendo satyram teneat se. Causidici noua cum ueniat lectica mathonis plena ipso: Hoc est uel nouiter facta: quia ex turpi seruitio iam tum ad causidicandum se cõtulerat: uel admirabilis & gregia: ut Virgi in bucolico. Pollio & ipse facit noua carmina. i. eximia & admirãda: Ad quem & Martialis in. x. epigrãmatum lib. sic inquit. Omnia uix belle matho dicere dic aliquando: Et bene: dic neutrum: dic aliquando male. Et lib. xi. ad eũdem ait. Parua rogas magnos. sed nõ dant hoc quoq̃ magni. Vt pudeat leuius tu matho magna roga. quid ꝙ nomẽ delatoris seu accusatoris cuiusdam magni amici ipse Iuuena. subticet: & illum ex nominibus eorum quos etiam accusauit cognoscẽdum ostẽdit hoibus eius temporis. Et ut quidam ferũt fuit Heliodorus Domitiãi libertus: qui cum cito rapturus esset q̃cquid supererat de nobilitate iam ab aliis uorata libertis timebatur a Massa: & munere palpabatur a Caro. Similiter uiro nobili: ad quem iam proscriptum Martialis scribẽs ait. Care parectonias latias nõ rite per urbes Nobilis & centũ dux memorãde uiris: & reliqua plura: quibus ostendit eum iam exulem esse: & bona ꝑdidisse. Nam ait Pli. cica finem libri. xxxv. iam nõ est enumerare libertos ex sanguie quiritũ & ꝓscriptionũ licẽtia iam ditatos: ut late uidimus in dictiõe creta. quid ꝙ a nõnullis ob timorem uxor illi summitebatur. Et ne uero nomẽ oppressoꝝ ignominiã Iuue. exprimat: fictis nominibus ioculatoꝝ quorũdã: seu drisoꝝ id triumphis rem illam ipse pãdit cum ait. Et a trepido timele summissa latino. Sed de uero latio & uera Timele ait Martialis ad Domitianũ in quodã epigrãmate. Consueuere iocos uestri quoq̃ ferre triũphi materiã dictis nec pudet esse ducẽ: quã timelem ꝑspectas derisorẽq̃ latinũ: Illa frõte ꝓcor carmina nostra legas. quin & eadem figura usus est ĩ satyra. Stẽmata quid faciunt: quum dixit. Mortem sic gsq̃ exhorruit: quis ita mortẽ ut sit uxoris zelotipus: & sic similis stupido latino: hoc est uiro: ita mortem timenti: ut uxorẽ quã summe amare cõtingerat: pro euadenda morte Heliodoro: aut cuius alii sũmittere nõ curaret: quasi dicat potius mortẽ eligere debes. q̃ rem adeo turpẽ perpetrare. Sed nec id quoq̃ sibi ꝓfuit. Nec ꝓfuit posthumũ uirũ aliũ pessimũ totiens subcista locare: ut eo insscio uxorẽ Timele audire uidea. quin tandem ab illo uel quouis alio ob suas diuitias accusatus & ꝓscriptus fuerit: dicẽte eodẽ Iuuenale ad posthumũ in satyra Credo pudicitiã: quem totiens texit periturꝰ cista latini. hoc ẽ: qa nec illi sua cista profuit. At ad posthumũ ait Martia. in principio epigrãmatum. iii. Cecurris quocũq̃ loco

mihi posthume clamas ꝓtinus & prima est uox tua: dic quid agis. Hoc si me decies una conueneris hora. Dicis habes puto nihil posthume. Tunc quid agas. Verum & ipsa eadem in qua diximus figura: iterum luue. in eadem prima satyra uersus est: qum de galla loquitur. Nam cumse prius submoueri dixerit: ab his qui testamenta merentur noctibus: & ab his quos in cælũ euehit optima summi. Nunc uia ꝓcessus uetulæ uesica beatæ: idest illius auricæ Neronis libertæ De qua uidimus in dictione paticus: quæ ob id quoq; initia dedit Othoni progredi ad imperium: ut ibidem late declarauimus: Ita deinde excandescit in quendam pupilli spoliatorem: cuius nomẽ & propriam historiam ob deperdita antiqua uolumina nondum comperire ualui. Et frui illum iratis diis p cõparationem Marii ostendit: eo ꝙ sola infamia notatus fuerat & sic damnatus inani iudicio. Quid enim saluis infamia numis. Nam ueluti mari us tempore Syllæ deductus antequam ab Hiesmale numidarũ rege: ut tetigimus in dictiõe minturnæ auxilia in patriã colligere posset: uoluptatibus frena laxauit: & ab octaua die hora: contra Romanã cõsuetudinem: iuxta numidaꝝ ritum pro libito bibebat & epulabatur: atq; ita quoq; iratis diis fruebatur ut apud Senecã in Hercule furente: quia a iunone coactus ad domitanda p orbem monstra: ex quibus semper gloriam reportabat: ut illa inquit. Itaq; nostra fruit: in laudes suas meauerit odia: Dum nimis sæua imperio. Sic spoliator ille ac ꝓstrator pupilli notatus saluis infamia nũmis diis iratis ob eam notã fruebatur: quia pecuniis saluis in uoluptates pro libito laxabatur: & per urbem gradiens seruoꝝ gregibus populũ comprimebat. Et alia cũ narrauit: quæ in diuersis dictionibus explicauimus ad illum deinde conuertit: qui dẽsissima lectica: uel ex lignoꝝ strue & compagine uel seruoꝝ multitudine uxorẽ prægnantem uel languidã circũducebat: ac quadrantes centũ pro illius impensis mendicatim postulabat. Est. n. quadrans quarta pars assis. i. Romanæ libræ: ut uidebimus in dictione talentũ. Et ad illũ similiter qui ostendẽs uacuã & clausam pro cõiuge sellã. Galla mea est inquit. Et sic priori figura utitur: ut noie uilis mulieris illos quoscunq; repræhendere possit q similia cũ uxoribus perpetrabant. De Galla uero & Martialis ipse meminit in. ix. epigrãmatũ lib. cũ ait. Funera post. vii. nupsit tibi Galla uiroꝝ Picẽtine sequi uult puto Galla uiros. Et in eodẽ lib. de eadẽ Auriolis futui cũ possit galla duobus. Et plusq̃ futui si totidẽ addideris. Auriolos a te cur accepit æschyle denos: & reliqua quæ prosequit. Sed ne nimiũ digrediar: libet ad huius primæ satyræ introductionẽ redire. Cuius sensus Præ cæteris difficillimus esse uidet & mentẽ lepidissimi poetæ indicare curabo: ac nõnulla illius uariis in locis obscurissima cõtingã q̃ in aliis hoꝝ cõmentarioꝝ libris non tetigimus: quæ pro posse explanare curabo: incedit igit hac uia in ipsa prima satyra luue. Primo se aliquid debere scribere oñdit: & cũ huc usq; nil scripserit: dignum esse repræhensione. Qui tam & si uiuere sit disciplinæ ignorans: necesium tñ ẽ ea optime nouisse: quæ a maximo minimoq; poeta feruntur: cũ ea quoq; & semper audiuerit: & nec aliis aliud scribere tentauerit: quare repræhendendus uenit: quod semper auditor fuerit: & nunq̃ scriptor. Quãobrem iã aliqd scribere intendens, ostendit secũdo se ex multis concitũ malle satyram q̃ aliud poema describere: & illo decurrere campo: per magnus equos arũceæ flexit alumnus. i. lucilius: qui fuit ex arunca: & primus apud latinos satyram scripsit. Et cũ cõcitantia rettulit: probat tertio ea magis uenusina digna lucerna: hoc ẽ studiis & laboribus ac uigiliis Horatii: q̃ alia poemata: quæ ab aliis passim scribunt: & maxime cũ suæ uxoris maritus sit leno: & solus accipiat mœchi bona: nec sit accipiendi ius illũ uxori & alia q̃ elegãtissime ꝓsequitur adeo turpia. Quod si natura negat: facit indignatio uersum. Quarto ostẽdit quænã esse debeat aut possit satyræ suæ materia. Quinto materiã ipsam satyræ copiosiorẽ suo tpe esse ostendit: q̃ retroacto fuerit tpe. Quod cũ multis exẽplis monstrauerit: ostẽdit subsequenter nil futuꝝ esse. Quod nostris maioribus addat posteritas: & qd omne uitiũ ad summũ uenit: nec amplius ascẽdere ualeat: & quod eadẽ faciẽt cupientq; minores: Sexto modũ ostẽdit quẽ in sua satyra cõscribenda obseruare poterit ẽt si aliquis dicat Hic forsitan unde ingeniũ par materiæ est. Sed hoc uelut: dissolutũ reliquit: q̃ facit indignatio uersum. Qualẽcunq; põt. Et siqs iteꝝ dicat. Vnde illa ꝓpriũ poetaꝝ satyricoꝝ scribẽdi quodcũq; aio flagrãte liberet. Simplicitas rñdet idem illã nõ esse: sed dimissuꝝ se uiuentes & potẽtes: ac experiri uelle. Quid concedaẽ in illos quoꝝ flãminea tegitur cinis atq; latina. Et ꝓoccupatione usus in uiuentes ac urbis primores inuehit: ut ostendimus. Dicit ergo interrogatiue primũ cõtra se ipsum inuehens. Semp ego auditor tm̃: hoc est ne ego unq̃ cessabo audire: Nunq̃ ne reponã: hoc ẽ nunq̃ ne aliqd scribã. Vel ea quæ audiui uel alia. Vexatus totiẽs rauci theseide codri. Sane in uerbo repono uim græcã obseruauit: ut Home. ἔστιγο υνατ ἰθακὴ idest posui: hoc est scripsi. Nam sic quoq; apud poetas græcos id uerbũ significat. Quod & nostri poetæ similiter obseruauere. Persius in prima satyra. Ecce modo heroas sensus afferre uidemus. Nugari solitos græce nec ponere lucũ artifices. i. scriberes. Simili modo repono: ut Martia. ad Iuuenalẽ lib. xii. epigrãmatum. Et totũ mihi nũc repono qcquid tardos euigilauerã p annos. Repono dixit pro scribo Hora. in poetria. Aut famã sequere: aut sibi cõuenientia finge. Scriptor honoratũ si forte reponis Achillem. i. scribis. Nec id solũ designare deprehendimus ut Vir. in lib. geor. iii. Non illis epulæ nocueẽ repostæ. i. delicatæ seu seruatæ: ut exponit Seruius. Et. i. æneidos. Meneala mente repostũ. i. infixũ & collocatũ iudiciũ Paridis. Et i. iiii. Stratisq; reponũt. i. collocãt. Et in eodẽ libro. Ariscq; reponimus ignẽ. i. iteꝝ ponimus. At uero impono idẽ est quod decipio: ut quis se deo possit imponere. i. deum decipe. Et subdit postea noster. Totiens uexatus. i. totiens audiendo repercussus. De quo uerbo Gellius & Macrobius plura dixere Theseide. i. fabula de Theseo recitata: quã in dictione Theseus explicabimus. Rauci codri. i. poetæ illius: qui ob assiduam recitationem

Raucus effectus erat. Oui. circa finem libri. iiii. metamorpho. Raucaq; garrulitas studiumq; immane loquendi. Erat autem Codrus poeta pauperculus: quem pulpita pascebant Iuue in. iii. satyra.

Lectus erat codro procula minor urceoli sex.
Ornamentum abaci necnon & paruulus infra
Cantarus: & recubans sub eodem marmore chiron.
Iamq; uetus græcos seruabat cista libellos.
Et diuina opici redebant carmina mures.

Et Martialis libro epigrammatum quarto.

Plus credat nemo q̃ tota codrus in urbe
Cum sit tam pauper: quomodo cæcus habet.

Et subsequitur Iuuenalis dicens.

Impune ergo mihi recitauerit ille togatas hoc ẽ sine aliquo effectu recitauerit mihi ille togatas: ut nec aliquid habuisse uidear: cũ non similiter ego aliquid scribam. Nam impune quoq; cõmune est uocabulũ nec tm̃ ad hoc quod est sine pœna: quantum ad omnẽ effectum referri consueuerat: ut est illud Apuleji: Impune capitoliũ ascendi cum nemo esset: qui sententiam diceret. Et ẽ togata comœdiæ genus: qua solum Romanoꝝ uilia & communia narrabantur: in quibus teste Quintiliano Affranius excelluit: q̃ ut ait utinam non inquinasset argumenta puerorꝝ fœdis amoribus mores suos fassus. Nec hoc loco ait Iuue. mihi: ut ex commemoratione personæ propriæ rem faciat gratiorem: quæ pluribus cõpetere poterat: ut Virg. libro georgicorum primo. Non illa quisq̃ me nocte per altum: Ire aut a terra moneat cõuellere funẽ. Sed ad seipsum specialiter tale quid refert poeta: ut ostẽdimus. Et subdit Hic elegos: de quibus uidimus in dictione elegia: Impune diem consumpserit ingens Telephus hoc ẽ sine aliquo effectu: ut scilicet ego nihil didicerim & ꝓpter hoc nihil scribere debeam: ille alius recitauerit mihi grande pœma de Telepho: in cuius recitatione diem consumpserit de quo in dictõe Telophus ostẽdemus. Quid quod nec minus ingentia recitãtur de oreste poemata: & nihil ego scribere audeam. Et tñ restent de illo plura cum scriptus & in tergo nec dum finitus Orestes. Nam ut uidimus in dictione orestes præbebit ille materiam omnibus scribere aliquid uolentibus: ideo ait Virg. in. iiii. ænei. Aut Agamemnonis scænis agitatus Orestes. Et dixit tergo: hoc est exteriori parte membranæ. Nam consueuerunt ut plurimũ antiqui poemata aut orationes: quas aliis recitare uolebãt: in rotulis deferre: ut idẽ Iuue. Duo cæsaris anticatones: & hoc quia facile: & sine temporis interruptione illos explicabant: & replicabant. Vnde & uolumina dicta puto. Tergum autem erat pars exterior ipsius mẽbranæ. Vt Virg. in. iii. georgicoꝝ. Vnde iam tergo ferratos sustinet orbes. in qua & Orestes etiam scriptus erat: cũ interiori capi non potuisset. Sed in ipsa exteriori etiam descriptus nõdum finitus erat: accipiẽ & nõnunquã tergum pro toto animales color: ut Virgilius in primo æneidos. Taurino q̃tum posset circunda re tergo. Et in primo Georgicorum pro ultima rei alicuius parte idem poeta expressit cum dixit. Stiua q̃ quæ currus a tergo torqueat imos. Cum ergo tanta audiuerim: & tanto tempore: quod uerisimile sit me ea optime accepisse & nosse: ita ut nulli magis sit sua nota domus: q̃ hæc ipsa mihi: & nihil ego scribo: uenio merito reprehendẽdus: ideo ait. Nota magis nulli domus est sua & qua mihi locus martis: & reliqua. Sane hunc locum omnes quos legi ineptissime exponunt. dicẽtes ipsum Iuuenalẽ profiteri se utranq; philosophiã naturalẽ scilicet & moralem. tartariq; & occultarum rerum notitiã dilucide adeptũ fuisse. Cum Vulcani antrum & uentorum qualitates ac pœnarum apud tartareos differẽtias se scire ponat. Et sic quod ille ad fabulas: hi ad altam perscrutationem & sapientiam referunt. Quod utiq; ineptissimum & contra intentionẽ eius: ac satyricum morem. manifestissime comprobatur. Neq; enim poetas quosdã alios de inepta & arrogantia occulte damnans: ut hæc eadem uitia ipse incidisse. Nec se sane sapientẽ: sed potius ignorantem declarare intendit cũ dicat. Si natura negat: facit indignatio uersum. Qualecunq; potest. Similiter Persius. Nec fonte labra prolui caballino. Nec in bicipiti somniasse parnaso Memini me: ut sic repente poeta & doctus & idoctus scribat: & ea solũ quæ iã iam mihi ita innotescunt: ut nulli alii nota sit magis domus sua. Cur & non ego ẽt: tametsi indoctus sim: aliquid: quãuis periturum scribam: magis q̃ semper audire debeam. Quod uero illa quæ quotidie poetæ illi ꝓclamat sibi nota esse debeãt: hac cõprobat ratione: quæ omnem abilcit arrogantiam Platani Frontonis: Hoc ẽ q̃ in domibus sunt Frontonis: nec noc est eiusdem domus columnæ crebra recitatione confractæ: eius nomini omnia referunt & reclamãt: quin & marmorea sedilia mea assidua sessione cõuulsa: id idem retundunt: ac ipsa eadem: quæ illi dicunt se scire designant. Cur & non ego qui semp auditor fui. ista ẽt optime pnoscere debeam. Rursus & quod inter poetas indoctos: & non inter doctos: cõnumerari habeat: duabus rationibus explicat. Prima qa manum ferulæ subduximus: hoc ẽ ueræ disciplinæ subtraxit. Nam sic poetæ frequenter pro disciplina ferulam assumpsere ut ostẽdimus. Secunda est causa quia consilium ipse dedit Syllæ: priuatus ut altum dormiret. De quo Cæsar teste Suetonio nescisse illũ literas dixit: quia dicturam deposuit. Sed quia id multo fortius de illo intelligi debuit: qui ei ignauũ hoc est consiliũ præstitit: ut aliquod prouerbium ferre uidebatur: quare si Iuuenalis eiusmodi illi consilium dedit: longe magis & inter indoctos uidebatur cõnumerandus: q̃ ipse Sylla indoctus dici debuit. Cũ ergo ea solum quæ optimæ cognoscere potuit: a summo minimoq; poeta scribanẽ: stultum uideẽ ob id se ab scribendo cõtinere: quia periturum q; scriberet esset opus: Cũ nullũ: eo tempore scriberẽ opus

ꝙ non utiq; periturū esset. At ergo sic poeta lepidissimus. Nota magis nulli domus ē sua: q̄ mihi lucus: Marcis hoc ē marti romæ cōsecratus: quia teste lusti. in ultimo suoꝝ epitomatū libro in illo Rea Numitoris filia duos pueros in certum stupro an marte concæptos enixa ē. Cum ergo lucus ipse quottidie a poetis agitaretur: & illorum ipse poeta noster semper auditor fuerit consequens erat: ut probabit: id quoq; perfecte sibi innotescere. Quin & Aeoliis uicinum rupibus antrum uulcani scilicet & ei notum Nam ab ætna monte per subterraneos specus usq; in hieram insulam antrum esse peribetur: qđ uulcano sacrum dicitur. Virgilius in. vii. æneidos.

Insula ficanium iuxta latus: æoliamq;
Erigitur liparem: fumantibus ardua saxis:
Quam subter specus. & cyclopum exesa caminis
Antra ætnea tonant: ualidisq; incudibus ictus.

Ideo ait antrum illud uicinū rupibus æoliis: qa est ab ætna in hieram insulam iuxta latus ficaniū: & iuxta liparem atq; strongylem regnū fuit Aeoli: Vt late uidimus in dictione æolia: & in aliis dictionibus. Nulli ergo est ita nota domus sua. ut mihi antrum uulcani hoc e omnes fabulæ: quæ de antro Vulcani ab hisce poetis recitantur. Quicquid agunt uenti. hoc est uel ab æolo cōpressi: uel ad aliqd exequendū iussi: ut hi scilicet poetæ fabulantur: mihi cognitū est. Quas torqueat umbras æacus: q iouis fuit filius ex ægina: & apud inferos cū Rhadamantho & minoe cōstitutus iudex dicit: ut in sua dictione uidimus unde alius furtiue deuehat auꝝ pelliculæ: hoc est oēs iasonis fabulæ: quæ illū pelliculā auream ex cholchide deduxisse loquunt mihi probe innotescunt. Quin & quantas iaculet monycus ornos: ut in ea dictione uidimus. Sed ꝙ hæc oia ipse scire desiderat: p rationem a minori sumptā cōprobat. Nā si hæc ipsa frontonis Platani conuulsaq; marmora clamant semper: & proloquuntur. Et assiduo ruptæ lectore columnæ ut Virgi. in. iiii. georgicoꝝ. Et cantu querulæ rumpunt arbusta cicadæ. Quid ego obtusior ne sum marmoribus. Et platanis quasi dicat: & si talia hæc ipsa sciunt. multo magis & ego ratiōis capax & simili modo semper auditor eam scire debeo. Nec intelligere uoluit iuuenalis ut omnes expōere cō sueuerunt. Frontouem illum eundem fuisse poetam qui in propria & tam egregia domo eiusmodi poemata recitasset: cum in sequentibus ostendit sui temporis poetas pauperimos esse: nec similes habere domos: in quibus sunt porticus columnæ & platani: Sed ut idem ostendit in satyra quæ incipit. Et spes & ratio Romani diuites cum iam nihil prorsus portis conferent: ædes tamen commodare solebant: ut in illis saltem recitare poemata possent: ut in ea satyra ad Telesinum pauperē & egregiū poetā inqt.

Dicit iam diues auarus.
Tantum admirari tantum laudare disertos.
Vt pueri iunonis autē: & subdit: At si dulcedine famæ:
Succensus recites: maculonus comodat ædes: Ac lōge ferrata domus seruire iubetur: In qua sollicitas imitatur ianua portas. Et reliqua: q̄ prosequitur. Vt simili modo nobilis hic fronto poetis egregias domos pro poematū recitatione præstabat. At quem Martialis in epigrāmatibus scribit dicēs. Vota tua breuiter si uis cognoscere marci. Clarum militiæ fronto togæq; decus. Cū ergo nō alia poemata a docto uel indocto poeta scribantur: q̄ quæ rettulimus: & in his omnes diuersentur. Nā ut inquit. Expectes eadē a summoq; minimoq; poeta: qd amplius restat: nisi qđ & ego aliqd scribere debeam: q̄q̄ indoctus sim & ignorans. Quod ex hoc cōprobat dicēs: & nos ergo manum ferulæ subduxim⁹: hoc ē quoniam pacto doctus esse ualeo: qui manū a ferula: hoc est disciplina subtraxi: & potius præferas ungas & fabulas audire uolumus: q̄ sub ferula præsistere. Nam translationē duxit ab eo: qui cū manū ferulæ præbet. se disciplinæ subiectū ostēdit. Et. n. ferula flagelli genus quo puerorꝝ manus uapulare cōsueuerūt. Horatius in sermonibus. Nā ut ferula cædas meritum maiora subire. Sed hic pro disciplina accæpit: ut similiter obseruauit: ac intellexit noster Carolus arretinus cū ait ad ciriacū: ignorant docti causas. q̄runt ꝙ frequēter. Vnde tibi eloquium copia tanta tibi est.

Nec certe immerito: cum nil didicisse magistro.

Dicas de ferulæ furripuisse manū. Probat & alia ratione Iuuenalis se inter indoctos cōnumerandū eē eū ait. Et nos cōsiliū dedimus Syllæ priuatus in altū dormiret: hoc ē ut absq; gaudibus dicta turæ curis qescceret Virg. in. ii. geor. Nec somnos abrumpit cura quietos: at quia ob hoc qđ dictaturæ renūtiauit: dictus fuit nescisse litteras: multo magis ego qui id quoq; illi consiliū dedi nescire litteras dici mereor & hæc dicta quidē sufficiant ꝙ explanatiōe difficilimi loci & introductiōe ad primā satyrā nobilis poetæ Iuuenalis. Cætera uero q̄ difficilia uidentur diuersis dictionibus horꝝ cōmentariorꝝ ꝙ nostra facultate explanare conabimur. Nec id sane formido qđ nōnulli uaticinari uident futuros quosdā: qui commē tariola quædā ex his nostris cōmentariis diuersos in poetas sine honore nostro traducere: ac q̄ nostra sunt sibi arrogare nō uerebunt. Ego. n. quosq; similes paruipēdo suo. n. illi mēdatio & furto detecti erubescēt mō amicis ꝙ mea uirili satisfaciā: hæc actenus. Verꝝ & nōnulla in hac Satyra restāt: ac in aliis quibusdā deinceps satyris: q̄ ex amissorꝝ librorꝝ defectu nunq̄ plene itelligere ualui: ut qs ille fuerit de quo supra meminimus: q pupillū expoliauit: & ꝓstituit. Quis ille qui bona dedit præsepibus: & caret omni maiorū censu: dum puolat axe citato flamineā. Ac ille qui se lautū ac beatū exiguis tabulis: & gēma fecerat uda: licet qdam fuisse Matonē putēt. ꝙ mihi nō cōstat. Quis ēt ille q dedit tribus patruis aconita

Et licet hæc nōnullis forsitā parua esse uideant: nobis tñ sic iucunditatem & lepiditatem ut decet poe-

tæ captare cupimus:neceſſaria prorſus apparent. Sed quod nõ ualemus:ꝑtermittere libet:Et ad aliqua in ſecũda ſatyra tranſeamus:q̃ obſcure a poeta tractari uidenť. Mittamuſq; iam ſocraticos cinædos: Quos in dictiõe cinædus explicauimus. Quin & illos qbus podice leui. Cæduntur tumidæ medico ri dentæ mariſcæ:ideſt tumores illi difficiles:qui ex cõfricatione podicis pueroꝝ oriri dicunť:& a medi co ſcilicet ridente ob id quia turpem cauſam recognouit incidunť in podice leui.i.ſine pilis:ut ætatem monſtret. Virg.in Sileno de filia pœti.

Quamuis collo tumuiſſet aratrum.
Et ſæpe in leui quæſiſſet cornua fronte:ideſt abſq; pilis.
Martial is in ultimo epigrammatum: Sit nobis ætate puer nõ pumice leuis.
Propter quem placeat nulla puella mihi.

Sed uerius & magis ingenue Peribonius:q uultu morbũ inceſſuq; fatetur. De quo Martialis ait. Quid quod ad ſextum fictum philoſophum & uirum obſcœnũ infamis uarillus ait:ego te ceuẽtem ſexte ue rebor.ideſt dum pedicaris apte te mouentem.Nam ceuere quidem eſt maſculorum :hoc ẽ ſe apte mo tare dum pædicantur.Martialis in tertio.

Sed pedicaris ſed pulchre neuele ceues.
Iam iam tu prior es:neuole unicis::aue:

Criſſare uero eſt mulierum apte ſcilicet ſe ſimiliter motantiũ dum futuũtur. Iuuenalis in ſatyra Cre do pudicitiam:de laufella loquens:quæ præmia proponebat illis mulieribus quæ melius id agitabant: inquit.Frictum criſſantis adorat:Martialis ſimiliter.

Scire cupis quo caſta modo matrona loquaris.
Nunquid cum craſſis blandior eſſe potes.

Nunquid cum craſſis blandior eſſe potes.
At de eodem Sexto meminit idem Martialis in lib.vii.epigrãmatum cum inquit.
Ad natalicias dapes uocabar: Eſſem cum tibi ſexte non amicus & ſubdit.
Sed cauſam ſcio nulla uenit a me. Argenti tibi libra poſtulanti:
Nec leuis toga nec rudes lacernæ. Non eſt ſportula quæ negotiatur.
Poſcis munera ſexte non amicos. Et ſubdit deinde Iuuenalis.
Quis cælum terris non miſceat & mare cælo. Si fur diſpliceat ueri.

Prolepſis ultima cũ.p.ante.ſ.&.i.latino ſcribiť:dici poteſt præceptio.Nam componitur ex pro quod eſt ante:& λαμβανω acceptio.Et eſt figura teſte Seruio ſuper quarto georgicoꝝ ex perſona poetæ: quæ tũc quoq; fit:cũ aliquid præ accepit ad qualitatẽ quæ ſubſequitur:ut Virg.cum dixiſſet Pancheiam telluré fleuiſſe:Eurydicem uxorem Orphei dixit:Pancheia rhefi.mauortia tellus: quam ſcilicet longa poſtea: q̃ fuit Orpheus ille tenuit.

Prometheus cũ.th.aſpirato ſcribitur:fuit teſte Ouí.in.i.metamorphoſeos:Iapeti filius ex Aſia nympha coniuge. Quam ſatus iapeto mixtam fluuialibus undis Finxit in effigiem moderantũ cuncta deorũ: & reliqua:de quo fere omnes poetæ loquunť. Ex quo promethides cum ideſt producta ante des dedu citur. Ouidius libro primo metamorphoſeos.

Vnde promethides placidis epimethida dictis.

Proœmiũ:cum.œ.diphthongo in ſecunda:ſecundũ græcam litteraturã ſcribiť:quam ſane latini noſtri iam non obſeruant:ſed ſine diphthongo ne eiuſdem litteræ fiat incultatio proœmium ſcribunt :dicit latine initium uel exordium:& ut dixit Quintilianus circa initium libri quarti: Maiori quadam ratio ne græci uidenť proœmiũ nominaſſe:quo a noſtris initium modo ſignificatur: illi partem hanc eẽ an te ingreſſum rei:de qua dicendum ſit oſtendunt.Nã ſiue propterea quod ὁιμη cantus ẽ: & ciratœdi pa uca : illa quæ ante quam legitimum certamen incohent emerendi fauoris gratia canunt proœmium cognominarunt. Oratores quoq; ea quæ prius q̃ cauſam exordianť:ad conciliandos ſibi iudicum ani mos proloquunť eadem appellatione ſignarunt:ſiue quod οἱ μονοι id quod ante ingreſſæ rei ponit:ſic uocare eſt inſtitutum:idem græci uiam appellant.

Prophylæa ſecũda cũ.y.græco ſequens cũ.æ.diphthongo ſcribiť:dicitur latine ueſtibulũ uel porticus ſed de ueſtibulo plura locutus eſt Gellius:quæ qui uoluerit in lib.xvi.noctium atticarꝝ legere poterit.

Propina cũ.i.latino ſcribitur:apud græcos uero.ei.diphthongus:Cuius abiecta.e. retinemus.i. & iuxta cõpoſitionẽ græcã dici poteſt ante famẽ.Na componitur ex pro quod apud nos dicit ante & πεινα fa mes.Et ut nonnulli aſſerunt locus erat iuxta thermas & balnea publica:ubi poſt lauacrum a fame & ſi ti reficiebanť.unde & alii quidam ex latina præpoſitione pro.& dictione græca compoſitum potius uo lunt:quam ex ambabus græcis:ita ut id quod datur pro exurire indicet ſiue eſculenta ſint: ſiue poculẽ ta:unde uerbum propino deducitur:quod indicat eſculentum tibi porrigo uel poculentum Iuuenalis in ſecunda ſatyra. Quod propinat byrrho tibi ſummitq; tuit contacta labellis pocula ideſt porrigit ti bi uinum: quod ipſe prius ſuis labellis attigit.

Propheta cũ.t.exili ſcribiť:dicitur latine uates:& deſcendit a προφημι quod eſt ex primo uel profero.

Proſcænia cum .c.exili &.æ.diphthõgo a latinis ſcribiť:qui ſcænam ex qua cõponitur cũ diphthõgo te ſte Priſciano ſcribunt apud græcos uero ſine diphthongo ut in ea dictione uidebimus. Et ſunt ꝑ ſcæ nia teſte Seruio ſuper.ii.georgi. Pulpita ante ſcænam: in quibus ludicra exercentur.

Proſelytos cũ.e.abſq; diphthongo &.y.græco in penultima &.t.exili ſcribiť: dicitur a noſtris adueua,

Proſelenes cum.e.abſq; diphthongo & unico.l.ſcribit:ſignificat apud nos ante lunam:ut Cicero i fondana arcades cõmemorat qui ſe proſelenos eſſe aſſerunt:ut uidimus in dictione arcadia. Nam compo nitur ex pro quod eſt ante & σελήνη luna.

Proſeuca cũ unico.ſ.&.ch.aſpirato ſcribit:dici poteſt latine obſecratio uel oratio. Id.n. dictio græca: q̃ eſt προσεύχη indicat:poni tamen uidetur a Iuuenale pro loco ubi præcibus & obſecrationibus aliqui a tranſeuntibus mendicabant:ut iuuenis ille petulans ad illum quem acriter pulſauerat ad Iuuenalem ait in ſatyra. Ede ubi conſiſtas in qua te quæro proſeucha.

Proſerpina cũ.i.latino ſcribitur:apud græcos uero nõ cum.i.ſed cum.o. περσεφόνη.ſcribitur:fuit iouis filia ex ſorore Cerere. Nam cum Pluto teſte Ouidio in quarto faſtorum & quinto metamorphoſeos: ex inferis emerſiſſet:ut fundamenta trinachriæ conſpiceret. quæ cum Typhœus ingentibus uiribus. ſupimpoſitam ſibi inſulam abiicere conaretur apiri uiſa ſunt: & lucẽ uſq; ad inferos demittere luſtrãs ſiciliam proſerpinã cõſpexit in cãpis ætneis cum Cyane nympha & ſirenibus flores legentem: quã rapuit & ad inferos ſecum duxit:ac matrimonio ſibi copulauit. Hãc mater Ceres accenſis facibus maximo cũ ululatu perquirens ab Arhetuſa certiorata eſt illam apud inferos degere:unde frægit aratra: & cætera ruralia inſtrumenta:& apud Iouem conquæſta obtinuit eam poſſe trahere: Si nil apud inferos comediſſet:q̃ a ſcalapho accuſante comperta eſt ſeptem grana mali punici comediſſe. Quapropt ad leniendũ. Cereris dolorem ſtatuit Iuppiter ut ſex menſibus anni cum marito apud inferos: ſex cũ matre apud ſuperos degeret. Quæ diuus Auguſtinus in ſeptimo de ciuitate dei:& alii nõnulli interpretantur:ut proſerpina fœcunditatem ſeminum indicet:Et a proſerpẽdo proſerpina ipſa dicat:& filia Cereris:ideſt terræ:quæ cum quodam tẽpore defuiſſet apud inferos rapta dicebatur:unde ceſſauerunt aratra & ruralia inſtrumenta: Sed cum luctu publico celebrata rediſſet fœcunditas:fuerũt prægaudio ſolemnia quædã illi inſtituta:quæ apud athenienſes nobiliſſima habita ſunt. Solinus uero dixit in Sicilia campum ætneum eſſe floridum & ſemper uenantem:ubi & demerſum foramen aſpicit: p quod Ditẽ ad raptum proſerpinæ exeuntem fama eſt auſiſſe lucem. Euſebius autem libro temporũ dixit Proſerpinam ſpecioſiſſimam fugiſſe uirginem Cereris filiam & Sicani regis uxorem:quam ob famã pulchritudinis ſingularis Orcus moloſorum rex rapuit:& matrimonio ſibi copulauit. At Varro in quinto de lingua latina:Proſerpina inquit lunam eſſe:quæ ut ſerpens modo in dexteram: modo in fineſtram modo in ſuperiorem:modo in inferiorem partem cæli moueatur. Et ipſa luna apud ſuperos & inferos æquis temporum ſpaciis commoratur.

Proſopis cũ.i.latino ſcribit:inſula eſt teſte Herodo.in delta nili hoſtio: in qua eſt atarbechis ciuitas.

Proſopopœia cũ.œ.diphthongo in penultima ſcribit:& ad uerbum dicitur perſone factiua. Nam componitur a προσωπον quod eſt perſona:& ποιο facio:figura eſt uel quãdo inanimatum ad animatum loquitur:ut apud Ouidium in initio libri de fine titulo:ut qui modo naſonis fueramus quinq; libelli uel animatum ad inanimatum:ut Horatius in epodo. Quid amplius:o matre.o terra ardeo:uel quando etiam ad inanimatum ipſum quoq; ad inanimatum loquit:ut apud eundẽ in ſecundo metamorphoſeos:terra & maria loquuntur & flumina.

Proſodia cũ.œ.diphthongo in ſecunda ſcribi deberet:ſed ut idem ſeruet ſonus apud nos qui apud græcos:conuerſa ẽ diphthongus in.o.longam:& cum.i.latino in penultima ſcribit:Dici; poteſt latine accentus:qui lex eſt ſiue regula ad aleuandam deprimendamq; ſyllabam uniuſcuiuſq; particulæ orationis accomodata:Et alio nomine apud græcos τονος dicitur. Nam antiquos noſtros accẽtus etiam uocaſſe tonores Quintilianus eſt auctor declinato ut ait uerbo a græcis:qui tonos dicunt quos nos accẽtus proprie nominamus. Et ſunt tam apud græcos:quam apud latinos tres: accutus grauis: & circumflexus. Nam hi ſoli denotãt ubi quæq; ſyllaba eleuari deprimiue debeat:quod ex maxima uocum conſonãtia præceptum eſt:ideoq; dicebat Quintilianus libro primo quem edidit de inſtitutione oratoria non eſſe cuiuſlibet auri litterarum exigere ſonos:non hercle magis quam neruorum. Acutus igit ille accentus ẽ quo ſyllaba uocem acuit eleuatq;:& ſignatur ea uirgula quæ a ſiniſtra parte in dextram ſurſum ducta eſt Grauis uero ẽ quo ſyllaba deprimitur:ſiue deponitur:unde ſignatur uirgula: quæ a ſummo in dextram deponit. Circumflexus autem quo ſyllaba:& acuitur ſimul & deprimit: unde ex acuto & graui confectus uidetur. Quare ſemycicli linea deſignatur:quæ ſane accentum ſigna a latinis non ſcribuntur:a græcis uero ſemper. Sed nec etiam apud illos accentus grauis ubi eſt deſignatur:ut oſtendemus. Nam omnis dictio tam apud græcos quam apud noſtros ſiue monoſyllaba ſit:ſiue polliſyllaba unum habet accentum prædominantem atq; principalẽ:qui actus eſt:uel circũflexus:nec plures acutos aut circũflexos:nec unum acutum:& alterum circumflexum habere poteſt. Sed accentus graues: tot habet dictio polliſyllaba:quot ſyllabas ultra eam in qua acutus eſt uel circumflexus habere competitur. Vt ſi apud græcos ανθρωπος dicatur:prima quidem acuitur:ſequens uero duæ grauant. Similiter in illa ατιγαιος :penultima circũflectitur:& reliquæ omnes grauantur. Quod ſimili modo apud latinos licet non ſignetur in pronuntiatione: Tamen æqualiter obſeruantur. Nam in hac dictione italicus ſecũda:hoc ẽ antepenultima acuitur & reliquæ uero omnes grauant. Similiter in ea quæ eſt Octauianus penultima circũflectitur:reliquæ omnes grauantur:idem in cõpoſitis:ut παρυμον: & male ſanus:quæ unicum habent accentum circumflexum:græca quidem in ultima:latina uero in penultima

Aliæ uero omnes eorum ſyllabæ graues ſunt:unde nec etiam apud græcos accẽtus grauis: hoc eſt ſu-

per graues ſyllabas deſignatur. Sane & ſi illius uirgula hoc eſt quæ a ſummo in dexteram deponit: ſæ piſſime in græcorum ſcripturis cõſpicitur: non ob id quoq; fieri Moſchopulus diligens illorum gram maticus: & Diomedis apud noſtros approbatiſſimus: ut accentum in illa grauẽ eſſe dicamus cum: ſem per in ea ſyllaba ubi eiuſmodi conſpicitur uirgula ſit acutus. Sed ut denotetur acutum illũ accẽtum p cõſequentiam aliarum dictionum ſequentium eſſe legendum nec ſentẽtiam tunc quoq; in ea dictione completã eſſe: & ob id quoq; cum ſupreſſione quadam licet accutus efferẽdum: unde quũ dici Demo ſthenes in oratiõe cõtra Aeſchinem πολλα μεν ουν ελῶ γελαττου μαϊκατα τουτου ι τονα γωγασιο χι νου: & in pluribus dictiõibus ſignata ſit uirgula accentus grauis: nõ ob id accentus ibi grauis eſt qui non ſignatur: & accentus dicitur ſyllabicus: & ibidem quoq; plures ſunt monoſyllabæ quæ accutũ: Vel circumflexum neceſſario exigunt. Sed ut accutus qui eſt in illis in aliarum dictionum conſequentiam proferatur: hoc eſt in aliqualẽ ſimilitudinem grauis. Nam ſi grauis ipſe ſignaretur accentus q̃q; ſyllaba præter quam illam ubi acutus eſt: & circũflexus ſignari habere. Verum nec inter acutum & circumfle xum præceptibilis eſt ab uno quoq; in pronuntiatiõe diuerſitas: niſi forte ab exercito muſico. Nam per unum quemq; illorum uox ipſa eleuari uidetur. Sed acuti quidem ſupra longam & breuem circumfle xi uero tantummodo locos in dictionibus polyſyllabis apud græcos obtinet ultimæ ſcilicet & penulti mæ. Et hoc iõ quia dictiones noſtræ accentum regulariter in ultima nõ patiũtur. Acutus ãt apud græ cos tria detinet loca: ultime. ſ. penultimæ & ante penultimæ. Apud latios uero ob eãdẽ cauſam ſolum penultimæ & antepenultimæ. Itaq; ultima exeũte breui & penultima lõga: ſi ſup penultimum ſit accẽ tus circumflexus habetur: ut αἰνεαῖοσ. Similiter in latinis fortuna: romanus marinus: arretinus: Octa uianus: ſanus amoris: legebat: ut ẽt in monoſyllabis: dos: flos: cos:. quas uocales eſſe lõgas neceſſe eſt ut amant quia primam breuem habet: & ultimam longam: & ſuper primam habet accentum: neceſſe eſt illum eſſe acutum: Idem ſi penultima & ultima lõgæ ſint: ut legebant athenæ mycenæ. Sed ut diximus ſi in antepenultima accẽtus eſſe dicatur: acutus erit ſemper: & nunq̃ circumflexus: ut dominus. Virgilius. Tulius. Quare & regula in latinis de accentibus datur: quod in triſyllabis dictionibus & triſyllabis: ſiue deinceps: ſi penultima breuis fuerit antepenultima acuetur. Iuue. in prima ſatyra. Vnciolam pro culeius habet ſed gillo deuncem. Idem in ſatyra. Credo pudicitiam. Fiunt urceoli pelues ſartago patel læ. Virgilius in Coridone: Præterea duo nec tua mihi ualle reperti Capræoli: in quibus unciolam ur ceoli & capræoli in antepenultima acutum habẽt. Idem in primo æneidos. Vnus ob noxam & furias a lacis oilei: ubi eius uerſus prima dictionis acuitur. Nam ut Seruius in his ſcilicet: unius illius ipſius me dia ſyllaba naturaliter producitur: ſed cum opus eſt corripitur: ut in eo uerſu hac excuſatiõe: quia quo tiẽs uocalem longam uocalis ſequitur: ſuperiori detrahit uires. Vt apud eundem in tertio æneidos: in ſulæ ionio in magno & in ſeptimo. Subdibuſue præuſtis idem i buccolico. Et lõgum formoſæ ualæ ua læ inquit iolla. Quãobrem & in eo uerſu. i. ante. u. uocalem corripi potuit. Ideoq; i antepenultima tũc quoq; accẽtus fuit: quæ ſane regula & in græcis ſimiliter dictionibus obſeruatur: ut infra uidebimus. Sed ecõtrario fieri contingit: cum antepenultimam corripitur. Nam tunc quoq; penultima habet ac centum: ut Virgilius in primo. Naubus infandum amiſſis unius ob iram: ubi eius dictiõis unius ante penultima corripitur. & media producitur: atq; accentum detinet circumflexum. Rurſum & ſi penulti ma & ultima in eadem dictiõe longe quidem fuerint: antepenultima uero breuis: ipſa antepenultima: cui nõ poteſt: inde teſte Quintiliano in primo de inſtitutiõe oratoria: olympo: & tyranno acutam me diam ſyllabam noſtri dedere: quia duabus longis ſequẽtibus primam breui acui noſter ſermo nõ pati tur. Quod autem ſupradiximus dictiones latinas regulariter accẽtum in ultima pati nõ poſſe. ob hoc quoq; regulariter diximus: quia ut idem Quintilianus nõnullos grãmaticos ſic dicere ac loqui: ut pro pter quædam uocum diſcrimina dictiões quædam acuto ſono finiantur: ut circum litora circũ piſco ſos ſcopulos: ut ſi nõ acuerent ultima circus dici uideatur. & non circuitus. Sed ut infra oſtendit id ſibi non placet. Et magis dicendum putat dictiõem illã mutare conditionem: Ita ut in illis locis uerba con iungantur: & tanquam unum ſub uno accentu diſſimulata dictione enuntientur. Itaq; tanquam i una uoce una eſt acuta. Quod idẽ accidit in illo Troiæ qui primus ab oris. Simile dicimus in his: quas græ ci uocãt ἐγκλυσιεσ ut utrumq; cano: ubi ſoliti ſumus ſemper ſubſequente illa cõiunctione quæ appli care accentum ultimæ præcedent: Immo & quidam ferunt nõ ſolum accentum ea coniunctioq; com mutare poteſt: ſed quandoq; & tempus. ut Virgilius in damone. Vno eodẽq; igni: ſic noſtro daphnis a more. Vbi tãdem dictio eodem quæ penultimam naturaliter longam habebat: & ultimam breuẽ tunc quoq; ratione encleticæ penultimam breuem fecit: & ultimam longam: ut alibi. Vna eademq; uia ſan guiſq; animuſq; ſequuntur. Simile & inſtiterunt: & miſcuerunt penultimam breuiauit. Vt Virgilius in tertio æneidos. Obſtrupui ſteteruntq; comæ: uos faucibus hæſit. Et libro georgicorum primo. Miſcue runtq; herbas & nõ innoxia uerba. Alii uero putãt magis id ex auctoritate factum quam ratione encle ticæ cum abſq; ancletica idem nõnunquam comperiatur: ut in eo uerſu. Non eodem curſu reſpondẽt ultima primis: qui quantæ ſit auctoritate ipſemet indicet auctor: uerum & in quibuſdam aduerbiis cõ ſueuimus omnino differẽtiæ cauſa accẽtum i ultima ponere: ut alias una eo pone ſane cũ acuto in ul tima: ne ſi in penultima haberẽt nomina magis aut uerba crederent. Rurſus & p ſyncopã deferẽ qñq; accentus in ultima: ut in ea dictione ardeatis q̃ circumflexum habet accentũ in penultima & p ſyncopã facit ardeas cũ in eodẽ circumflexo iu ultima. Nã ut ait Priſcianus in q̃nto antiq̃ſſimi hic & hæc ar

deatis harpinatis ſuffenatis capenatis ferentinatis cum circũflexo in penultima proferebãt: quæ nos per ſyncopam ardeas & harpinas ſuffenas capenas ferentinas: cum eodem accẽtũ in ultima dicimus. Quin & eodẽ modo ut idẽ in alio loco: dixit hoc ẽ cũ circũflexo in fine proferunt: optimas: primas põ tias: crotonias: larinas: & rauẽnas. Similiter & in eadẽ gentiliũ nominũ forma eodẽ teſte antias: nomen ꝓprium cuiuſdã hiſtorici: q Vale. dictus eſt: cum eodẽ circũflexo ꝓfertur accentu: item & ad appellati uorum differentiam hæc propria Manas: & Lenas cum accentu ſimiliter circũflexo in fine proferunt luue. Quod captator amat lenas urelia uẽdat: ltẽ & noſtras nominatiuus ſingularis. ut idem auctor in octauo eiuſdẽ operis dixit ultimã circũflectit ad differentiã accuſauit pluralis q acutũ habet in penulti ma: uerꝫ & alia quædam p ſyncopã eodem teſte in quarto eiuſdẽ uoluminis tranſferũt circũflexum de penultima in ultimam: ut audiuit audit cupiuit cupit: fumauit fumat. Vir. in. iii. æneidos. Et omnis hu mo fumat neptunia troia: itẽ & per apocopen ut produce ꝓduc. illice illic iſtice iſtic: idq; oĩbus artium ſcriptoribus placuiſſe referr q de accentibus ſcriptitarunt. Quid quod fio dũ in declinatiõe monoſyl labã facit: ſi cũ alio ſimiliter infinito cõponat uerbo nõ ſolũ ſignificationẽ & cõiunctionem: ſed accen tum in eadẽ ſyllaba: hoc eſt ẽt in fine cõſeruat: ut calefio calefis calefit tepefio tepefis tepefit tã in ſecũ da q̃ in tertia pſona accentũ quẽ in ſimplicibus habebat i fine cõſeruat mutat ẽt accentũ metri cõditio ut cũ dixit Vir. Pecudes pictæq; uolucres Nã uolucres media acutu legenda ẽ: q̃ & ſi natura breuis ẽ po ſitione tñ eſt longa ne faciat iambum quem nõ recepit uerſus heroicus. Similiter cũ ait in undecimo. Tu uoluſe armari uolſcoꝝ edice maniplis. Exibebat ars teſte Seruio ut in ea dictione maniplis eẽt ac centus ſuperni: hoc ẽ antepenultimã cũ penultima natura breuis ſit. Sed quia penultima poſitiõe lon ga ẽ accẽtum longa detinet hoc ẽ ſuperni: ſed utiq; longa ẽ ex mura & liqda quod quoties fit tertia a fi ne: hoc ẽ antepenultima accentũ ẽt ſortiri potuit ut latebræ tenebræ at in eo uerſu ut ſecũda a fine ac centum haberet uerſus obtinuit: ut in ſimilibus fieri contingit. Solet ẽt ſynereſis ſpeciẽ accentus com mutare & locum. Nam quotiens exigente metri neceſſitate in nominibus græcis fit ſynereſis: & ſuper ſynære ſi remanet accentus neceſſe eſt illum circũflexum eſſe: unde in quibuſdã plenis nominibus: Vt Termodoon Demophoon & ſimilibus: quæ habẽt acẽtum i penultima: Et p ſynæreſi fit Thermodon Demophon mutatur accẽtus ex acuto in circũflexum & tranſfertur in f nalem. Sed dubium eſſe uide tur de græcis dictionibus quæ latine ſcribunt. an eundem apud nos prorſus accentum ſeruare habe ant: quem apud græcos primitus retinebat. Quod aſſerere uideatur Seruius ſuper primũ georgicoꝝ quando ait Virgilius Heliadum palmas epiros aquarum ubi ait epirus habet accentum ſuper. e. quia græcum eſt quod ſi latinum eſſet haberet ſupra: pi quæ longa eſt. Quod ſi uerum eſt id idem dicendũ eſſet de tragœdia comœdia: & nonnullis aliis quæ apud illos habẽt accentum in penultima & apud no ſtros in antepenultima detinet. Quare cum hæc quo & Gaſpar ueronenſi grãmatico præſtantiſſimo pro noſtra conſuetudine conferem: dixit: non ſcribendum eſſe in eo uerſu Virgili⁹. epirus per. us fina lem ſed epiros per os: ita ut litteraturam græcam conſeruet. Idq; in antiquis Virgilii codicibus com perirí aſſeruit: ut Ouidius ſimiliter libro metamorphoſeos. xiii. Rura petunt: epiros ab his regnataq; uati. Et Seruiũ id idem intellexiſſe cum ait quia græcum eſt hoc eſt litteratura græca ſcriptũ: & græcæ ſono prolatũ ſeruat accentũ in prima. Nã & ſi græce dictiones latia litteratura ſcribunt & ꝓferunt mu tare illas quoq; accentum cõſtat ſecũdum exigẽtiam noſtram: ut tragœdia: quæ quia latina litteratura proferẽ hoc eſt ſono diphthongi noſtræ & non græce accentũ q apud græcos in penultima erat in an te penultima cũ mutauit: quæ apud nos quoq; longa ẽ & diphthongũ noſtrã. œ. detinet. Oui. in ſecũdo de triſtibus. Omne genus ſcripti grauitate tragœdia uincit. Horati⁹. in poetria. Effutire leues indigna tragœdia uerſus ſimili mõ comœdia ut idẽ Hora. Interdũ tñ & uocẽ comædia tollit. At uero ꝓſodia qa litteraturã ſeu magis ſonũ græcũ conſeruat accentũ ipum in penultima: ut eſt apud noſtros detinet. Vnde ait ipſe Seruius in quarto ænei. Accentus ſane græcus tunc eſſe põt cũ declinatio græca ſeruat ut olympos tyrannos: q̃ ſic quoq; more græco p os terminata habet accentũ in prima. At ſi terminati one latina ꝓferimus acutũ in media accentũ detinet ut ſupra uidimus: Qua de re id quoq; diligenter in ſpiciendũ ẽ accentũ apud græcos in antepenultimã locari non poſſe ultima. ſ. exeunte lõga immo & ſi in uno caſu alicuius nominis accẽtus forte in antepenultima eẽt qa ut diximus ultima breuẽ tunc eſſe neceſſe ẽ ſi in aliis caſibus eadẽ ultima lõga fiat mutabit accẽtus & de antepenultima in penultimã cõ migrabit ut ανθρωπος in noiatiuo breuẽ hẽt ultimã p accentũ acutũ detinet in antepenultima: & id idem in accuſatiuo cõtingit: ut ανθρωπον: ẽt i uocatiuo ut ανθρωπε. At in genitiuo & datiuo qa ulti mã lõgã detinẽt: hoc ẽ diphthõgũ mutat accẽtus ex antepenultia in penultimã: ut ανθρωπου. & in da tiuo ſimiliter ut ανθρώπω: ecõtrario ẽt quandoq; cõtingit nomen aliquod longã ultimam habere in recto: & accẽtũ in penultima: & quia in aliquo caſuũ ultima breuis fit mutatur accentus i ante penul tima: ut αριστοτέλης cuius ultima quia longa eſt habet acceutum in penultima nec in antepenulti ma habere poteſt. At in pleno genitiuo hoc eſt in nõ habente ſynereſim qa breuis eſt ultima facit ac cẽtũ in antepenultimã uidelicet αριστοτέλους. Similiter in uocatiuo αριστοτέλες. Simili modo Διωδ ςτεγης ανητσενης & mille alia. itaq; cũ nos hæc noia traducimus q ultimã recti quæ apud illos eſt η in e noſtrũ tranſferimus. & noſtra litteratura illa proferius mutamus ẽt accentũ ipſũ in antepenultimam ſecundũ qd̃ i eadẽ litteratura apd̃ illos accẽtus ipſe cõperit & dicius ariſtotelesi Demoſthẽes antiſthe nes cũ accentu in antepenultima: tam in recto q̃ in aliis caſibus. Nam cũ in ſimili litteratura apud illos

hoc eſt cum e. in ultima: & nõ cũ .ã. ea nomina proferunt: ut in eoꝝ uocatiuis apparet: quæ in es & non in .ãς: definunt. accentum detinent in antepenultima & non in penultima: ut cum dicunt ωσρῖς τοτε λὲς ωλᾶιωοστεγεσ ὥανθῖστεγὲσ in omnibus cũ accentu ſuper antepenultimam. Nos ego cum hac litteratura tam in recto q̃ in aliis caſibus: utamur eodem quoq; accentu: & in recto & in aliis utimur caſibus & dicimus in recto Ariſtoteles & in accuſatiuo Ariſtotelem cum accentu in antepenultima: Iuue. in ſatyra. Si quis Ariſtotelem ſimilem uel pitacon emit. Similiter Demoſthenis: ut idem in ſatyra Omnibus in terris. Eloquium ac famam Demoſthenis: ac Ciceronis. Nam & hæc ac ſimilia nomina penultimam corripiunt: niſi aliquãdo ratione liquidæ poſt mutam producant. Quare & ſecundũ regulam primo habitã accentũ apud nos i antepenultima detinere habent. Sed diximus rõe liquidæ poſt mutã produci poſſe: ut Virg. in buccolico: Sola ſophocleo tua carmina digna cothurno: ubi. pho. ratiõe mutæ & liquidæ ſubſequentiũ producit. At uero in aliis ſeruãt correptã: ut Iuue. in. ii. ſatyra: inter ſocraticos notiſſima foſſa cinædos ubi. cra. corripit. Sane & in aliis plurĩbus dictionibus græcis mutamus accentũ. Nã τραγεδία: cuius ultima ſemp lõga a græcis deponit hẽt neceſſario accentũ apud illos in penultima Similit κωλωδία. Sed qa a nobis in litteratura noſtra ultima ipa corripit mutamus accentũ i antepenultimã: & dicimus tragœdia comœdia cũ acuto in antepenultima. Vnde hæc quoq; uerba ait: Priſcianus in. vi. Hoc quoq; ſciendũ qđ oĩs nominatiuis deſinẽs in. a. a noſtris corripit: quãuis ſit apud græcos ꝓductus: ut lydia: ſyria: phrygia: italia: Hiſpania & oĩa alia nomina regionũ: unde accẽtus quoq; cũ tpe a nobis mutat: qa. ſ. apud græcos hẽnt accentũ in penultima: eo qđ ultima lõga ẽ: & apud nos ante penultima qa ultima breuis habet. in paucis tñ græcis inueniunt noſtri poetæ ſeruaſſe morẽ græcũ. Statius in. iiii. thebaidos. Non tega non ipſa deo uacat alite fœlix Cyllenæ Idem in. vi. Te plangeret argos. Te nemea tibi lerna comas: lariſſaq; ſupplex Poneret: ubi tegea & nemea q productam conſeruant a finalẽ accentũ quoq; græcũ detinent. i. acutũ in penultima. Et hæc hactenus. Nunc quaſdam particulares dictiones inſpiciamus ubi accentũ habeant.

Affatim teſte Amiano primã acuit. Sicq; audiuiſſe legentẽ Probũ grãmaticum hos plati uerſus in ciſtellaria. Potine tu homo facinus facere ſtrenuum. Alioq; eſt affatim qui faciunt: idem confirmat. Gellius libro ſeptimo noctium atticarum.

Attentim teſte Gellio præfato libro. vii. primam acuit.

Admodum teſte eodem auctore primam acuit.

Affabre ſimiliter eodem teſte acutum habet in prima.

Approbe ſimili modo in primo acuitur.

Approbas teſte Gellio in præfato libro ſeptimo: cum ſignificat ualde probus primam acuit quo uocabulo uſum fuiſſe dixit Cecilium comœdia quæ inſcribit triumphus cum ait Hierocles hoſpes eſt mihi adoleſcens approbus.

Apprimus teſte eodẽ Gellio non acuitur in prima ſed ut apparet ex exametro uerſu. Home. odyſſea media circũflectit qui talis eſt ibi deniq; uir ſummus apprimus patroclus.

Apprime ſimili modo mediã circũflectit nec Gellio placet acui primam.

Appotus nõ placet ſimiliter Gellio primã acui quare media circũflectitur.

Apoſtema hẽt accentũ in antepenultima ſi græce uis enuntiare: at latine in penultima ἀπόστημα.

Ara ſine aſpiratione deoꝝ: & primã circũflectit: quia longa ẽ ſubſequente ultima breui: At cũ aſpiratione ſtabulũ deſignat porcoꝝ ac primũ corripit & acuit. i.

Cecidi præteritũ ſi uenit a uerbo cædo quod ẽ incido hẽt accentũ in penultima: in quã diphthongus cõuerſa fuit. Iuue. in. iii. ſatyra. Eborius ac petulans: qui nullũ forte cecidit: atſi uenit a cado hẽt accentũ in primã: Vt Virg. in. iii. æneidos. Ceciditq; ſuperbum ilion.

Cyclops acuit primã: ſed quonãmodo accentũ hẽat in gtõ & accuſatiuo plurali in ea dictiõe uidimus.

Decus decoris quũ qdẽ neutrũ ẽ in oĩbus ab eo declinatis corripit. o. &. a. decet uerbo deſcendit habetq; accentũ in antepenultima: quẽ ẽt in plurali conſeruat. Virg. lib. ænei. primo Scænis decora alta futuris: cum uero ẽ maſculinũ habet accentum in penultima: hoc ẽ ſupra. o. quam ſemper producit ut decor decoris: ſic ut auctor auctoris.

Eadem in recto habet acutum ſuper primã & penultimam corripit: que. ſt. a. Virgil. in. i. æneidos. Nunc eadem labẽte die conuiuia quærit. at in ablatiuo habet accentũ ſuper penultima: quam ſemper producit: hoc eſt eo ſemper producit. a. in ablatiuo.

Eodem quia ſemper ablatiuus eſt: &. o. ſemp producit niſi auctoritate uel metri neceſſitate impediat ſẽper illam penultimam acuit.

Ergo qñ quidem ẽ coniunctio illatiua acutum habet in prima. Iuue. in ſatyra. Credo pudicitiã Nullã inuenies q̃ parcat amati ardeat ipſa licet tormentis gaudet amantis: Et ſpoliis ergo lõge minus utilis illi uxor quiſquis erit bonus optãduſq; maritus. Quãdo uero eſt aduerbium cũ genitiuo iunctum. & pro illius grati uel illius ob cauſam ponit teſte Seruio hẽt accentum in ultima quæ circũflectitur ut Vir. in. vi. æneidos illius ergo uenimus: ideſt illius gratia uel ob cauſam illius.

Euphrates apud nos uti apud græcos penultimã acuit. Virg. in primo georgicoꝝ. Hinc mouet euphrates: illinc germania bellum.

Exaduerſum huius ſecundam ſyllabam debere acui una cum animo exiſtimauit. Gellius lib. vii. noctiũ

atticarum:& sic apud Terentiũ legi oportere dicunt: cum ait:in quo hæc discebat ludo ex aduersũ loco tonstrina erat quædam.
Fictilis primã accuit.Iuue.in satyra. Atticus eximiæ fictilis & nullo uiolatus Iuppiter auro.
Gætulus habet accentũ super penultima:quam circũflectit.Iuue.in satyra.Omnibus in terris. Cũ græ tula ducẽ portaret bælua luscum. Virg.in.iiii.æneidos: Aut captam ducat gætulus hiarbas qđ Martialis non obseruauit ut uidimus in dictione gætula.
Harra quũ aspiratur stabulum designat porcoꝝ & primam acuit.
Heliodorus habet accẽtum in penultima.Iuue in satyra Credo pudicitiam. Tonsoris tantũ damno rapit Heliodorus.Nã cõponitur ex ηλιοσ.i.sol & δωρον domum cuius sane prima naturaliter longa est qa apud illos est.ω.mega.& sic uniuersaliter omnia cõposita a δωρον:quod ẽ domũ:hẽnt penultimam longã:super qua ẽ accentus:ut Polydorus Dyodorus Martia.in.x.Natali Dyodore tuo cõuiua senatꝰ Accubat. Theodorus Iuue.in satyra.Et spes & ratio.Lautoꝝ pueros artem scindens theodori.
Hippocrates hẽt accentũ in antepenultima. Martialis.ix. Os hominis mulsum me rogat hippocrates.
Incus in obliquis casibus semp hẽt accentũ sup secunda.Iuue.in satyra Omnibus in terris a carbõe & forcipibus gladioscꝫ parante incude & luteo Vulcano ad rhetora misit.
Isidorus eũ accentu super penultimam cõtra uulgarẽ consuetudinem proferri debet.
Legeris si secunda est psona præsentis eius passiui quod ẽ legor habet accentũ in prima si uero futuri habet in penultima.& sic uniuersaliter in tertia & quarta uerboꝝ passiuorum coniugatione comperiẽ ut audieris uel audire:legeris uel legere:duceris uel dueere: poneris uel ponere:Iuue.in.v.satyra.Duceris planta uelut ictas ab Hercule cacus:Et ponere foris.
Malea promontoriũ laconiæ habet accentũ in penultima:ut in ea dictione uidimus.
Marsya acuit primam:ut in sua dictione ostendimus. Orpheus primam similiter acuit.
Patina habet accentum in prima:ut in ea dictione uidimus.
Præmodum primã acuit teste Gellio lib.vii.noctium atticarꝝ:quod apud.L.Liuiũ i odyssea significat supra modum.Nam parcẽtes inquit p̃modum: hoc est præter modum.
Pero p nympha habet accentũ in ultima:ut in ea dictione pro calciamento uero in penultima.
Porsena habet accentum in prima:teste Seruio super octauum circa finẽ:& cum unico.n.scribit̃:Vt in ea dictione uidimus.
Polyxena habet accentum in secunda:ut in ea dictione ostendimus
Phrenesis habet accentum in penultima:ut in sua dictiõe pbauimus.
Proceres substantiuũ ẽ:& in omnibus quos habet casibus acutum detinet in ante penultima:ut huius proceris:& hi pceres:p semel cõperi hunc procerem.Iuue.in satyra. Stemmara quid faciunt: Agnosco pcerem salue gætulice seu tu. At uero proceres procera procerũ adiectiuum est: & habet accentũ semp in penultima.ui corpora procerat. Vir.in Sileno pceras erigit alnos.
Quando dupliciter poni cõsueuit:& pro quia & pro quia & pro temporis aduerbio. Siquidẽ p.quia ponitur:teste festo actum habet in ultima:qđ pluribus exemplis monstrare possumus. Vir in.i.æneidos. Hic tibi fabor.n.quando hæc te cura remordet.i.siquidem seu qa:idem in buccolico.Dicitæ quando qdem in molli consedimus herba.i.quia sedimus.Iuue.in satyra.Omnibus in terris Discutienda ualent sterilis mala robora ficus.Qñquidem data sunt ipsis quoq fata sepulchris.i. quia data sunt: At cum p aduerbio temporis ponitur accentum habet in penultima.Ouidius in heroidibus. Quando ego non timui grauiora pericula ueris.
Recido si a cado deducitur accentũ hẽt in prima:si uero a cædo in penultima.
Pace fores obdo ne qua discẽdere possit. Vir. uero dixit: ut intus furor coerceret. Scæua sedẽs sup arma & centũuinctus aeris. Post tergũ nodis fremit horridus ore cruẽto Sane teste Liuio bis deinde post Numæ regum clausum fuit. Semel Tito manlio cosule post primũ punicum perfectum bellum: iterũ ut ait quod nostræ ætati dii dederunt: ut uideremus post bellum actiacum ab imperatore Cæsare Augusto pace terra mariq; parta. Rursum & tẽpore Vespasiani clausum fuisse Suetonius est auctor. Sed tẽplũ ipsum nõnulli: hæc ipsa curiosius perscrutantes etiã nostra ætate integrum aspici asseruerunt ex candido scilicet marmore patentibus quadrifariam portis iuxta Sanctũ Georgium in uelo aureo. Vnde cliuus publicus ad capitolii arcem incipiebat. De quo Seruius supra septimo æneidos dixisse uidet cum ait captis phaleris ciuitate tuscia inuentũ est simulachrum iani cũ frontibus quattuor: Vnde qđ Numa instituerat translatum fuit ad forum transitoriũ: & quattuor portarum unum templum est illi institutum hæc ille. hoc ignari quidam Boetii domum uocant: Nec minus ignare eccleſiã beati Georgii in uello aureo uocitant. Cum locus ille. Varrone teste uelabrũ: & non uelũ aureum diceretur ut cũ de auentino monte tractabitur ostẽdemus. Scribit etiam Suetonius de cæsare: quod gallici triũphi die uelabrum præteruehẽs pene curru excussus est axe distracto. Ascenditq; capitolium ad lumina sexaginta elephãtis dextra & siniſtra lychnos gestãtibus. Sed quia iani templũ ad siniſtrũ argiletũ fuisse dixit Liuius. Quid id argiletũ fuerit dicemus: & teste Seruio supra octauo æneidos: locus erat: qui uel ab argilla terra pingui dicitur: uel ab argo hoſpite Euandri: qui cum Euandro insidias parasset: ab ipsius. Euãdri fotiis interfectus fuit: cui tamẽ hoſpitalitatis gratia Euander locũ & sepulchrũ cõseruauit. Vñ cũ Vir. Euandrũ induceret ea loca monstrare Aeneæ subdit. Necnõ & sacri mõstrat: nemus argileti. Testaturq; locũ: & lœtũ docet hoſpitis argi. Verum & præterea ea duo fora: quæ supra nominauimus boarium scilicet & piscarium: nõnulla alia Romæ fuisse diuersus ex auctoribus recollegimus: Vnũ. s. q; forũ Romanũ simpliciter dicebatur: constitutum quidem post boarium iuxta palatium in uia sacra ad radices capitolii & arcũ Seueri: ut infra uidebimus. Aliud uero Traiani foꝝ dicebatur: quod ille mirabilibus ædificiis struxerat. Nã teste Ammiano libro decimosexto de rebus gestis: Constantis filii flaui Constantini magni: cum primũ inquit Constans ex constantinopoli ubi natus educatusq; fuerat: Romam uenit. Vrbe inspecta obstipuit: & infra subdit: uerum cum ad Traiani forum uenisset: singularẽ sub omni cælo structurã: ut opinamur æternam mœnium ascensionem mirabilem hærebat attonitus perq; giganteos contextus circumferens mentem: nec relatu effabiles: nec rursus mortalibus appetẽdos omni itaq; spe huiusmodi quicq̃ conandi depulsa Traiani equum solũ locatum in atrii medio: qui ipsũ principẽ uehit imitari se uelle dicebat & posse: cui prope astans regalis Ormusda respondit. Ante stabulum talem condas: hæc ille: in cuius fori partem structure cellarum admirabiles fuisse deprehẽdũtur: quas dicunt Traiani principis milites habitasse: q̃bus a Bonifacio summo pontifice eius nominis octauo sup iniecta fuit ruris quæ militiaꝝ appellatur: fuit in eodem foro & adhuc iategra conspicitur columna altitudinis centum quadraginta cubitoꝝ: ut quidam ferunt: intrinsecus quidem cochlea extrinsecus uero res gestas præstantissimi principis admirabili opere super insculpta. Ad cuius basim incisæ litteræ ostendunt terreum collem: qui eius turris altitudinem æquabat: ut aera fieret plana inde operibus effosum asportarũq; fuisse iuxta hoc foꝝ uersus eccleſiam Hadriani martiris: aliud prius foꝝ instructum fuerat a Nerua quod transitorium dicebatur: ut Helius Spartianus in alexãdri seueri uita: his quoq; uerbis idicauit. Staſtuas iquit locosas uel pedestres nudas uel equestres diuis ìmpatoribus in foro diui Neruæ: qđ trãsitoriũ dicit locauit: oibus cũ titulis & colũnis æreis: quæ gestoꝝ ordinẽ cõtinẽt: hæc illius uerba. Sed ob id quoq; trãsitoriũ dictũ coniicimus: qđ ex eo ad alia ꝓpinqua contiguaq; fora trãsiret: ad romanũ scilicet & traianũ. Nam Petro bibliothecario scriptũ legimus eccleſiam beatiſsimi Hadriani in tribus foris ab Honorio romano pontifice eius nominis primo ædificaram fuisse: iuxta quã portas cuiusq; fori admirabiles ẽt conspicere libet: q̃q̃ ab ignaris q̃busdã Cæsaris domus pars fori traiani dicat: legimus insuper & Plinio & in aliis alia duo fuisse fora: unũ Cæsaris dictatoris: aliud diui Augusti: de foro Cæsaris dixit in. xxxiiii. naturalis histo. cũ ait. Cæsar quidem: dictator loricatã sibi dicare in foro suo statuã passus est. De foro uero Augusti sic inquit Suetonius: plurima opera publica extruxit: e quibus ꝑcipue foꝝ cũ æde Martis ultoris. Plinius similiter de hoc ipso foro frequẽtius meminit. Nã in uigesimosecũdo inquit. Aemilianũ donatũ obsidionali corona in aphica: quod statuæ eiꝰ in foro suo Diuus Augustus inscripsit. item & in trigesimoquinto: sup omnes inqt Diuus Augustus i

foro suo in celeberrima parte posuit tabulas duas: quæ belli faciem pictam habēt: & triumphū & in eo dem libro: ubi opera apellis indicat. Romæ inquit ex illius picturis Castorem etiā habemus: & Pollucē cū uictoria & Alexandro magno: item belli imaginem restrictis ad terga manibus Alexandro in curru triūphāte. Quas utrasq; tabellas Diuus Augustus in fori sui celeberrimis ptibus dicauerat Gellius ēt in. ix. noctiū atticarū. Statuā inquit Valerio Coruino Diuus Augustus in foro suo statuēdā curauit: i eius statuæ capite corui simulachrū est rei pugnæq; quā diximꝰ monumētū: at uero huiusce fori extruendi: ut dixit Suetonius: causa fuit hominū iudicioꝝ multitudo: quæ uidebaṫ insufficiēs duobus & tertio indigere. itaq; festinantius nec dū perfecta Martis æde publicatū est. Cautūq; ut seperarentur in eo publica iudicia: ac sortitiones iudiciū fierent: hæc ille. Sed quæ fuerint ea duo fora in qbus iudicia dabātur: non habeo certū. sed puto romanū: & Cæsari sicq; postea in tribus fieri hoc est etiam in foro Augusti Diui: dicente etiam Martiale in tertio epigrammatum.

Causas in quis agam Cicerone discretius ipso.

Atq; erit in triplici par mihi nemo foro. Et ut sequitur Suetonius ædem Martis bello philippensi pro ultione paterna suscepto Augustus uocauerat. Sanxit ergo: ut de bellis ibi triūphisq; cōsuleret: huc senatores prouincias cū imperio petituri huc deducerentur quicūq; uictores redissent huc insigna triumphoꝝ cōferent. Sed hæc actenus. Nunc de auentino colle dicendū est: de cuius nomine Varro sic ait. Auentinū aliquot de causis dicūt. Neuius ab auibus: eo quod se a thyberi ferrent aues. Alii a rege auentino albano quod ibi sit sepultus. Alii auentinū ab aduētu hoium quod cōmune latinoꝝ ibi Dianæ templū sit constitutū. Sed ut ait Ego maxime puto quod a uehendo auentinus sit dictus: qd' eū mōs ipse a cæteris partibus urbis paludibus esset exclusus uehebant ad illū nauibus homines. Cuius uestigia qd' ea pars dicitur uelabraꝝ: & ab eo uehendi actu uelatura: sicut merces a mercando: & aere: hæc ille At uero Liuius secundū quā rettulit opinionē asseruit idem: Oui. in. iiii. fastorum cum ait. Venit auentinus post hos lacus unde uocatur Mons quoq;. Et in. xiiii. metamorphoseos libro inquit.

Tradit auentino qui quos regnaret eodem.

Monte iacet positus: tribuitq; uocabula monti: fuit super hoc monte ara: quā Liuius libro primo ab urbe dixit primam in auentino Herculi ab Euandro positam: idem in eodem libro refert Numā ioui elicio aram dedicasse: fuit & super illo templum Lunæ sacrum de quo Oui. libro fastorum.

Luna regit menses: huius quoq; tempora mensis.

Finit auentino luna colenda iugo: fuit insuper & in illo templū sumptuosissimū sacratū: qd' de parte p̄dæ ueientanæ Camillus uouerat: ut Liuius in qnto ab urbe testaṫ: fuit & ædes libertatis: quā Gracchus teste Liuio de secūdo bello punico ex mulctatitia pecunia faciendū curauit. Quin & Pli. teste li. xvi. natura. histo. fuit super eodē monte lauretū sylua ioui sacrata: fuit ēt aquæ claudiæ forma: quæ teste Cassiodoro ex cælio monte in auentinū perducebatur. Sub illo uero fons fuit: de quo olim bibebant Faunus & Picus satyri: iuxta quem Numa uinum ponens satyros inebriauit. unde Ouidius.

Lucus auentino suberat niger ilicis umbra.

Quo posses uiso dicere numen inest: & reliqua: fuit & maioris famæ spelunca Caci: ex eo scilicet latte re montis: quo auentinus in palatium spectat: de quo late Vir. in. viii. æneidos & Ouidius in fastis.

Cacus auentinæ timor atq; infamia siluæ. Et hæc de auentino.

Nunc ad palatiū accedendū est. Cuius uocabuli causam reddidit Varro de lingua latina cū ait. Quarte regionis palatiū: quod palantes cū Euandro uenerūt: qui & palatini ab origines ex agro reatino: qui appellaṫ palatiū ibi consederunt. Sed hoc alii a Palantia uxore latini putarunt. Eundē hnnc locū a pecore dictum: putant quidam itaq; Neuius palatiū appellauit: hæc Varro: & licet cū unico. l. scribatur: eius tamen prima longa a poetis ponitur: ut Martialis epigrammatum libro quarto asseruit. possessa malis palatia regnis. Vexꝝ & ante has uarronis designationes puto pallanteū cum duplicato. l. cognominatum cum dicat Virgilius in. viii. æneidos.

Arcades his oris genus a pallante profectum. Qui regem euandrum comites qui signa secuti.
Delegere locum: & posuere in montibus urbem.

Pallantis proaui de nomine pallanteum. Et infra idē ait. Nobile pallanteum. Vel forte pallanteū urbs aut a proauo Euādri: aut ut asserit Plinius libro quarto natu. historiæ a pallantio urbæ arcadiæ cognominata fuit. Et palatiū ac palatinus mons ex causis: quas supra posuit Varro super hoc mōte: ut ex cornelio Tacito accæpimus primo urbs Roma ædificata fuit. Et i eo reges primo: deinde cōsules: postea imperatores maiori ex parte sedem habuerunt: habuitq; etiā teste Liuio libro ab urbe condita tertio: ædes Vani ducis Fundani: quæ Vani prata diruto ædificio publicatoq; sunt appellata: & in bello macedonico dixit idē Liuius. M. Iunius brutus ædē magnæ matris deū in palatio dedicauit: & ludos ob eā dedicationē factos megalesia appellatos. Et. i viii. de secūdo bello punico: matrem inquit magnam deum a græcia aduectam in ædē uictoriæ q̄ est in palatio ptulere: fuit ēt in palatio teste Pli. li. natu. histo. primo: phanū febri dicatū: & li. xii. dixit fuisse in palatio tēplū qd' fecerat Diuo Augusto coniunx Augusta. Q d' deinde incendio cōsumptū fuit. ut uidimus i dictiōe cinamomū. Et ut refert Suetonius. C. Calicula super tēplū Diui Augusti ponte transmisso palatiū capitoliūq; cōiūxit. Cuius & reliqas quas dā adhuc cōspicere libet. in eodē teste Suetonio Cæsar Augustus templū Apollinis in ea parte excitauit quā fulmine ictam sedari adeo haruspices pronuntiarēt: addit porticus cū bibliotheca latina græ-

caq:quo loco iam senior sæpe ẽt senatum habuit decimasq; iudicium recognouit. Vnde ait Iosephus in secundo de captiuitate iudaica.ita q̃ cõuocato ab Augusto Cæsare optimatũ romanorũ amicorũq; concilio in palatii Apollinis templum:qđ priuatum ipsius ædificium admirandis opibus exornatum erat:multitudo quidem iudeorum constitit cum legatis.fecit etiam Augustus teste præfato suetonio quædam opera sub nomine alieno:nepotem & uxoris sororisq;:ut porticũ basilicãq; Lucii & Caii item porticum Liuiæ & octauiæ theatrumq; Marcelli. Sed & cæteros principes urbanos sæpe hortatus est: ut pro facultate quisq; monumentis uel nouis uel refectis:& excultis urbẽ adornarent.Multaq; a multis tunc extructa sunt:sicut a Martio Philippo ædes Herculis & musarum:a.L.Cornificio ædes Dianæ ab asinio pollione atrium libertatis:a mimacio Planco ædes Saturni:a Cornelio Ballo theatrum a Statilio Tauro amphitheatrum.a.M.uero agrippa complura & egregia.Cælius uero mons Varrone teste a Cælio lubennio duce nobili:qui cum sua manu dicitur Romulo uenisse auxilio contra Latinũ regem nomen sumpsit:in quo ut puto:uel habitauit uel sepultus fuit.Et ut testatur Liuius libro primo fuit urbi additus:quo tempore Tullus Hostilius albam euertit & albanorum familias Romam duxit. Et quo frequentior habitaretur eam sedem regiæ cœpit:ibiq; habitauit.Et subdit:curiã fecit quæ Hostila usq; ad patrum nostrorũ ætatem appellata est:Et infra dicit albanos eum incoluisse montẽ Suetonius scribit Vespasianum imperatorem in eo monte templũ Diui Claudii ædificasse:Et Iulius capitolinus i gestis tetrici tyranni:tetricorũ igt domus fuit in monte Cælio contra lysium metelinũ & fuerũt Faun. Veneris & Cupidinis:aliorũq; deorũ ædes:aræ & templa in cælio monte & teste Sexto ruffo in descriptionibus suis fuit macellũ magnũ antrũ Cyclopis lupanaria cohortes quinq; uigiliũ castra pegrina spoliariũ & armamentariũ.Nunc ẽt medio in eius dorso binæ aquæ ductus formæ sumptuosissimi supbissimiq; operis cõspiunt. Quarũ una cubitales detinet litteras Antonii Caracallæ: quæ designãt eam ab illo in capitoliũ esse deductã:altera a Claudio in palatinũ:ut tituli marmorea tabula icisa iuxta xenodochiũ lateranense demonstrant in extremo eiusdẽ montis basilica iã est lateranẽsis:quæ sic quoq; cognominata est.quia i lateranẽsiũ nobilissime gentis ædibus extructa fuit. Vnde Hieronymus ad marcellam induit. Quis credat mulierem nobilem & potentem i domibus laterani:q̃ neroniano truncatus est gladio publice pœnitentiã ægisse.De quo sane laterano Corneliũ Tacitũ locutũ existimo in uita Neronis:cũ ait proximam necem Plantii laterani cõsulis designati Nero adiungit adeo propere: ut non amplecti liberos non illud breue moræ arbitriũ permitteret.Et Iulius capitolinus de.M. Antonio dicit:Educatus est i eo loco i quo natus in domo aui sui iuxta ædes laterani:nõ lõge ab hac basilica alia est sanctæ Crucis in Hyerusalẽ ab Helena flaui Constanti.matrẽ cõstructa:eo scilicet loco teste Petro bibliothecario:ubi templa erant Veneris & Cupidinis simul iuncta: Videt adhuc illi ppinquũ amphitheatrum semidirutum:quod Statilii. Tauri maiores nostri appellauere.Ex parte uero qua ad patinum cælius uergit:ædes fuerunt paterne beati Georgii:in quibus ille monasterium superstruxit.Exquilini autem montis eo quo omnium maximus est longam posuit Varro nominis expositionem. Et in multis partibus Varronis etiam ætate obscurati. Sed quæ ad rem faciunt:hæc pauca sunt. Secũdæ inquit regionis exquiliæ:alii eas scripserunt ab excubiis regis dictas:alii ab eo q̃ excultæ a rege Tullo essent & infra exquilliæ duo montes habiti. Verum ut iam prospicere ualeamus:Celebrior pars illa fuit quæ a foro Traiani & turribus quas comitum & militiæ appellant:incipiens per montem cui caballo nunc nomen est:ad thermas usq; dioclitianas protenditur:& in portam desinit quam supra exquilinã diximus:& quæ iam sancti Laurentii nominatur. Altera uero pars collis uia intersecatur:quæ patricii uicus dicitur.Et super hac parte ecclesia est celeberrima Sanctæ Mariæ maioris:alii.S. Viti in Macello adusq;.C.Marii trophæa:& ultra protenditur. Dirimiturq; a Cælo monte per uiam:quæ porta neuia usq; ad amphiteatrum:q̃ colloseum uocamus reducitur:fuerunt igitur in exquiliis ædificia q̃ plurima & admiranda:& primo a turri militiarum ascendentes cernuntur ruinæ thermarum quas & Constantini statuis illius fuisse coniectos:& usq; in domum prosperi cardinalis de colũna uiri in toto orbe clarissimi declinare conspicimus de quibns Apollodorus & Ammianus mentionem fecerunt. Cernunt & illic ingẽtes seminudorũ senũ marmoreæ statuæ:iuxtaquẽ locum uicus est.q̃ cornelior dicit:ubi illorũ ædes fuisse putamus pximo ab inde hac pene cõtiguo loco cõspiciunt caballi marmorei igẽtes cũ uiris seminudis lora tenẽtibus miro artificio cõpacti. Quorũ unꝰ opus Praxitellis latinis litteris iscribitur: Alter Phidiæ. Quos teste Sexto Ruffo Tiridates armeniorũ rex Romã portauit Quẽ uẽturũ Nero ut laute acciperet theatrũ Põpei unius diei opera totũ inauratum esse.Cornelius tacitus & Pli. rettulerũt Hic enĩ rex ut diuersi alii ex asia græcia aliisq; locis multas tabulas & plura signa clarissimorũ artificum: Romã detulerũt:ut nõnulli auctores & maxime Pli.attestat. iuxta hunc locũ turrim illã fuisse nõnulli asserunt:ex qua Suetõius Neronẽ scribit urbis incendiũ spectasse:& scænico habitu Troiæ icendiũ decantasse:inde non lõge aliæ sunt Dioclitiani thermæ:ædificiũ qppe pulcherrimũ & admirandũ. in eadẽ exqliarũ pte uico patriciithermæ fuerũt nouatianæ:ut ostendit Damasus i uita Pii romani põtificis quẽ sanctæ Praxedis rogatu ecclesiã sanctæ Pudẽtianæ sororis suæ supra thermas nouatiana ædificasse scribit:similit i gestis beati Laurẽtii legimus monasteriũ sub suo noie i pane & perna i thermis olympiadis ædificatũ fuisse.Fuerunt & in alio exquiliarũ colle trophæa.C. Marii decibris atq; teutonis:quæ nũc ultra sãctũ Vitũ in macello cernunt & cimbria uocant. De quibus ac eorũ deriuatione in dictiõe trophæũ uidebimus:cernunt & diuersorũ ædificiorũ spectandæ insignesq; ruinæ inter ꝗs adhuc inte

gros fornices conſpicimus:quos uulgo galluci thermas appellãt. Et ut quidã nimiũ curioſi diuinãt:fuit ibi inſignis illa baſilica.quã Suetonius ſcribit. C. Cæſarẽ Cato & Lucio nepotibus extruxiſſe.idq; ex p̃fato Gallucii noie interp̃tari uoluerunt:fuit in eodẽ colle macellũ:cuius uerbi hãc Varro expoſitionẽ affert. Oia poſtq̃ contracta in unum locũ quæ adiectũ pertinebãt:& ædificatus locus macellũ appellatus:ut quidam ſcribunt qđ ib fuerit hortus:alii qđ ibi domus fuerit:cui cognomen fuit macellũ:q̃ ibi publice ſit diruta:& in qua ædificatũ hoc qđ uocẽ macellũ:nec unicũ hoc in loco Romæ fuiſſe Macellum puto:ſed & per alia diuerſa urbis loca. Vnde & iuuenalis in ſatyra Atticus eximie inquit.

Multos porro uides quos ſæpe eluſus ad ipſum. Creditor introitum ſolet ſpectare macelli

Et quibus in ſolo uiuẽdi cã palato eſt. Sed iuxta exquiliaq; macellũ eccleſia cõſpicit ſancti Viti quæ dicitur in macello:cui cõtiguus eſt triũphalis arcus:quẽ litteræ adhuc ſtantes indicãt cõpoſitũ honori Galieni ipatoris fuit.& teſte Pli.li.i.natu.hiſto.in exquiliis ædes malæ fortunæ:& ædes erãt nepotis Plinii ut ex epiſtola de morte Martialis apparet. Quin & alia pene innumerabilia quæ oia peruſtigare lõgũ eſſet & impoſſibile. Sed nũc de quirinali & uiminali ꝓſequimur:quos ob puitatẽ Varro colles & nõ mõtes appellat:dicens tertiæ regioni colles q̃q; ab deoq; phãis appellari:e qbus nobiles duo colles:uiminalis a ioue uimineo:cuius ibi araæ ſũt:collis quirinalis a Quiriní phão. Sũt qui a qritibꝰ qui cũ taciocuribus uenerũt romã:qđ ibi habuerint caſtra:hos duos colles ſcribit Liuius in primo ab urbe Seruiũ regem addidiſſe cũ amplificãdæ urbi animũ addidiſſet:deinceps auxiſſe exq̃lias inibiq; ipſum ut loco eignitas fieret habitaſſe:aggeris foſſa & muro circundediſſe urbem:ſane qđ a porta flumentana uſq; ad collinã cõtineẽ:ad q̃rinalẽ ptinere dicũt:q̃ paruo quoq; iteruallo ob ædificioq; ruinas a uiminali diſcernit. Qui uſq; ad thermas dioclitianas ꝓtendi dicit. Veq; in colle uiminali:& ſi plura fuerit ædificia nihil tamẽ aliud certũ cõperi:q̃ tres in illo ſpecioſiſſimas totius urbis domos fuiſſe. De qbus Pli.li.xv.na. hiſto.ſcribit:ut.M. Craſſi oratoris unã:aliãq; præſtantiorẽ. Q. Catulli illius qui cũ C. Mario cibros fudit.ac poſtea capitolii tegulas ĩaurauit:ipſumq; capitoliũ ſpoliis cimbricis adornauit. Tertiã ambarũ pulcherrimã. C. aquilii equitis romani:quæ clariſſimũ fecit iuris ciuilis ſcientia:ipſeq; fuit quẽ. M. Cic. in officiis dicit legẽ de dolo malo tuliſſe:cuiuſq; ad legem aquiliã extãtium adhuc legum titulus annotatur. Fuerunt & in illo:ut nonnulli putant ſaluſtiani horti:quoq; reliquias obſtupendas deſigant a porta uiminali in collinam:& ad ſanctam uſq; Suſanam extendi putant:in colle uero quirinali dixit Liuius in bello macedonico ædem fortunæ primogenie fuiſſe:quam primo bello punico uotã Cneus Domitius prætor urbanus dedicauit. Fuerũt & nõnulla alia quæ pauloante:cum de collina porta loqueremur nominauimus. Et hæc de collibus urbis dicta ſufficiãt. Nunc ad canipũ martiũ tranſeuntes qui ſic quoq; a Liuio deſcribitur in.ii.ab urbe:ager tarquinoq;:qui inter urbem & Tyberim fuit conſecratus Marti:martius deinde campus fuit ea liuii uerba nonnulli acutius conſiderantes: quicquid ꝓpe capitoliũ & thyberim interfuit:campũ martium fuiſſe dixerũt. Cum eo tempore urbs ad capitoliũ aut parũ citra finiretur. idẽ Oui. luturnæ ædem deſcribẽs oſtẽdere uideẽ:quam ea in parte fuiſſe dicit:q̃ campus martius uirginea ambiẽ aqua:ait enim Te quoq; lux eadem turni ſoror æde recæpit. Hic ubi uirginea cãpus obiẽ aqua. Cõſtat autẽ uigineã aquã p qrinalis collis cauernas campũ olim martiũ:q̃ nũc triuii regio dicit illabi. Nam ea ſola aqua iam urbẽ Romã ex exteris ingrediẽ. Quã teſte Suetonio. M. Agrippa prius induxit. Deinde a Tiberio Claudio inſtaurata fuit:ut titulus in marmore exciſus indicat. q talis eſt Tiberius claudius Druſi filiũs Cæſar Auguſtus ductus aquæ uirginis deſtinatos p Cæſarẽ fũdamẽtis nouos refecit ac reſtituit:habuit olim cãpus martius ædificia plura & admirãda. quoq; p uule ruinæ adhuc reſtantes ad miraculũ reſpiciunt. Nã in ea parte qua depreſſior erat naumachia fuit a Cæſare cõſtructa. Poſt quẽ Auguſtus ſexto cõſulatu mauſeolũ iter uiã flãmineã & thybridis ripas cõſtrui fecit. opus ſane in toto orbe admirãdũ. ita ut Suetonius & alii nõnulli ſcriptores æternũ ut puto: iudicãtes deſcribere neglexerit. Solus ex his quos legere ualui Caſſidorus ultimꝰ de rebus his ſcriptor: & qui illũ itegrũ uideat talia refert. Auguſtus mũdi dominus ad potentiã ſuam opus extollẽs in cãpo martio mirandã erexit romanis fabricã:& moles extendens immẽſas firmiſſimis ſtruxit montibus ubi magnaq; req; iudicia clauderentur. Biſſena qppe hoſtia ad duodecĩ ſigna appoſuit. Et ifra dixit duos in cãpo martio fuiſſe obeliſcos:interpretationẽ ægyptiæ philoſophiæ cõtinẽtes Pli. uero. xxvi. natu. hiſt. li. Sic quoq; ſcripſit:is obeliſcus qui eſt in cãpo martio centũ & decẽ pedũ eſt a Meroſi deinſcriptus cui Diuus Auguſtus mirabilẽ addidit uſum ad ſolis umbra dephẽdẽdas:dierũq; ac noctiũ horas coſtruxit & idẽ in campo martio iuxta thyberim porticũ:q̃ teſte iulio capitolino in uita ultimi cordiani mille pedum quingentorum erat:& ex oppoſito aliam ſimiliter mille pedum æqualiter diſtantes ad ſpatiũ pedum quingentorum frequentatum undiq; uiridanti lauro myrtoq; & buxo & in medio ſtratum breuibus colũnis altrinſecus poſitis ad pedes mille:q; eſſet deambulatorium:ita ut in capite eſſet baſilicum pedũ quingentorum. Cogitauerat ꝓterea eodem iulio teſte cũ Myſithio ut poſt baſilicũ thermas æſtiuas ſui nominis faceret:ita & ut hyemales in principio porticus poneret ſuoq; uſui eſſet. Erat & ſimiliter in campo martio locus alius quem ecuria:alii equiria uocitabant:de quo. M. Varro ſic ſcripſit:ecuria ab equorum curſu dicuntur. Eo enim die ludis currunt in martio campo:hæc ille. Nam & locus ludoq; & dies quo agitabant:ecuria dicebat:de quo Ouidius circa finem ſecundi libri faſtorum inquit.

Iamq; duæ reſtant noctes:de menſe ſecundo Marſq; citos iunctis curribus urget equos.

Ex uero poſitum permanſit ecuria nomen.

Quæ deus i cãpo pſtitit ipſe ſuo. Vnde & nũc quoq; in cãpo martio: & adhuc eccleſia cõſpicit q̃ ſãctæ Mariæ in ecuria uocitat. Erat & tẽplũ iſidi: de quo uidimus i dictiõe Oſiris. fuit ẽt in cãpo martio: & adhuc cõſpicit colũna intrinſecus cochlea: & extrinſecus multiplicibus rer̃ geſtarũ ſculpturis elaborata: honorioq; Aurelii Antonii Pii teſte Sexto Ruffo dicata. Cui⁹ ipatoris magno in illa talis cõſpicit: qua lẽ i antiqs numiſmatibus cernet cõſueuimus: iuxta hãc colũnã ut multi uolũt comitia: cẽturiata roma ni populi fiebãt quãdo. ſ. tribus ad ſuffragia illic redẽda citabant. Q d̃ ueriſimile eſſe uidet: cũ tumulus ſit poſt eã uerſus occidẽtalẽ plagã: q corrupte hodie accæptor̃ dicit: ab antiqs citator̃ mons uocabat hoc eſt eor̃ q poſtq̃ citati ſuffragia intra ſepta cõtulerãt: ne laturis ſe denuo imiſcerẽt ab aliis ſeparabã tur: & p põtẽ qui ab ſeptis uſq; ad tumulũ cõducebat diſcedere cõſueuerãt. De quo põte Suetonius in uita Cæſaris: ubi de cõſulis cõiurator̃ in Cæſarẽ diſſerebat: inquit primũ cũctari: utrũ ne in cãpo mar tio p comitia a tribus ad ſuffragia uocãtẽ ptibus diuiſis ponte deiicerent. Nã teſte eodẽ Suetonio im patores nõnunq̃: ut unus de populo ſuffragia dabãt. Ait. n. de Auguſto in illius uita: quotiẽs magiſtra tuũ comiciis interfuiſſet tribus cũ cãditatis ſuis circuibat: ſupplicabatq; more ſolemni: ferebat & ipſe ſuffragiũ i tribus ut unus e populo. hæc ille Comitii uocabulũ: ut quidã ferũt: & loco actui cõmune fu it hoc eſt a cõmunitate ubiq; dictũ eſt: Nõnulli uero alii cõitiũ in ſingulari locũ eẽ dixerũt ppe ſenatũ quo ire eq̃tibus romanis: & populo romano licebat. Comitia uero in plurali actionẽ eſſe creãdor̃ ma giſtratuũ: Vñ & iuxta palatiũ cõmitiũ fuiſſe. & Varro & Plutarchus oſtendere uident: ait. n. ſic Plutar. in uita Romuli. Quo ambo duces Romulus. ſ. & Tatius ad pcuciendũ fœdus cõuenere. huiuſq; cõmi tiũ uocãt Nã cõſtat eodẽ Plutarcho teſte eo in loco fuiſſe: ubi ſabinæ patrũ & uiror̃ aios conciliauere Sed clari⁹ id Varro demõſtrat: ait. n. ante curiã hoſtiliã roſtra ſub dextra huius cõitio locus ſubſtruct⁹ hæc illius uerba: ex quibus & his q̃ ſupra narrauimus cõſtat eũ locũ ad radices Palatini fuiſſe: qd̃ comi tiũ in ſingulari uocabãt: in quo forte priuatiora ſuffragia impẽdi cõſueuerãt. Nã ait ſic quoq; Gellius in decimoqnto: noctiũ atticar̃: in lib. Lælii fœlicis ad Quintũ mutiũ primo ſcriptũ ẽ. Labeonẽ ſcribe re calata comitia eſſe: quæ p collegio põtificũ habent: aut regis: aut flaminũ inaugurãdor̃ cã eor̃ aũt alia eẽ curiata: alia cẽturiata. curiata p lectorẽ curiatũ calari. i. conuocari: centuriata per cornicinẽ. Et ſubdit in eodẽ Lælii fœlicis libro. Hæc ſcripta ſunt: is qui nõ uniuerſũ populũ: ſed partẽ aliquam adeſ ſe iubet: nõ comitia: ſed conciliũ edicere debet. Tribuni autem neq; aduocant patritios: neq; ad eos re ferre de ulla re poſſunt. ita ne leges quidẽ ppie: ſed plæbiſcita appellant: quæ tribunis plæbis ferenti bus accæpta ſunt. quibus rogationibus ante patricii nõ tenebant: donec. Q. Hortenſius dictator eã le gẽ tulit: ut eo iure quod plæbs ſtatuiſſet oẽſq; quirites tenerent. item in eodẽ libro hoc ſcriptũ eſt. cum ex generibus hoium ſuffragiũ ferat: curiata comitia eſſe: cũ ex cenſu & ætate centuriata cũ ex regiõi bus & locis tributa. Centuriata autem comitia itra pomœriũ fieri nephas eẽ quia exercitũ extra urbẽ imperari oporteat: intra urbẽ impari ius nõ ſit. ppea centuriata in cãpo martio haberi: exercitũq; ipe rari pſidii cã ſolitũ: qm̃ populus eſſet id ſuffragiis ferendis occupatus. hæc ille. Ex quibus id quoq; intel ligi poteſt: q Liuius in. ii. ab uebe dixit. patres in cõciõe: quæ pãnũ durauit: effugere nõ ualuerũt. Q uĩ Volero ex plæbe tribunis reficeret. Cũ rogationẽ tulerit ad populũ ut plæbei magiſtrat⁹ tributis comi tiis fierẽt. Nam nõ ſolum tribus quinq; ex his: quæ romæ eſſent: ſiue intra mœnia ſiue in ſuburbanis: & agro cõplexæ: ſed par ppe nũerus ex italia ad ferenda ſuffragia comitior̃ tẽporibus cõfluebãt. Vñ & ſuetonius in Auguſti uita: ſic inquit. Vrbe urbaniſq; rebus adminiſtratis italiã duo de uigiti coloniarũ numero deductar̃ refrequentauit: opibuſq; ac uectigalibus publicis plurifariã inſtruxit ẽt iure ac di gnitate urbi quodãmõ p parte aliqua adequauit: excogitato genere ſuffragior̃: quæ de magiſtratibus urbicis decuriões colonici in ſua quiſq; colonia ferent. Et ſub die comitiorũ obſignata Romã miteret Quæ oia Aſconius Pædianus Ciceronis orations exponẽs lõgo proceſſu explicauit. Et cũ præter il las duo de uiginti colonias pluribus aliis italiæ ciuitatibus ferendi ſuffragia ius fuiſſe oſtenderit: infra ſubdit. Cn. Põpeius Strabo pater. Cn. Põpei magni trãſpadanas colonias nõ nouis colonis iſtituit ſed ueteribus in colis manẽtibus ius dedit latii: ut poſſent habere ius qd̃ cæteræ latinæ coloniæ: ideſt ut pe tendi magiſtratus iure ciuitatẽ romanam adipiſcerent. Hæc illius uerba: quæ ad comitior̃ intelligen tiam dicta ſufficiant: iam de roſtris: quæ dixit Varro ante curiam hoſtiliã fuiſſe uidendum eſt: de q̃bus Liuius in. viii. ab urbe loquens ait. Naues antiatum partim in naualia ſubductæ partim incẽſæ: roſtriſq; ear̃ ſugeſtum in foro extructũ adornari placuit. Erant ergo roſtra in foro locus ad palatini radices. Vnde ad populũ loqui plurimum conſueuerant: & a roſtris nauium ſic quoq; cognominatus. ideo ait Seruius ſuper. viii. ænei. Romanũ for̃ eſt: ubi nũc roſtra ſunt. Præter hæc Varro locũ aliũ eſſe dixit ẽt nõ lõge a comitio qui græcoſtaſis uocitatus fuit: dicens ubi nationũ ſubſiſterent legati: q ad ſenatũ: eſ ſent miſſi: hic græcoſtaſis a parte. ut multa dictus eſt: hoc ut puto intelligẽs q̃ graeci cũ inter cæteros ad ſenatũ miſſos ob philoſophiã: & oratoriã digniores eẽ uiderẽtur a legator̃ parte hoc ẽ ab ipſis græ cis locus ubi oẽs ſubſiſterẽt legati græcoſtaſis dictus eſt. & ſubdit Varro de loco alio qd̃ ſenaculum: uo cabant dicẽs: Senaculũ ſupra græcoſtaſim ubi ædes Concordiæ & baſilica optima ſenaculũ uocatum ubi ſenatus. aut ubi ſeniores conſiſterent: hæc ille de quo Valerius maximus in. ij. li. meminit cũ dixit. Antea ſenatus aſſiduã ſtationẽ eo loci peragebat qui hodie ſenaculum appelatur. Et puto ædem Con cordiæ non longe a lacu curtio in eodẽ palatino fuiſſe. cum ſupra idem ipſe Varro rettulit Curtium ut rapidore curſu in hiatum ſe præcipitaret a cõcordia mouiſſe: hoc eſt a loco: Vbi poſtea Cõcordiæ

templum fuit namq; aliam Concordiæ ædem fuisse puto: quam Ouidius in primo fastorum libros a Liuia germanici mre ædificatã rettulit cũ ait ad germanicũ. Hãc tua cõstituit genitrix & rebus & ara. Templaq; fecisti quæ colis ipsa deæ. Quam a Tiberio imperatore dicatam Suetonius scripsit. Qui longe post Ciceronem ad quem Varro de lingua latina scripsit. Fuit & similiter in radicibus palatini tẽplum iouí statorí. a Romulo uotũ bello sabinorum eo. s. in loco ubi romani precibus Romuli. ac pudore cõmoti pugnãdi cõtra sabinos animos & audaciã recuperarũt: atq; eo in loco primũ steterũt. Fecerat: & similiter non longe a tarpeia templũ Romulus iouí feretrio: ubi quercus erat pastoribus sacra quem teste Plutarcho in uita Romuli sic appellauit ob illata uulnera in acronem regem ceninensium quem singulari certamine interemat. Nam ut ait plutarchus latini uulnus infere ferire dicunt.
Cuius exuuias mãibus propriis ipse romulus deportauit: & sacram pastoribus quercum deposuit: ubi ab eo constructo templo romani duces ut idem plutarrhus pergit nõ nisi de singulari prælio cæsis hostiũ ducibus ferebãt spolia quæ uocabant opima uel ab ope ut dixit Varro uel ab ope: ut existimat plutarchus cũ sit opus egregiũ ac clarissimũ ducẽ belli parẽ sibi ductorẽ supare. uñ Vir. i. x. aut spolis ego iam raptis laudabor opimis. Quod quibus romanis ducibus contigerit uidimus in dictiõe Acron. Fuerunt & alia Romæ loca ab nostris auctoribus nominanter expressã ut carine subura tabernola uia: sacra de quibus aliquid loqui Varrone duce uisum est hic lib. iiii. de lingua latina innuere uidetur plnũ illud quod inter Marii trophæa & lateranense palatiũ inter iacet tabernolã regionem cognominatam fuisse. A qua uult Varro carinas icipere & in uiam sacrã desinere ita ut ea loca ubi nunc est ecclesia sancti Petri ad uincula & uastissime ruine: quæ cõtra amphitheatrum colossei adhuc cernũtur subcarinis teneant quæ ẽt sic quoq; ab inhabitantibus & tabellionibus nominant. Quin & ibidẽ ex quibusdã inscriptiõibus ueterẽ curiã fuisse coniectamur in qua augures sedẽ habentes inaugurari cõsueuerant. De qua Varro curiæ inquit duoꝝ generũ ubi curarent sacerdotes: res diuias ut curiæ ueteres & ubi senatus humana ut curia hostilia: & aliã in loco idem Varro curare a cura dictum & cura quod cor urat curia ubi senatus rempublicã curat. Et illa ubi cura sacrorũ publica at uia sacra a curia ueteri incipiens secus amphitheatrum colossei ad septẽtrionẽ plagã uergens subtus Titi & Vespasiani arcus: usq; ad pximam capitolii arcẽ perducebat. Et inde dictã dixit Varro: quod per eam ab arce idest a capitolio ad augures sacra quot mensibus ferebantur. Et subdit sacre uiæ partẽ solã tunc fuisse uulgo notam quæ est a foro eunti primo cliuo. Vnde ait Liuius in secundo ab urbe uicus Rome erat: qa uia sacra dicebatur. Et Horatius in primo sermonum ibam forte uia sacra sicut meus est mos. Quare & recte Petrus bibliothecarius scripsisse uidetur. Fœlicẽ summũ potificem eo nomine tertium fecisse ecclesiam sanctorum Cosmæ & damiani. u. a. sacra in templo Romuli in hac quia iuxta forum romanum erant fructus & poma uenditabantũr: dicente Ouidio in primo de arte amandi.

Rure sub urbano poteris tibi dicere missa.

Illa uel in sacra sint licet empta uia: in huius summo teste Liuio posita fuit equestris statua in honorẽ cloliæ. Virgilius. i. insidens equo Suburam uero inde dictam Varro affirmat quod sub muro terræ carinarum fuerit. Et subdit subura iunius scribit ab eo quod fuerit sub antiqua urbe. Cui testimoniũ potest esse quod subest loco qui terreus murus uocatur. Quare ait iuue. in quinta satyra de tyberino quodam ignobili pisce: & solitus mediæ cryptam penetrare suburæ.

Nam tota adiacens regiuncula ab ea crypa quæ usq; in tyberim protendebatur subura cognominata fuit unde: & petrus bibliothecarius dixit beatum gregorium consecrasse gothorum ecclesiam quæ est in subura sub nomine uirginis Agathæ. Et ut scribit Suetonius in uita cæsaris habitauit primo iulius Cæsar in subura modicis ædibus. Post autem pontificatum maximũ in sacra uia domo publica. Et plini. li. xix. Cæsar inquit dictator totum forum romanum uiamq; sacram ab domo sua in cliuum usq; capitolium in munere gladiatorio linteis contexuit. Fuitq; ea domus quam Octauianus Augustus teste Suetonio sumptuosæ nimis a Liuia ornatam ad solum usq; dirui fecit in cuiusq; area porticus liuia cognominata postea structa fouit De quo Ouidius libro fastorum.

Disce tamen ueniens ætas ubi liuia nunc est.

Porticus immensæ tecta fuisse domus: ad quam deinde porticũ teste Plinio Vespasianus pacẽ suã ædificauit. Erat & nõ longe a subura: & carinis pagus dictus succusanus. Cuiꝰ tertiã litteram nõ cũ. b. sed cũ. c. scribẽdã dixit uarro qa eo dictus ẽ q; succurrit carinis erat & ĩ sup romæ sub capitolio ad eã partẽ q; in lucili septimi seueri arcũ triũphalẽ cõuersa ẽ nõ lõge a foro boario uicus q; iugalis a iugis boũ q; inibi fieri cõsueuerãt cognomiatus ẽ. De quo Liui. in li. macedonico inquit. Saxũ ingẽs ex capitolio ĩ uicũ iugariũ, pdidit: & multos oppressit. Legimus & in liuio li. tertio ab urbe de equimelio: q; cum. æ. diphthongon ĩ prima scribit qd Romæ fuerit. nã cũ factã cedẽ Spurii Melii ex equestri ordie ob regnũ cõcupitũ scripsisset addidit nec satis est eius sanguine expetitũ nisi tecta parietesq; intra q; tantũ amẽtiæ cõceptũ eẽt dissiparẽt bonaq; cõtracta pcis regni mercãdi publicarẽt iussere ita. q̃stores: uẽdere ea bõa atq; in publicũ redigere. Domũ deinde ut mẽoriæ area eẽt oppresse nepharię spei dirui ex tẽplo duxerũt id æquimeliũ appellatũ est itaq; uarro in quarto de lingua latina. A equimelium quod æquata Melii domus pualicũ quod regnũ occupare uoluit. Et subditis locus ad busta gallica quod roma recuperata gallorum ossa: qui possiderant urbem ibi coaceruata ac conspecta sunt. Sed iam de uelus quæ in plurali: & singulari efferuntur: uidendum est de quo Liui. in Secundo meminit ab urbe cũ de

Valerio Publicola primo eum Bruto consule loqueretur. Quod ædificabat in summa uelia alto: & munito loco domum ut arcem in expugnabilem quam ob suspitionem regni demolitus in infimo cliuo reædificauit. De qua Varro cum palatium a balatu ouium descripsisse inquit huic germalium: & uelias coninnxerunt. Et infra subdit Veliæ unde essent plures accæpi cás in quibus cum ibi pasto res palatini ex ouibus ante tonsurã inuẽtam uellere lanam sint soliti: quasi dicata a uellẽdo uelią collẽ quendã dictũ qui cũ germalio allo colle palatio per aggeres coniunctus fuit. De insula uero quæ i medio thybridis inter urbẽ & ianiculũ adhuc cõspicit scribit Liuius in secundo ab urbe postq̃ consecratus Martii Tarquinioꝝ cãpus fuit forte ibi tũc seges farris dicit fuisse maturæ messis quẽ cãpi fructũ: quia religiosum erat cõsumere desectã cũ stramento segete magna uis hoium simul immissa corbib⁹ fudere in tyberim tenui fluentẽ: aqua ut mediis caloribus solet: ita uadis hæsitãtis frumẽti aceruos sedisse illitos limo ide insulã paulatim: & aliis q̃ refert temere flumẽ eodẽ uectis facta. Postea credo addítas molles mãu: & adiusũ: ut tã eminẽs ara firmaq̃ tẽplis quoq; ac porticibus sustinẽdis ẽet: hæc ille. Ea ãt in ísula duo fuere tẽpla Iouis & Aesculapii nepotis ex phœbo. De qb⁹ Ouid. li. fasto. i. inquit

Quod tamẽ ex illis licuit mihi dicere fastis. Sacrauere patres hoc duo templa die.
Accepit phœbo nymphaq̃ coronide natum. Insula diuidua quã premit amnis aqua.
Iuppiter in parte est cœpit locus unus utrunq̃. Iunctaq̃ sunt magno templa nepotis auo.

Insuper & de ærario romão uidẽdũ est. De quo Macrobius in saturnalibus lib. i. scribit. romani ædem Saturni ærariũ eẽ uoluerũt qđ tpe quo italiã icoluit ferẽ in eis finibus nullũ furtũ eẽ cõmissũ: Aut qa sub eo nihil erat cuiusq̃ priuatũ. Nec signare solũ aut partiri limite cãpum. Fas erat i mediũ q̃rebãt ut ait Virgi. similiter & festus æraiũ inquit populus romanus in ædẽ Saturni habuit: iõ inqt pfatus Macrobius apud eũ locabaẽ populi pecunia cõis: sub quo fuissent cunctis uniuersa cõia: & in eo etiam teste Seruio sup. ii. geor. reponebanẽ acta quæ suscæptis liberis faciebant parentes. Iuue. in saty. Neuole. Nullum ergo meritum est ingrate ac perfide nullum.

Quod tibi filiolus uel filia nascitur ex me. Tollis enim & liberis actorum spargere gaudes.

Arguměta uiri. Varro li. iiii. de lingua latina: uestigiũ inquit ẽt nunc manet in æde Saturni. Quo dẽt nũc ꝓpter pensarũ trutinã hẽt positã ærariũ ab eo appellatũ. Et fuisse uideẽ in faucibus capitolii. Nã ut ait Seruius sup. ii. ænei. ubi dixit Vir. Sanguie placastis uẽtos & uirgie cæsa. Orestis ossa ab aritia roma trãslata sunt. & cõdita ante tẽplũ Saturni qđ est ante cliuũ capitolii iuxta Cõcordiæ tẽplũ: Vñ Macrobius: hẽt inqt Saturnus arã & ante senaculũ illic græco ritu capite aperto res diuina fit quia primũ a pelasgis. postea ab Hercule ita eã a principio factitatã putãt. Fuit & Romæ locus q pro castris habeatur quẽ primus oium principiũ octauianus augustus instituit nõ alia ut putat rõne q̃ne milites uagi & p urbẽ dispsi rapinis tumultu cõtentiõibus ciuitatẽ redderet iquietã: nã post uictoriã partã de. M. antonio de quo Cleopatra iperio q̃ete potitus iter multa. quæ prudẽtissime egit binã istituit classem. Vnã apud misenũ lucãiæ portũ q̃ italiæ ísulas orãq̃ galliaꝝ maritimã hispãias aphricãq̃ mauritaniasq̃ & septẽtriõalis occeãi plagã tutareẽ. Alterã apud Rauẽnã i loco nũc cãdião i quo postea classense oppidũ fuit. Cuius classis ptes tutarenẽ sinus maris adriatici: illyrici dalmatiæ epiri gratiæ thratiæ põti mæoti dis: & asiæ in nostrũ mare uergẽtii atq̃ ore ægypti necessitatibus subueniręt. Quoꝝ multitudo cũ nõ nũq̃ romæ uocareẽ i ianiculo castra rauẽnatibus. Augus. ipe statuit ex quo regio trãsthybernia ab inde quãdoq̃ urbis rauẽnantiũ dicta fuit. At misenatiũ pegrinoꝝq̃ militũ in cælio mõte castra locauit. post Augustũ Tiberius pniciosissimã libertati romanæ atq̃ ẽt iperio rẽ exorsus est. Nã teste Suetonio castra romæ cõstituit quibus ptoriæ cohortes uagæ ante id tẽpus & per hospitia dispersæ contineren tur. Cuius tyrãnidis fomes locũ habuisse in suburbiis uiæ appiæ ubi nũc ecclesia est sancti Sabastiani nõn ulli cõiectãtur. Et prima hoꝝ tyrãnis in assumptiõe claudii ad imperiũ apparuit ut pcæteris hístoricis iosephus approbatissimus auctor in li. de captiuitate iudaica late descripsit. Et post illũ breuiter Suetonius tetigit in ipsius claudii uita: idẽq̃ in morte Galbæ & nouo Othonis imperio contigisse: & acre prœliũ in circo maximo capitolioq̃ & palatio cũ militibus prætorianis fuisse ostẽdit. Et tandem in tantũ processu ptorianorum militũ auctoritas siue temeritas ut quem uellent imperatorẽ facerẽt: & factũ iperio deturbarent. Vnde Helius Lãpridius in uita Heliogabali arbitriũ uitæ ac necis ipretorianis fuisse ostẽdit ait enim i castris milites precanti prefecto dixerunt se periuros esse Heliogabalo. si & ipuros hoies & aurigas ab se dimoueret: atq̃ ad bonã frugẽ rediret. Scribit & Iulius capitolin⁹ edẽ fuisse iprætorianis castris in quã senatus aliq̃do uocari cõsueuit præsertim cum de ab rogãdo alicui iperio agendũ eẽt. Nãq̃ eo in loco Maximus patri & filio abrogato imperio gordiani duo pater item & filius declarati sunt Augusti. & in uita pupieni & balbini imperatorũ quantũ castra prætoriana urbi offuerint idem Capitolinus ostendit dicens: maximino quidẽ ad bellũ profecto. Romæ ptoriani remãserũt iter quos & populũ tanta seditio fuit ut ad bellũ ueniręt intestinũ. Romæ pars maxima incẽderẽt templa fœdarenẽ omnes plateæ cruore polluerentur. Et infra subdit interea Romæ iterũ seditiões inter populũ & milites ortæ ut nec cũ edicta proponeret. Balbinus audiręt. Veterani se in castra prætoria contulerũt cum ipsis prætorianis quos cæpit populus obsidere. Nec unq̃ ad amicitiam esset reducti nisi fistulas aquarias populus incidisset: idem Iulius eorũdem imperatorum uitæ exitum narrans: hæc in uerba prosequitur: illis contendentibus milites superaruntq̃ eos nudatos ambos uestibus regalibus de palatio cũ iniuriis perduxerunt & per mediã ciuitatẽ ad castra raptare uoluerunt ma

gna ex parte laniatos: sed ubi cõpertũ ẽ germanos ad defensionẽ illoꝝ supuenire ambos occiderunt in itinere medio reliquerũt: inter hæc Gordianus Cæsar sublatus a militibus impator ẽ appellatus augustus. Et idẽ Capitolinus senatusc̃ consultũ inqt de impio. Valeriãi principis optimi in prætorianis castris factũ fuit. Et multa quæ de his diuersis in locis leguntur. Quibus ostendit ꝓtoriana castra grandẽ pestẽ libertati romanæ atq; impio intulisse. pontes ẽt romæ sup tyberim fuisse legimus & uidimus Quoꝝ noia cũ suis causis adhuc satis cõperta nõ habemus. Scribit tñ Liuius in primo ab urbe pontẽ sublicĩũ ab Anco. Mar. constructũ fuisse. Qui teste Pli. ligneus prsus: & sine ferreo clauo prius fuit. ita dispositus contignatione: ut eximerent̃ trabes sine fulturis ac reponerentur. Quod quidem sic facere religiosũ erat postq̃ Horatio Coclite defendẽte ægre reuulsus est. Sed teste capitolino illũ Antõius Pius impator marmoreũ fecit. Hũc eundẽ ipsum esse nõnulli putant qui adradices auentini demolitus aspicit̃. Alii quibus adhæreo eum illum esse uolunt qui nunc sancte Mariæ pons uocitat̃. isq; ad transitum eius temporis urbis cõmodior esse uidetur. Sicq; uel huius uel alterius nomen ignoratur. Nõnulli uero putant eum qui est ad radices auentini æmilium dictum fuisse. Alii illum qui iam dicit̃ pons mollis in uia tyburtina æmilium olim uocitatum asserunt: his aliis superinductus est pons qui iouis insulam urbi coniungit. Quem. Qu. Lepidum: & .M. Curium ædiles struxisse titulus ĩ marmore excisus ostendit. Cũm uero qui ad ianiculum insulam applicat. Valentinianũ superiorem & ualentẽ struxisse similis titulus indicat. Alius fuit qui ad ianiculum etiam & portam aureliam maxime deferebat qui aurelius similiter uocabatur. Cui iam demolito rupto nomen est alius fuit pons triumphalis portæ coniunctus qui & ipse nomen a triumphis: qui per illum agebantur. accæpit. Proximus pons ẽ huic Hadriani castello seu metæ coniunctus qui & sancti Angeli uocitatur: est etiam super flumentanam portam in uia fluminea extra urbem pons alius qui miluius nescio a quo denominatur. Arcus triumphantes fuisse romæ q̃ plurimos & legimus & conspicimus sed quosdam dirutos: quosdam ruinis coopertos: quosdã etiã nouis ædificiolis ab aspectu hoium semotos itegrũ pene illũ cõspicimus q̃ Flauii Cõstantini fuit iuxta amphitheatrũ colossei. Cui talis iscriptus ẽ titulus. imp. Cæsar. Flauio cõstãtino Maximo publici filio Augusto senatus populusq; romanus. Quod istinctu diuinitatis mẽtis. magnitudie cũ exercitu suo tã de tyrãno q̃ de omni factiõe uno tempore iustis rempublicam uultus est armis arcũ triumphis insignẽ dicauit. Aliũ similiter pene integrum Lucii Septimi iuxta sanctum Hadrianũ sub capitolio cernimus: ĩ quo talis stat titulus: imp. Cæs. L. Septimo. M. F. Seuero pio. ptinaci auo patri patriæ parthico arabico & partico adiabenico Pont. max. trib. potestatis. xi. imp. xi. cos .iii. procos. Et. imp. Cæs. M. Aurelio. L. F. Antonio. Augu. Pio fœlic. tri. pont. vi. pcos. P. P. optimis fortissimis pricipibus ob rẽp. restitutã ipiũq; ro. ppagatũ isignibus uirtutibo eorũq; domi foriscq;. S. p. Qu. R. Vidimus & aliũ semidirutũ iuxta palatiũ & tẽplũ pacis in uia sacra in quo. hæc quoq; iscripta. sunt uerba. S. P. Qu. R. Diuo Tito Diui Vespasiãi. F. Vespasião augu. Et licet ẽt i hoc arcu ex uno q̃ dẽ latere ipm Titũ triũphantẽ in curru a quattuor equis ducto cõspicere ex altero uero latere uasa tẽpli & candelabrũ illud ditissimũ septẽ ramorum tanq̃ ante currũ Titi portarent̃ insculpta. De quibus Iosephus libro septimo de bello iudaico describens Titi triumphũ sic ait. Spolia uero alia quidem passim sequebant̃. Eminebant aũt ante duces ea quæ apud hyerosolimã in tẽplo repta sunt Mensa aurea ponderis talẽti magni & candelabrũ similiter quidẽ auro factũ sed ope cõmutato ab usu nr̃æ cõsuetudinis. Nã media quidẽ columna basi hærebat tenues aũt ab eo cannulæ producebant̃ formatæ ad similitudinẽ fuscinæ & in sũmo quæq; lychnis speciẽ fabricatæ erãt numero septẽ septimi diei qui apud iudæos est indicãtes honorẽ uel ut idẽ auctor alibi dixit stellas errãtes significabãt. Et subdit post hæc aũt portabat̃ lex iudeoꝝ nouissima spolioꝝ. Et postq̃ totũ triumphũ describsit ifra subdit. Vespasiãus pacis tẽplũ ædificare decreuit. itaq; mira celeritate & quæ hoium cogitatiões suparet effectũ ẽ magna. ni diuitiaꝝ largitate usus insuper pfectis id picture ac figmẽtoꝝ opibus exornauit. Oia nãq; i illud phanũ colecta sunt ac deposita quoꝝ uiscendoꝝ studio p totũ orbẽ qui ante nos fuerũt hoies uagabãtur quomodo aliud apud illud sitũ eẽ uidere cupientes. Hic autẽ reposuit etiã quæ iudæoꝝ fuerunt instrumenta hic sese magnifice ferens. Legẽ uero eoꝝ & penetraliũ uela purpurea i palatio cõdita seruari p̃cepit. Hieronymus similiter sup iohelẽ: Vespasianus inqt & Titus Romæ tẽplo pacis ædificato uasa tẽpli hierosolymitani & uniuersa donaria in delubro illius consecrarũt q̃d ut subdit græca & romana narrat historia. Est & alius arcus iuxta ecclesiã sancti Georgii: in quo talis est inscriptio imperatori Cæsar. L. Septimo Seuero pio pertinaci. Augu. Arabic. Adiabenic. parth. M. fortissimo fœlicissimo põt. maxi. tri. põt. xii. imp. xi. Con. iii. pr̃i patriæ. Et imp. Cæs. M. Aurelio antõio Pio fœlici. Aug. tri. põti. vii. Cos. iii. P. P. pcos fortissimo fœlicissimoq; principi & iuliæ Augu. matri. Augu. ii. Et castrorũ & senatus & patriæ. Et imp. Cæs. M. Aurelii Antonini Pii fœlicis Aug. parthici maximi britãnici maximi argẽtarii & negotiãtes boarii huius loci deuoti nummi eoꝝ cernimus & arcũ aliũ in macello quẽ supra Galieni ipatoris fuisse dixius. Qui & alios q̃ plures quoꝝ iscriptiões & tituli sũt demoliti. Quidã tñ diuinare uolũt arcũ illũ. q̃ i uia flãminea iuxta ecclesiã beati silуestri. & Laurẽtii i lucina cõspicit̃ Domiciãi pricipis fuisse a quo licet tituli & marmoræ crustæ ablatæ fuerũt in una tñ quæ restat Domiciano eũ sculptũ eẽ uolunt qualis a Suetonio describit̃. Sed tũc sedentẽ dormientemq; & Mineruam quam superstitiose colebat somniantẽ excedere sacrario negantemq; se ultra eum tueri posse: q̃d ex armata esset a ioue. Fecit etiã Claudius teste Suetonio Tiberio marmoreũ arcum iuxta Põpei thea-

